



BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
23 M
21M

Opuscula diui Augustini longe prestantissima cum duplici indicio rursus Parisiis compressa.

S. Marie 

de Scala

Venundātur parisiis ab Joanne Paruo sub lilio aureo commorante.

Liber ad lectorem.

Barbara quid prodest: vel quid romana trophea
Nosse? quid ethereas solis adire vias?
Quid leges? quid iura iuuat? quid cuncta tenere?
Si tibi nulla anime cura salutis erit.
Nil facit ex istis ad veram crede salutem:
Nec sapiunt animę noxia verba deo.
Quere igitur virtutis opus: quod ad ethera ducat:
Quod doceat maneant gaudia quanta piis.
Ipse ego sum qui te superas comitabor ad arces:
Me lege: qui rectum dirigo qua sit iter.

¶ Jodocus Badius Ascensius dño Anselmo de brieuere Juris vtriusq̃ cõsultissimo ꝛ pietatis christiane obseruãtissimo S. dicit.

Iure optimo vir iuris diuini atq̃ humani peritissime tãtopere efflagitasti hec diui Aurelij Augustini prestantissimi nimirum secundum apostolum in ecclesia luminis diuina mere opuscula: que si ad ceterorum ꝛ sanctorum ꝛ anxie doctorum opera conferantur: Glauci videris ad Diomedis arma collata aut certe gemmas auro compositas: tantus est horum splendor: tanta diuini ingenii relucentia, tanta illustrium sententiarum copia: nec minor tum in singulis pene verbis religio: vsqueadeo vt adamantinum merito cor dixeris quod huius in libris confessionum lachrymis hircino sanguine longe penetrantioribus non queat permolliri. Et faciem meduse passos animos qui nequeãt tot sacris admonitionibus conuerti: tot compunctionibus moueri: tot fraterne correptionis ardoribus liquefieri. Quinadeo maxime omnium vecordes et teterrimo furore percitos: qui in peccatorum venena: tam presens refugerint antidotum. horum dico opusculorum diligentem lectionem Ut vero id genus non dico homines sed monstra missa faciam: tu decus nostrum amplissimum Anselme his opusculis que nusq̃ indipisci poteramus: tuo nomini rursus ĩpendio optimi Bibliopole Joannis parui impressis ꝛ a nobis recognitis atq̃ indicio alphabetico ornatis: nocTes scio et dies vel totos imperties. Quod vt ceteri quoq̃ faciant admonitos velim. Hec summa est. Uale. Raptius ex officina nostra literaria ad quartum calendas octobris. anni huius millesimi quingẽtesimi secũdi.

Tabula librorum primę partis.

Aurelii Augustini Hypponensis episcopi librorum et tractatuum in hoc volumine comprehensorum tituli.

Tabula in librum meditationum diui augustini epi hypponē.

Tabula in librum soliloquiorum diui Augustini episcopi Hypponensis.

Tabula in manuale diui Augustini epi hypponēsis de verbo dei quo sopita celestis desiderii memoria renouetur.

Tabula capitum in Enchiridion diui Augustini epi hypponensis z doctoris eminētissimi.

Diui augustini episcopi hypponensis scale paradisi tabula.

Tabula in gradus duodecim abusionum sancti Augustini episcopi hypponensis.

Sequitur tabula i librũ de vera et falsa penitentia ad christum deuota.

Sequitur tabula in librū de differētia spūs et aie.

Sequitur tabula i librũ

De diffinitiõib⁹ orthodoxe fidei ⁊ ecclesiasticis dogmatibus.

¶ Finis tabule librorum. et capitulorum.

Index alphabeticus in hac prima parte opusculorum diui augustini precipue annotandorum.

Primo de litera A.

Incipientia ab E.



Ⅽ Incepta per. G

Ⅽ Incepta per. H.

¶ Incipientia ab F.

Incipiens a.Q

Q

Incepta per.R.

R

¶ Incepta per.T

Incepta per V.

De incipientib⁹ a k X y z 3 quonia3 aut barbari sunt aut propria que hic nõ sectamur nulla annotauimus. Christus autem non per x sed per ch scribẽdum est.

Finis tabule alphebetice prime partis opusculorum diui patris Augustini.

Meditatiões diui augustini epi hippoñ.

¶ Inuocatio dei oĩpotẽtis ad moꝝ et vite reparationẽ. A Capitulũ pͥmũ.



Domine deus meus da cordi meo te desiderare: desiderando querere: querendo inuenire : inueniendo amare: amãdo mala mea redimere: redempta non iterare. Da domine deus meus cordi meo penitentiam: spiritui contritionem: oculis lachrymarum fontem: manibus elemosyne largitatem. Rex meus extingue in me desideria carnis: ꝛ accẽde ignẽ tui amoris. Redemptor meus expelle a me spiritum superbie: ꝛ cõcede propicius thesaurum humilitatis tue. Saluator meus amoue a me furorez ire: ꝛ indulge mihi benignus scutum patientie. Creator meus euelle a me animi rancorem: ꝛ largire mihi mitis mentis dulcedinem. Da clemẽtissime pater mihi solidam fidem/ spem congruam: charitatem continuã. Rector meus auerte a me vanitatem: mentis incõstantiã: cordis vagationem: oris scurrilitatem: oculorum elationẽ: ventris ingluuiem: opprobria proximorũ scelera detractionis: curiositatis pruriginem: diuitiarum cupidinem: potẽtatuum rapinam: inanis glorie appetitum hypocrisis malum: adulationis venenum: contemptũ inopum: oppressionem debilium: auaritie ardorem. inuidie rubiginẽ: blasphemie mortẽ.

B Reseca in me factor meus temeritatem iniquã pertinaciam inquietudinem: ociositatẽ somnolentiam pigritiã: mentis hebetudinẽ: cordis cecitatem: sensus obstinationẽ: moꝝ truculentiam: boni inobedientiã: consilij repugnantiã: lingue effrenationẽ pauperum pͥdã: impotentũ violentiã: innocentũ calumniã: subditoꝝ negligẽtiaz. Circa domesticos seueritatẽ: aduersus familiares ipietatẽ/ erga pximos duriciam. Deus meus misericordia mea oro per dilectũ filium tuũ da mihi misericordie opa: pietatis studia cõpati afflictis: cõsulere erroneis. succurrere miseris: subuenire egenis: cõsolare mestos: releuare oppressos: pauperes recreare: flebiles refouere: dimittere debitoribus: parcere in me peccantibus: odiẽtes me diligere: pro malis bona reddere: neminem despicere: sed honorare. bonos imitari: malos cauere: ꝟtutes amplecti: vicia reijcere: i aduersis patientiam: in prosperis cõtinẽtiã: custodiam oris: et ostium circũstantie labijs meis/ terrena calcare/ celestia sitire.

¶ Hoĩs accusatio ꝛ cõmendatio misericordie diuine. C Capitulũ.ij.



Ecce plasmator meus/ multa rogaui cuz nec pauca pro merui. Fateor heu fateor/ non solum que postulo nõ debentur bona sed multa ꝛ icxquisita supplicia. Animãt tñ me publicani/ meretrices ꝛ latrones: qui a faucibꝰ hostis momẽta nec eruti: finibꝰ excipiũt, pastoris. Tu enim factor oĩm deꝰ licet in cũctis operibus tuis sis mirabilis: mirabilior tñ crederis esse in opibus pietatis. Vñ de temetipso p quendã tuũ seruũ dixisti. Miseratiões eiꝰ sup omia opa eiꝰ. Et quasi de singulo loquentẽ de vniuerso populo tuo te dixisse ꝯfidimus. misericordiam autẽ meã nõ dispergã ab eo. Nullum eñ spernis: neminem abijcis neminẽ phorrescis: nisi forte q̃ amens a te exhorruerit. Ego modo iratus nõ percutis: sz te irritantibus dona si q̃ uerint tribuis. Deus meus cornu salutis mee ꝛ susceptor meus ego infelix ego te irritaui. ego malũ corã te feci furorẽ tuũ ꝓuocaui: iram ꝓmerui. peccaui ꝛ passꝰ es. deliq̃ ꝛ adhuc sustines

D Si peniteo parcis/ si reuertor/ suscipis: insuper dũ differo pstolaris. Reuocas errantẽ. inuitas repugnantem. expectas torpẽtẽ. amplexaris redeuntem. Doces ignorantẽ. merẽtem mulces. a ruina suscitas. post lapsũ reparas. petẽti largiris. q̃rẽti inueniris pulsãti aperis. E Ecce dñe deꝰ

salutis mee quid opponam nescio. quo mō respondeam ignoro. nullum abs te confugiū. nullum a te patet latibulum ostendisti mihi bene viuendi viā: & gradiendi scientiā dedisti. minatus es mihi gehēnā: & pollicit⁹ es mihi paradisi gloriā. Nunc pater miam & deus totius consolationis/ cōfige timore tuo carnes meas/ quatenus que minaris metuendo euadā. & redde mihi leticiā salutaris tui/ vt que spondes diligendo percipiam. Fortitudo mea dn̄e/ firmamētū meū: deus me⁹/ refugiū meū & liberator meus. F Suggere qd de te cogitē. doce qbus te sermonibus inuocē da qbus operibus tibi placeam. scio nāqz scio vnū quo tu placaris & aliud qd nō spernis. Est vtiqz tibi sp̄us contribulatus sacrificiū/ & acceptas cor cōtritū et humiliatū. His me de de⁹ me⁹ adiutor me⁹ dita munerib⁹. his ꝯtra inimicū muni ꝓtectionibus hoc de flāmis victoꝝ ꝑsta refrigeriū hoc aūt desiderioꝝ passionib⁹ pāde piū refugiū. Fac dn̄e virtus salutis mee ne sim de numero eoꝝ q̄ ad tēpus credunt et in tp̄e tētationis recedunt Obumbra caput meū in die belli. spes mea in die afflictionis. et salus in tp̄e tribulationis. G En dn̄e illumiatio mea & salus mea rogaui qb⁹ egeo. ītimaui q̄ timeo sz remordet ꝯsciētia. repꝑhendūt me cordis secreta: & quod amor ministrat timor dissipat: zelus incitat: met⁹ increpat. Acta mea formidinē sz tua ingerit pietas fiduciā. tua hortatur benignitas: mea tardat malignitas. Et verius fatear occurrunt mēorie phātasmata vicioꝝ q̄ reuerberant audaciā presumētiū animorum.

¶ Hois cōquestio q̄ ꝓpter inobedientiā a dn̄o nō audit. H Ca. iij.

Cum eñ quis odio dignus sit qua fronte gratiam requirit? cui pena debet qua temeritate gloriā deposcit? lacessit iudicē q postposita satisfactiōe delicti q̄rit ꝑmiis honorari. regi insultat obnoxius supplicio q̄ donari flagitat idebito brauio: & dulcē affectū pr̄is stultus exacerbat filius: q̄ post illatas contumelias añ plenitudinē hereditat' vsurpat celsitudinē. Quid mi pat me gessisse recolo: merui mortē & qero vitam. Cōmoui regēmeū cuius īpudēs inuoco presidiū. Contēpsi iudicē quē temere postulo adiutorē. Insolēs renui audire patrē quē demum presumo habere tutorem. I Heu mihi q̄ sero venio. heu heu q̄ tarde festino heu me quia curro post vulnera dedignans īcolumis ꝑcauere iacula. Neglexi ꝓspicere tela: mō vero sollicitor de morte vicina. vulnera vulnerib⁹ inflixi: qr scelera scelerib⁹ addere nō timui Recēti cicatrices labe respsi: qr prisca flagitia modernis iniqtatibus reciprocaui. & q̄ diuia solidauerat me dicina mea resoluit prurigo frenetica Cutis q̄ supducta vulnerib⁹ morbum celauerat: sanie erūpēte putruit. quia iteraria iniquitas cōcessam misam exinaniuit. Noui quippe scriptū. in quacūqz hora iustus peccauerit oēs iusticie eius obliuiscent. Si iusticia aboletur iusti ruētis: quāto magis penitentia peccatoris in idipsum reuertentis Quotiēs canis redij ad vomitū. & q̄si sus repetij volutabrū? Fateor qr mihi recordari est impossibile. K Quot mortaliū ignorātes peccare docui: volētes delinquere psuasi. resistētes coegi volētibus cōsensi. Quot sane gradiētibus laqueū induxi. viā q̄rentibus foueā retexi: vt patrare non horrerez. obliuisci non metui. Sed tu iustus iudex signans peccata quasi in sacculo obseruasti oēs semitas meas & cūctos gress' meos dinumerasti. tacuisti: semp siluisti: patiens fuisti. Ve mihi demū loqueris quasi parturiēs.

¶ Judicis timor. L

Capitulum. iiij.

Deus deorum domie ꝑstabilis sup malicia. Noui qr manifest⁹ venies. noui qr nō sp silebis: cū ī ꝯspectu tuo ignis exardescet. & in circuitu tuo tēpestas valida ingruerit: cū aduocaueris celū desup: & terrā discernere po

pulum tuum. M Et ecce coram tot milibus populorum nudabuntur oẽs iniquitates mee. tot agminibus angelorum patebũt vniuersa scelera mea. non soluz actuũ sed etiã cogitationũ simulqȝ locutionũ. Tot iudicib⁹ inops astabo: quot me p̃cesserunt i opere bono. tot arguentib⁹ cõfundar: quot mihi p̃buerunt bene viuẽdi exẽpla. tot cõuincar testib⁹: quot me monuerũt ꝓficuis sermonibus: seqȝ imitãdos iustis dederunt actionibus. Dñe mi nõ suppetit quid dicam. nõ occurrit q̃d rñdeam. M Et cum iã intersiz seuo illi discrimini. torquet me cõsciẽtia cruciãt cordis arcana. coartat auaricia. accusat supbia. cõsumit inuidia. inflãmat cõcupiscẽtia. infestat luxuria. dehonestat gula. ebrietas confutat. detractio lacerat ambitio supplãtat. rapacitas obiurgat discordia dissipat ira perturbat. leuitas dissoluit. torpor opp̃mit. hypocrisis fallit. adulatio frãgit. fauor attollit. calũnia pungit. Ecce liberator meus de gẽtibus iracũdis. ecce cum quibus vixi a die natiuitatis mee: q̃bus ꝛ studui: quibus ꝛ fidem seruaui. Ipa me que dilexeram studia damnant: que laudaueram vituperãt. Hi sunt quibus acquieui: amici: quibus parui magistri: et quibus seruiui domini consules quibus credidi: ciues quibus cohabitaui: domestici quibus consensi. Heu michi rex meus ꝛ deus meus: quia incolatus meus ꝓlongatus est. Ve mihi illuminatio mea q̄ꝛ habitaui cum habitantibus cedar. Et cũ Dauid sanctus dixerit multum: quãto magis infelix dicere possuz. nimis incola fuit anima mea: firmamentũ meũ deus non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs. Spes mea nõ est in filiis hominum. Quem si remota pietate iudicaueris iustum inuenies? ꝛ nisi preueneris miserãdo impium nõ est q̃d glorificet pium. O Credo nãqȝ salus mea q̄ꝫ audiui: q̄m benignitas tua ad penitentiam me adducit. tui oris mihi sonuerũt nectarea labia Nemo põt venire ad me nisi pater meus qui misit me traxerit eũ. Eñuero quia me instruxisti tanq̄ꝫ propicius instructiõe formasti: totis medullis cordis. toto nisu mẽtis. te omnipotens pater cum dilectissimo filio tuo teqȝ dulcissima proles cum serenissimo inuoco paraclito. trahe me quatenus post te curram in odorem vnguentorum tuorum dulciter.

¶ Inuocat pater p filium. P Ca. v.



Inuoco te de⁹ me⁹: iuoco te q̄ꝛ ꝓpe es oĩbus iuocãtibus te in veritate. Tu eñ veritas es: doce me q̃so p clementiã tuã. sctã veritas doce me inuocare in veritate: q̄ꝛ hoc fieri quomõ oporteat nescio: sꝫ a te doceri beata veritas hũiliter iploro. Absꝫ te ei sapere ẽ desipere. te ꝓo nosse est p̃fecte scire. Erudi me diuina sapiẽtia ꝛ doce me legẽ tuã Credo nãqȝ quẽ tu erudieris btũ erit ꝛ de lege tua docueris eũ. Desidero inuocare te: q̄ꝺ q̃so fiat in veritate. O Quid est i veritate iuocare veritatẽ: nisi i filio patrẽ? Ergo sctẽ pr̃ sermo tuus veritas est: p̃ncipiũqȝ verboꝝ tuoꝝ veritas. Hoc q̃ppe est verboꝝ tuoꝝ p̃ncipiũ q̄ꝺ in p̃ncipio erat verbum. In ipo p̃ncipio te summum adoro principium. In ipo veritatis verbo te perfecta iuoco veritas. in quo ipsa eadẽ veritas dirigas me in veritate ꝛ doceas. R Quid eñ est dulci⁹ q̄ꝫ genitorẽ in noĩe vnigeniti iuocare: p̄rem in recordatiõe filii ad pietatẽ inflectere: regẽ charissime sobolis denominatione mitigare? Sic eñ solent rei carceribus eripi: sic commancipati vinculis liberari. sic tristem accipientes sententiam capitis nõ soluz absolui sed insup nancisci insolitã gratiam: dũmodo iratis p̃ncipibus dilecte ꝓlis intimauerint charitatem. Sic delinquẽtes fuuli euadũt supplicia dominorum: dum pro eis interuenit dulcedo filioꝝ. Sic te oĩpotẽs pater p omnipotentis filii charitatẽ postulo: educ de carcere ad confitendũ nomini tuo aiaꝫ meã. libera me a vinculis peccatorum. per coeternum flagito vnicũ tibi natuz meqȝ cui ꝓpria merita letalem minant̄ sententiã: p̃ciosissime ad dexteram tuã cõsedẽtis ꝓles interpellatiõe restaura

placatus ad vitam. Quem enim aliū dirigā intercessorem tibi nescio nisi hūc q̄ est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nostris qui sedet ad dexterā tuam interpellans ꝓ nobis. Ecce aduocat⁹ meus apud te deū patrem. Ecce pontifex summus qui nō alieno eget expiari sanguine: quia proprio refulget ꝑfus⁹ cruore. Ecce hostia sancta bene placens et ꝑfecta in odorē suauitat' oblata ꝛ accepta. Ecce agn⁹ sine macula: qui coram se tondentibus obmutuit. qui alapis cesus sputis illit⁹ opprobrijs affectus: os suū non aperuit. en qui peccatum nō fecit: peccata nostra pertulit ꝛ languores nostros suo liuore sanauit.

¶ Hic representat homo patri passionem filij. S Capitulum. vi.


Aspice pater pie pijssimū filiū ꝓ me tam impia passum Respice clemētissime rex q̄s patit: et remiscere benign⁹ ꝓ quo patit. Nonne hic est mi dn̄e innocens ille: quē vt seruū redimeres filiū tradidisti? Nunquid nō auctor vite hic est q̄ vt ouis ad occisionez duct⁹ ꝛ: ibiq3 vsq3 ad mortē obediens factus: atrocissime nō timuit necis genus subire? Recole toti⁹ salutis dispēsator: q2 hic est ipse quē ꝛ si ex tua virtute genuisti: nec tamē īfirmitatis participē fieri voluisti. Uere hec est tua deitas q̄ meā induit naturā. crucis ascēdit patibulum: que in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc dn̄e de⁹ me⁹ oculos tue maiestatis super opus ineffabilis pietatis. T Intuere dulcē natū toto corpore extensum. cerne manus innoxias pio manantes sanguine ꝛ remitte placat⁹ scelera q̄ patrarūt manus mee. Cōsidera inerme latus crudeli perfossum cuspide. ꝛ renoua me sacro fonte quē inde credo fluxisse. Uide immaculata vestigia q̄ non steterūt in via peccatorum: sed semper ambulauerūt in lege tua diris cōfixa clauis. ꝛ perfice gressus meos in semitis tuis. ꝛ fac me odio habere benignus oēs vias iniquitatis: viam iniquitatis amoue a me: et fac me ꝓpicius viam veritatis eligere

Oro te rex sanctorum per hunc sanctū sanctorum: per hūc redemptorem meū fac me currere viā mandatorum tuoꝝ: vt eualeā spiritu vniri: q̄ mea non horruit carne vestiri. Nunquid nō attēdis pie pater adolescētis filij charissimi caput niuea ceruice deflexa ꝑciosissimam resolutū in mortē? Aspice mitissime cōditor dilecte sobolis humanitatē: ꝛ miserere super infirmi plasmatis debilitatem Cādet nudatum pectus: rubet cruentum latus: tēsa arent viscera: decora languent lumina: regia pallent ora: ꝓcera rigēt brachia: crura pēdēt marmorea: rigat terebratos pedes bti sanguinis vnda Specta gl'iose genitor gratissime ꝓlis lacerata membra ꝛ memoriare benignus que mea est substantia. cōspicare dei hominis penam: ꝛ relaxa cōditi hominis miseriā. Uide redemptoris supplicium: ꝛ redempti dimitte delictum. Hic est dn̄e mi quem ꝓpter pct̄a ppl'i tui ꝑcussisti: licz ipse sit dilectus in quo tibi bn̄ placuisti. hic est ille innocēs in quo dolus nō est inuentus: ꝛ tamē inter iniquos deputatus est.

¶ Hic recognoscit homo se causaz esse passionis. V Capitulum. vij.


Quid ꝯmisisti dulcissime puer vt sic iudicaueris? Quid ꝯmisisti amātissime iuuenis vt adeo tractareris? Quod scel⁹ tuū: q̄ noxa tua: q̄ causa mortis: q̄ occasio tue dānatōis? Ego ei sū tui plaga doloris tue culpa occisionis. Ego tue mort' meritū: tue vindicte flagitiū. Ego tue passiōis liuor: tui cruciatus labor. O mirabilis censure cōditio: ꝛ ineffabilis misterii dispositio Peccat iniquus ꝛ punit iustus. delinq̄t re⁹ ꝛ vapulat innocens offendit impi⁹ et dānatur pius. quod meretur malus patit bonus. q̄d perpetrat seru⁹ exoluit dn̄s q̄d cōmittit hō: sustinet deus. X Quo nate dei quo tua descēdit humilitas? quo tua flagrauit charitas? quo ꝓcessit pietas: quo excreuit benignitas? quo tuus attigit amor: quo ꝑuenit cōpassio? Ego enim inique egi. tu pena mulctaris. Ego facinus admisi: tu vltione

plecteris. ego crimen edidi: tu torture subijceris. ego superbiui: tu humiliaris ego timui: tu atenuaris. ego inobediēs extiti: tu obediens scelus inobedientie luis. ego gule parui: tu inedia afficeris me ad illicitam rapuit concupiscentia arborem: te perfecta charitas duxit ad crucem. ego presumpsi vetitum: tu sub isti eculeum. ego delector cibo: tu laboras patibulo. ego fruor delicijs: tu laniaris clauis. ego pomi dulcedinem tu fellis gustas amaritudinem. mihi ridens congaudet eua. tibi plorans cōpatitur maria. ecce rex glorie: ecce mea impietas & tua claret pietas. En mea iniusticia: & tua liquet iusticia. y Quid rex meus & deus meus: quid retribuam tibi pro omnibus que retribuisti mihi? Non enim inueniri potest ī corde hominis quod cōdigne talibus referatur premiis. Nūquid sagacitas machinari potest humana cui comparetur miseratio diuina? Nec est creature moliri officium quo iuste creatoris recompenset presidium. Est autem nate dei in hac tua admirabili dispēsatiōe: ē cui fragalitas mea in aliquo suppetit si tua visitatione cōpuncta mēs carnē suam crucifigat cum vicijs & concupiscentijs: & hoc cum a te conceditur quasi iam tibi incipit cōpati: q2 & tu pro pctō meo dignatus es mori. Sicq per interioris hois victoriā te duce armabit ad exteriorē palmā. quatenus deuicta psecutione spirituali nō vereatur pro amore tuo subijci gladio materiali. Ita exiguitas conditionis si tue complaceat pietati: magnitudini valebit rn̄dere creatoris. Et hec celestis medicina bone iesu: hoc tui antidotum amoris. Oro te per antiquas mias tuas: infunde vulneribus meis quo reiecta viperee contagionis bile reintegret me incolumitati pristine. quo gustatum tue nectar suauitatis faciat me illecebrosa mūdi toto affectu despicere: & nulla ei9 aduersa p te formidare. memorq perpetue nobilitatis semper fastidiam ventos hui9 transitorij tumoris. Nihil queso sine te mihi dulcescat: nihil 9placeat: nil preciosum: nil preter te mihi arrideat speciosum: vilescant obsecro abs te mihi omnia: sordeāt vniuersa. Quod tibi aduersum est sit mihi molestum. & tuum bn̄placituū mihi ī deficiēs desideriū Tedeat me gaudere sine te: & delectet cō tristari pro te. z Sit mihi nomē tuū refocillatio: & memoria tua 9solatio: fiant mihi lachrime mee panes die ac nocte īuestigando iustificationes tuas. sit bonū mihi lex oris tui super milia auri & argenti. Sit obedire tibi mihi amabile: resistere tibi execrabile. Rogo te spes mea per omnes pietates tuas vt propicieris impietatibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis: & ne declines flagito per nomen sanctum tuū īverba malicie cor meum ad excusandas excusatiōes ī peccatis. Peto etiā per admirabilē hūilitatē tuam ne veniat mihi pes supbie. & man9 pctōris n̄ moueat me

¶ Hic exponit homo deo pr̄i passionē filij in suam recōsiliationē. A Ca.viij.



Ecce oīpotēs de9 pr̄ dn̄i mei dispone benignus: queso miserearis mei: quoniam quicqd preciosius inueni deuote obtuli: quicquid charius repperi supplicit̄ presētaui. Nihil mihi reliq̄ qd n̄ tue exposuerī maiestati. nihil iā supestqd adijciā: q2 tatā tibi delegaui spem meā. Direxi tibi aduocātum meū dilectū filiū tuum: misi gloriosam pgeniē in terme & te mediatorem. misi inq̄ intercessorē p quē 9fido veniam misi. vbū q2 p meis dixi missū factis & numeraui tibi sctissime sobol' passionē quā p me credo fuisse ppessā. B Credo a te missā deitatem: meā suscepisse humanitatē: in q̄ dignū duxit alapas vincula: sputa: irrisiones perferre. nec nō crucem clauos telumq suscipere. Hanc olim infantie vagitibus demolitam/ pueritie pannis constrictam/ iuuentutis sudoribus vexatam: ieiunijs maceratam: vigilijs afflictam: itineribus fessam: postea affectā flagris laceratā supplicijs dputatā cū mortuis dotatā glia resurrectiōis/ celoR gaudio induxit/ & ī dexterā tue celsitudīs collocauit. Hec placatio mea & propiciatio tua. Hic attende pius quem genueris filium. et quem rede-

meris seruū. Hic aspice factorē ꝛ ne despicias facturā. ¶ Amplectere serenū pastorē: ꝛ respice misericors allatam ꝓpriis humeris ouem. Hic est fidelissimus pastor ille q̄ dudū errabundā ꝑ abruta mōtiū: ꝑ precipitia valliū: multis varijsqꝫ q̄sierat laborib⁹. Quiqꝫ iā morienti: iam per longa exilia deficienti tm̄ inuente: gaudēs se supposuit: ꝛ miro sibi annisu charitatis annexande cōfusionis abyss⁹ leuauit: plisqꝫ astrictā cōplexibus ad nonagintanouem vnā q̄ perierat reportauit. Ecce dn̄e mi rex de⁹ omnipotēs ecce pastor bonus: refert tibi quod cōmisisti ei. Suscepit te disponente ad saluandū hominē: quē tibi restituit omni labe immunem. Ecce tuum tibi charissimus nat⁹ plasma recōciliauit quod a te procul deuiauit. En gregi tuo pastor mitis reformat: q̄d p̄do violētus abegerat. Reddit tuis ꝯspectib⁹ seruū: quē sua fecerat cōscientia fugitiuum. vt qui per se meruit penam. per factionem huius mereatur veniā. Quiqꝫ ꝓ culpis sperabat gehennam: tanto duce iā ꝯfidat reuocari ad patriā. ¶ Potui ꝑ me te sancte pater offēdere sꝫ nō valui ꝑ me placare. Factus est adiutor meus deus meus tuus dilectus fili⁹ meam participans humanitatem vt curaret infirmitatem. quatenus vnde causa emerserat offensionis: inde tibi immolaret sacrificiū laudis: meqꝫ per hoc redderet tue pietati placabilem. quo sedēs ad dexterā tuā sꝑ mee substātie se ostēderet esse cōsortē. Ecce spes mea: ecce tota fiducia mea. Si me pro mea vt dignum despicis iniquitate: respice me saltē misericors ꝓ dilecte sobolis charitate. Attēde in filio q̄ ꝓpicieris suo vide carnis sacrm̄ et remitte carnis reatum quotiēs beate ꝑlis tibi patent vulnera delitescant obsecro scelera mea. Quotiens rubet preciosus pio de latere sanguis: diluatur obsecro labes mee pollutiōis. Et q̄ꝛ caro te lacessiuit ad irā: caro te flectat ꝑ[illegible] ad misāꝫ: vt sicut caro seduxit ad culpam: caro deducat ad veniam. Multū. nāqꝫ est q̄d mea merer impietas. lōge aūt maius q̄d redēptoris mei reposcit iure pietas. ¶ Magna enī est mea iniusticia: satis vero maior redemptoris iusticia. Quanto nāqꝫ est superior de⁹ hoīe: tāto mea malicia est inferior eius bonitate in qualitate ꝛ quātitate. Quid enī deliquit hō: quod non redemerit fili⁹ dei factus hō? Que tanta supbia tumeret: quā nō tanta humilitas sterneret? Quodnam tm̄ mortis imperium: q̄d nati dei nō destrueret crucis suppliciū? Minirum deus meus si equa lance delicta peccātis hoīs ꝛ redimētis gratia librent. auctoris: nō tm̄ oriens ab occidente seu inferior separatur infernus a summo celi cardine. Iam lucis optime creator: iā culpis ignosce meis: pro dilecti filij tui laborib⁹ immēsis. Iam eius queso pietati mea impietas: eius modestie mea ꝑuersitas: ꝛ māsuetudini donet ferocitas. Iam sua humilitas meam supbiam: patiētia impatiētiā: benignitas duriciā obediētia inobediētiā. trāquillitas inquietudinē dulcedo amaritudinem: suauitas irāꝫ: charitas lucrifaciat crudelitatem.

¶ De inuocatiōe spūssctī. ¶ Ca. ix.



O Iam diuini amor nominis. patris omnipotentis ꝑlisqꝫ beatissime sācta cōmunicatio omp̄s paraclite spūs: merētiū ꝯsolator clemētissime. iā cordis mei penetralib⁹ potēti illabere ꝟtute: ꝛ tenebrosa q̄qꝫlaris neglecti latibula: corusci luminis fulgore pi⁹ habitator letifica: tuiqꝫ roris abūdātia. lōgo ariditatis marcētia squalore visitando fecūda. Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo: ꝛ torpētē medullas iecoris flammis salutaribus penetrando succende: sanctiqꝫ feruoris igne illustrando intima mentis ꝛ corporis vniuersa depasce: pota me torrente voluptatis tue vt nil iam mundanorum degustare libeat venenate dulcedinis. Iudica me dn̄e ꝛ discerne causam meāꝫ de gente nō sancta: doce me facere volūtatē tuā q̄ꝛ deus meus es tu. ¶ Credo ꝙ quēcūqꝫ inhabitaueris patris ac pariter filij domicilium cōdis. Beatus qui te merebit hospitari: qm̄ per te

pater ⁊ filius apud eum faciunt mansio
nem. Ueni iam veni benignissime dolen
tis anime consolator protegens in oppor
tunitatibus in tribulatione adiutor.
Ueni mundator scelerum: curator vulne
rum. Ueni fortitudo fragiliū. reuelator
labentium: veni humilium doctor: superbo
rum destructor. Ueni orphanorum pius
pater: viduarū dulcis iudex. Ueni spes
pauperū: refocillator deficientium. Ue
ni nauigantium sidus et naufragij port⁹.
Ueni omnium viuentium singulare dec⁹
morientium vnica salus. Ueni sanctissi-
me spirit⁹: veni ⁊ miserere mei: apta me
tibi: ⁊ condescēde propitius michi vt mea
tue magnitudini exiguitas: robori quoque tuo
mea imbecillitas secundum multitudi-
nem tuarum complaceat miserationum
per iesum xpm saluatorem meū: qui cū
patre in tua vnitate viuit ⁊ regnat in se
cula seculorum. Amen.

¶ Oratio serui dei de se humiliter senti
entis. Capitulū. x

Scio dñe scio ⁊ fateor: quia non
sum dignus quem tu diligas
sed certe tu non es indign⁹
quem ego diligam. Indign⁹
quidem sum tibi seruire: sed tu non es in
dign⁹ seruitio creature tue. da ergo mi
chi domine vnde tu es dignus: ⁊ ego ero
dignus vnde sum indignus. Fac me quo
modo vis a peccatis cessare: vt quomo
do debeo possim tibi seruire. Concede
michi sic custodire ⁊ regere ⁊ finire vitā
meam: vt in pace dormiam ⁊ in te requie-
scam. Presta michi in finem vt me exci-
piat somnus cum requie: requies cū se-
curitate: securitas in eternitate. Amen.

¶ Oratio ad sanctam trinitatem

Te deum patrem ingenitum
te filium vnigenitum: te spi-
ritum sanctum paraclitum.
sanctam ⁊ indiuiduam trini
tatem toto corde ⁊ ore cōfi
temur laudamus atq; benedicimus: ti-
bi gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Confessio omnipotētis dei ⁊ maiesta
tis eiusdem. Capitu. xi.


Summa trinitas virt⁹ vna
et indiscreta maiestas. de⁹ nr
deus oipotēs: cōfiteor tibi
ego vltimus seruorū tuorū ⁊
exiguū membrū ecclesie tue
confiteor tibi ⁊ honorifico te debito sa-
crificio laudis pro scire ⁊ posse qd mihi tā
tillo donare dignat⁹ es. Et quia exteriora
mihi mūera desunt q̄ possim offerre: ea que
in me sunt vota laudatiōis ex dono mie
tue. ecce libens atq; ouās offero tibi de
fide non ficta et conscientia pura. Cre-
do igitur te toto corde rex celi et terre
domine: ⁊ ore te confiteor patrē ⁊ filium
et spiritū sanctū in psonis trinum: et in
substantia vnū: verum deum omnipotē-
tem vni⁹ simplicis incorporee inuisibil' ⁊
incircunscripte nature. nil in te maius
aut inferius habentē: sed per omnē mo-
dum sine deformitate pfectū: sine quāti
tate magnum. sine qualitate bonū. sine
tpe sempiternum. sine morte vitam. sine
infirmitate fortem. sine mendacio verū
sine situ vbiq; psentem. sine loco vbiq;
totum. sine extēsione oia implētem. sine
contradictione vbiq; occurrentem. sine
motu oia transcendentem. sine statu in-
tra oia manentē. sine indigentia omnia
creātem. sine labore omnia regentē sine
tui initio omnibus initia dantē. sine tui
mutatione omnia mutabilia facientem
in magnitudine infinitum. i virtute oīm
potentem in bonitate summū. in sapien
tia inestimabilem: in consiliis terribilē:
in iudiciis iustum: in cogitationibus se-
cretissimū. in verbis veracē. in operib⁹
sanctū. in misericordiis copiosum: erga
delinquētes patientissimū. erga penitē
tes piissimū. sp idipm eternum ac sempi
ternū immortalē atq; immutabilē. quem
nec spacia dilatant. nec breuitas locorū
angustat. nec receptacula vlla coartāt
nec voluntas variat: nec necessitudo
corrumpit: nec mesta perturbāt nec le-
ta demulcent. Cui nec obliuio tollit nec
memoria reddit: nec preterita transe-
unt: nec futura recedunt. Cui nec origo
initium: nec tempora incrementum: nec
casus finem dabit: sed ante secula ⁊ in se
culis ⁊ p secula eternū viuis. et est tib

perēnis laus ꝛ eterna gloria: summa po testas ꝛ singularis honor: ꝑpetuū regnū et sine fine imperiū ꝑ infinita ꝛ indefessa et immortalia secula seculorum. Amen.

¶ Qualiter generi humano dignat⁹ est subuenire deus pr: ꝛ de verbi incarnatio ne ꝛ grāꝝ actione. R Ca. xii

Hucusq3 oīpotēs de⁹ cordis mei inspector ꝛ scrutator: cō fessus suz oīpotētiā maiesta tis tue: ꝛ maiestatē oīpoten tie tue. nūc aūt qualiter hu mano gñi subuenire dignat⁹ es in fine seculoꝝ. sicut corde credo ad iusticiam ita ore corā te cōfiteor ad salutē. Tu q̄dē deus pr̄ solus nūq̄ legeris missus: de filio aūt tuo ita scribit aplus. Cū autē venit plenitudo tp̄is: misit de⁹ filiū suū Cū dicit misit: satis ōndit quia in hunc mundum missus aduenit: cū de btā ma ria semper virgine natus: verus ꝛ perfe ctus hō in carne apparuit Sed quid est quod de illo ille euangelistarū p̄cipuus ait. In mūdo erat ꝛ mū dus ꝑ ip̄m fact⁹ est? L Illuc vero missus est ꝑ humanitatē vbi semp fuit ꝛ est ꝑ diuini tatē. Quā videlz missionē opus esse to tius sancte trinitatis toto corde credo ꝛ ore cōfiteor. Quō autem nos amasti pa ter sancte ꝛ bone: quantum nos dilexisti pie conditor: q̄ etiā ꝓprio filio nō peper cisti: sed pro nobis impijs tradidisti illū subditus tibi ille fuit vsq3 ad mortē: mor tem autem crucis. tollens cyrographuz peccatorum nostrorum: ꝛ affigens illud cruci. crucifixit peccatum ꝛ occidit mor tem. vnus ille inter mortuos liber: pote statem habens ponendi animam suaz ꝑ nobis ꝛ iterum sumendi eam pro nobis. Igitur victor ꝛ victima: ꝛ ideo victor q2 victima ꝑ nobis tibi: sacerdos et sacri ficium. et ideo sacerdos q2 sacrificium. Merito mihi spes valida in illo est: quia sanabis oēs languores meos ꝑ eum qui sedet ad dexteram tuaz ꝛ interpellat ꝑ nobis. Languores quippe mei dn̄e ma gni sunt ꝛ multi. multi sunt ꝛ magni. ha bet enim multa in me princeps mundi hui⁹: scio ꝛ fateor: sed rogo te libera me ꝑ sedentem ad dexteram tuam redēpto rē nostrū i quo nihil sui mali potuit inue nire. Per ip̄m me iustifica q̄ pctm̄ nō fe cit: nec inuētus ē dolus in ore ei⁹. ꝑ ip̄m caput nr̄m in quo nulla ē macula libera mēbrū ei⁹ lz exiguū ꝛ infirmū: libera q̄so me a pctis: vicijs/ culpis/ ꝛ negligētijs meis. Reple me tuis sanctis virtutib⁹: ꝛ fac me bonis pollere morib⁹: fac me in sanctis opibus tuis ꝓpter nomē sanctū tuum perseuerare vsq3 in finem ſm tuaz voluntatem.

¶ De fiducia quā hr̄e dz aīa in dn̄o iesu atq3 ei⁹ passione. AB Capi. xiij.

Desperare vtiq3 potuissem ꝓ pter nimia pctā mea ꝛ infini tas negligentias meas: nisi virtutē tua deus caro fie ret et habitaret in nobis. Sed desperare iaz nō audeo: q2 cū inimi ci essem⁹ recōciliati sumus ꝑ mortē filij tui. q̄to magis recōciliati salui facti su mus ꝑ eum. Ois nāq3 spes ꝛ totius fidu cie certitudo mihi est in p̄cioso sanguie eius: q̄ effusus est ꝓpter nos ꝛ ꝓpter no strā salutē. In ip̄o respiro ꝛ i ip̄o cōfisus ad te ꝑuenire desidero nō hn̄s meā iusti ciam sed eā q̄ est ex filio tuo nr̄o iesu xp̄o Unde clemētissime ꝛ benignissime ama tor hominum deus: qui ꝑ iesum xp̄m fi lium tuū dn̄m nr̄m: cū ꝑditi fuissem⁹ cul pa nostra mirabiliter liberasti ꝛ recupa sti nos. gratias ago pietati tue. et mul tas tibi laudes refero ex totis p̄cordijs meis qui ꝓpter tuam inenarrabilem di lectionem quia nos miseros ꝛ indignos mirabili bonitate amare dignatus es: misisti eundez vnigenitum tuum de sinu tuo ad publicū nostrū: saluare nos pec catores tūc filios ꝑditionis. R. Gras ago tibi pro sancta incarnatiōe ꝛ natiuitate eius: ꝛ pro gloriosa genitrice sua: de qua ipse carnē assumere dignat⁹ est ꝓpter nos et ꝓpter nostram salutem vt sicut verus deus de deo: ita verus ho mo ex homine esset. Gratias tibi ago ꝑ passione ꝛ cruce eius. pro morte ꝛ resur rectione eius. pro ascēsione eius in celū et sede maiestatis eius ad dexterā tuam Ipse enim quadragesimo die post resur rectionē suam ascēdens videntib⁹ discī

pulis sup omnes celos: sedes q ad dexte ram tuam: spiritū sanctum sm pmissionem suam in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago p sacratissima illa effusione pciosi sanguinis eius quo sum⁹ redempti simul. ꝛ p sacrosancto et viuifico mysterio corporis et sanguinis eius quo quotidie in ecclesia tua pascimur ꝛ potamur: abluimur ꝛ sctificamur ꝛ vni⁹ summe diuinitatis participes efficimur. Gratias tibi ago p tua mira et inenarrabili charitate: qua nos indignos sic amasti ꝛ saluasti per vnicum ꝛ dilectum filium tuum. Sic enim dilexisti mundū ut vnigenitum tuum dares: vt omnis q credit in eum nō pereat: sed habeat vitā eternā. Hec est aūt vita eterna vt cognoscam⁹ te verū deum. ꝛ quē misisti iesum xpm p fidem rectā et cōdigna fidei opa

¶ De imēsa charitate patris eterni ad genus humanum. Capi. xiiii.



O Immēsa pietas. o inextimabilis charitas: vt liberares seruū filiū tradidisti. De⁹ factus est hō vt perditus hō de ptāte demonū erueret. Quā benignissim⁹ amator hoim filius tu⁹ deus noster cuius piis visceribus nō satis visum est vt se inclinaret fact⁹ homo de virgine maria nisi etiam subiret crucis suppliciū effuso sanguine ppter nos ꝛ ppter nostrā salutē. Venit pius deus: venit pro pietate ꝛ bonitate sua. venit querere ꝛ saluum facere qd perierat. Quesiuit ouē pditam. quesiuit ꝛ inuenit: ꝛ humeris suis reportauit ad caulas gregis Pius ꝛ vere multū pius. O charitas: o pietas quis audiuit talia. qs sup tanta misericordie viscera nō obstupescat? qs non miretur? qs nō colletetur ppter nimiam charitatē tuam qua nos dilexisti: misisti filium tuum in similitudinem carnis peti: vt de pctō dānaret peccatū: vt nos efficeremur iusticia tua in ipo. Ipse eñi verus est agnus imaculatus: qui abstulit pctā mundi. qui mortē nostrā moriendo destruxit ꝛ vitam resurgendo reparauit. Sed quid tibi retribuere possumus de⁹ noster p tantis bñficiis misericordie tue: quas laudes: quas ve gratias rum actiones? Etiā si illa beatoꝝ angeloꝝ scientia ꝛ potētia nobis foret: nichil tñ dignum tāte pietati ꝛ bonitati tue recompensare valerem⁹. Si certe oīa mēbra nr̄a vterentur in linguas ad rependendū tibi debitas laudes nequaq sufficeret exiguitas nr̄a. Supereminet eniꝫ oēm scientiā tua iestimabilis charitas: quam ostēdisti nobis indignis bonitate et piatate tua. Fili⁹ nanq tuus deus nr̄ non angelos sed semē abrahe apphēdit assimilatus nobis p oīa absq pctō. hūanam itaq non angelicā suscipiēs naturam: ꝛ eā stola sctē resurrectionis ꝛ immortalitatis glificans: vexit super oēs celos. sup oēs choros angeloꝝ: sup cherubin et seraphin: collocans ad dexterā tuā. hanc aūt laudāt angeli: adorāt dominatiōes: ꝛ oēs virtutes celoꝝ tremūt sup se hoiem deū. Hec nēpe mihi tota ē spes oisq fiducia. R. Est eñi in ipso iesu xpo domino nostro vniuscuiusq nostrorum portio caro ꝛ sanguis Vbi ergo portio mea regnat: ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur: ibi gloriosū me esse cognosco. Vbi sanguis meus domiatur: ibi dominari me sentio Quamuis peccator sim: de hac communione gratie nō diffido. Et si pctā mea phibent: substātia mea reqrit. Et si delicta mea me excludunt: nature communio non repellit. Nō eī tā imitis ē deus vt obliuiscat hois ꝛ nō meminerit ipsi⁹ quē ipe gestat: ꝛ quē mei cā suscepit: ei⁹ quē mei cā requirit. Mitis vero et valde benign⁹ est dñs de⁹ nr̄: ꝛ diligit carnē suam: mēbra sua ꝛ viscera sua in ipo deo ꝛ dño nostro iesu christo dulcissimo benignissimo atq clemētissimo: in quo resurreximus ꝛ iam celos ascēdimus: ꝛ iaꝫ in celestibus cōsidemus. Caro nostra nos diligit. Habem⁹ aūt sanguis nr̄i prerogatiuam in ipso. Sumus aūt mēbra eius ꝛ caro ei⁹. ipe deniq est caput nostrū. ex quo totum corpus. sicut scriptū ē. os ex ossib⁹ meis et caro de carne mea. ꝛ erūt duo in carne vna. Et nemo vnq carnem suam odio habet sed fouet ꝛ diligit eam Mysterium hoc magnuꝫ est ego dico in christo et in ecclesia: ait apostolus.

¶ De duplici christi natura q pro nobis miseretur ꝛ p nobis interpellat. Capitulum. xv.



Ratias itaqꝫ ago tibi labiis et corde: ꝛ oi qua valeo virtute: infinite mie tue dñe deus nr: p omnibus miserationibus tuis qbus miserabiliter nobis pditis subuenire dignatus es. p eundem filium tuum: saluatorē ꝛ recuperatorē nostrū: qui mortuus est pter peccata nostra: ꝛ resurrexit pter iustificationē nostram. ꝛ nunc viuens sine fine sedet ad dexteram tuā ꝛ interpellat p nobis. ꝛ simul tecū miseretur. qr deus est ex te patre coeternus ꝛ cōsubstātialis tibi p omnia. vñ pōt in ppetuū nos saluare. Sed sm id quod homo est ex qua parte minor te est: data est ei ois potestas i celo et in terra: vt in noie iesu omne genu flectatur: celestiū terrestrium ꝛ infernorū: ꝛ ois lingua cōfiteat qr dñs nr iesus xps in gloria est tua deus pater omnipotens. Ipse quidem cōstitutus est a te iudex viuorum ꝛ mortuorum. tu vero non iudicas quēqꝫ: sed omne iudicium tuum dedisti filio tuo. in cuius pectore recōditi sunt omnes thesauri sapientie ꝛ sciencie. Ipse aūt testis ꝛ iudex est: iudex ꝛ testis: quē nulla peccatrix cōscientia effugere poterit. Omnia eni nuda ꝛ aperta ta sunt ei. Ipse sane q iniuste iudicatus est iudicabit orbē terre in eqtate ꝛ populos in iusticia. Benedico ergo nomen sanctum tuum ineternum: et glorifico ex toto corde meo omnipotēs et misericors dñe: p illa inenarrabili et mirabili coniunctione diuinitatis ꝛ humanitatis in vnitate persone vt non alter deus alter homo esset. sed vnus ideqꝫ deus et homo: homo et deus. Sed licet mirabili dignatione verbum caro factū sit: neutra tamen ex duabus naturis in aliā mutata est substātiā: trinitatis mysterio quarta non est addita psona: vnita quippe est nō confusa verbi dei hominisqꝫ substantia vt in deum quod ex nobis susceptum fuerat pueniret: et illud quod nunqꝫ fuerat idem quod semp fuerat pmaneret. O admirabile misterium O inenarrabile cōmercium: o mira semperqꝫ miranda: semperqꝫ amāda diuine ppiciationis benignitas. serui digni nō fuimus: ꝛ ecce filij dei facti sumus: heredes quidem dei: coheredes autē christi Unde hoc nobis: ꝛ quis nos ad hoc perduxit? Sed rogo te clementissime pater deus per hanc inestimabilē pietatem bonitatem ꝛ charitatem tuam. vt dignos nos facias multis ꝛ magnis pmissionibus eiusdem filij tui domini nostri iesu xpi. Manda virtuti tue ꝛ confirma hoc quod operatus es in nobis. perfice quod cepisti vt ad plenam tue pietatis gratiā mereamur puenire. Fac nos p spiritum sanctum intelligere ꝛ mereri ꝛ debito sp honore venerari hoc magnum pietatis misterium. quod manifestum est in carne: apparuit angelis: pdicatum est gentibus: creditū est in mundo: assumptum est in gloria.

¶ De gratia quam debet homo deo pro bñficio redēptionis. Ca. xvi.



Quantū sumus tibi debitores dñe deus nr. tāto redēptiōis pcio tāto saluati dono: ꝛ tā glioso adiuti bñficio: qtū a nobis miseris estimēdus amādus benedicendus: laudādus: honorandus ꝛ glorificādus. q nos sic amasti. sic saluasti. Tibi nempe debemus oē qd possumus: oē qd viuimus: oē qd sapimus Sed qs habet qcqꝫ nō tuum. Tu dñe deus nr a q bona cūcta pcedūt. ppt te et nomē sctm tuum: da nobis de bonis tuis vt de bonis ac datis tuis seruiamus tibi: ꝛ in veritate placeamus: atqꝫ debitas quotidie laudes rependamus tibi pro tantis beneficiis mie tue. Non eni aliūde possumus tibi seruire neqꝫ placere nisi de tuo munere. Omne enim datum optimum ꝛ omne donum perfectū de sursum est descēdēs a patre luminū. apud quē nō est transmutatio nec vicissitudinis obūbratio. Dñe deus nr: deus pie: deus bone: deus omnipotēs: deus ineffabilis ꝛ circunscripte nature: deus istitutor omniū rerum: ꝛ domini nostri iesu xpi pater. eundem dilectum filium tuum dominum nostrū dulcissimū misisti de sinu tuo ad pu-

blicū ꝓficuū nostrū suscipere viā nostrā vt nobis donaret suā. esset ꝗ ꝑfect⁹ de⁹ ex te patre: ꝛ perfectus homo ex matre totus deus ꝛ totus hō: vnus idē ꝗ xp̄s. Eternus ꝛ tēporalis: ꝛ imortalis ꝛ mortalis. creator ꝛ creatus. fortis ꝛ īfirm⁹. victor. ꝛ victus. nutritor: ꝛ nutritus. pastor ꝛ ouis. temporaliter mortuus ꝛ tecum viuēs ineternum. suis dilectoribus vite municipium ꝓmittens dedit et nobis dixit. Quodcū ꝗ petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Per ipsum summum sacerdotē ꝛ verū pontificem ꝛ bonum pastorē q̄ se tibi obtulit in sacrificiū: preponēs aīam suā pro grege suo te rogo ꝑ ipm q̄ sedet ad dexterā tuam ꝛ interpellat ꝓ nobis: redēptorē ꝛ aduocatuꝫ nostrū. pietati ꝛ bonitati tue supplico clemētissime ꝛ amantissime ꝛ benignissime amator hominū deus des mihi cum eodeꝫ filio tuo ꝛ spūsctō te in oīb⁹ benedicere ꝛ glorificare: cuꝫ multa cordis ꝯtritiōe ꝛ lachrimaꝝ fonte: cū multa reuerētia ꝛ tremore. ❡ Qr q̄ꝝ vna est substantia: vnū est ꝛ datum. Sꝫ qm̄ corpus qd̄ corrūpit aggrauat aīaꝫ excita queso torporē meū tuis stimulis ꝛ fac me strennue perseuerare in preceptis ꝛ laudib⁹ tuis die ac nocte. Tribue vt concaleat cor meum intra me ꝛ ī meditatione mea exardescat ignis. Et qꝛ ipse tuus vnicus nat⁹ dixit. nemo venit ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū ꝛ nemo venit ad patrē nisi per me: obsecro ꝛ suppliciter rogo: trahe me semꝑ ad ipsum vt me tandē ꝑducat adte illuc vbi ipse ipse est in dextera tua sedens. Ubi est sempiterna vita. sempiterne beata. vbi est amor perfectus ꝛ timor nullus. vbi est dies eternus ꝛ vnus oīm spiritus. vbi summa ꝛ certa securitas ꝛ secura trāquillitas: ꝛ tranquilla iocūditas: ꝛ iocunda felicitas: ꝛ felix eternitas. ꝛ eterna beatitudo: ꝛ btā tui sine fine visio ꝛ laudatio. Ubi tu cū illo ꝛ ille tecū in cōiōe scti spūs eternaliter ac sēpiternaliter viuis ꝛ regnas deus ꝑ omnia secula seculorum. Amen.

❡ Oratio deuotissima ad christum. Capitulum. xvij.



Spes mea xp̄e deus: hoīm tu dulcis amator. Lux: via vita salus decor ꝛ decus oē tuoꝝ. Omnia ꝓ quoꝝ voluisti ferre salute. Sermo vincl'a. crucē vulnus. mortē atq̄ sepulchrū Post tres inde dies deuicta morte resurgēs. Discipul' vis⁹ nutātia corda reformās Luce q̄ ťdena celoꝝ sūma petisti. Uiuis ieťnū nūc ꝛ ꝑ scl'a regnās. Tu es deus me⁹ viuus ꝛ ver⁹ pr̄ me⁹ sctūs: d⁹s me⁹ pius: rex me⁹ magn⁹: pastor me⁹ bon⁹: magister me⁹ vn⁹: adiutor me⁹ optim⁹: dilectus me⁹ pulcherrim⁹. panis me⁹ viu⁹ ꝛ sacerdos me⁹ in eternū: dux me⁹ ad patriā lux mea vera: dulcedo mea sctā: via mea recta sapiētia mea ꝑclara: simplicitas mea pura ꝯcordia mea pacifica. custodia mea tuta. portio mea bona: sal⁹ mea sempiterna mīa mea magna: patiētia mea robustissima: victima mea immaculata: redēptio mea sctā: spes mea firma: charitas mea ꝑfecta. resurrectio mea vera: vita mea eterna. exultatio et visio mea beatissima ꝛ sine fine mā sura. Te deꝑcor supplico ꝛ rogo vt ꝑ te ambulem: ad te perueniam: in te requiescā qui es via veritas ꝛ vita: sine qua nemo venit ad patrē. Te eīn desidero dulcissimum ꝛ pulcherrimū dn̄m. o splendor paterne glorie: qui sedes super cherubin ꝛ intueris abyssos: lumen veridicū: lumē illuminans: lumē indeficiens: in quē desiderant angeli ꝓspicere. Ecce cor meum corā te est: discute tenebras eius vt amoris tui claritate plenius perfūdat. Da mihi deus meus te: redde mihi te. en amo te: ꝛ si parū est amem validius. Non possum metiri vt sciam q̄tum desit mihi amoris tui ad id quod satis est vt currat vita mea in amplexus tuos: nec auertatur donec abscōdatur in abscondito vultus tui. ❡ Hoc tamē scio qꝛ male mihi est ꝑter te dn̄e. non solum extra me sed in meipso. Omnis eīn copia q̄ deus me⁹ nō est egestas mihi est. Bonum nā ꝗ quod ne ꝗ in melius ne ꝗ in deterius commutari potest tu solus es. qui simpliciter solus es: cui non est aliud viuere ꝛ beate viuere: quia

tua beatitudo tu es. Creatura vero tua cui est aliud viuere ⁊ aliud beate viuere. omne quod viuit ⁊ beate viuit nõ debet nisi gratie tue attribuere. Et ideo nos egemus tui nõ tu nostri: quia si omnino nõ essem⁹ nihil tibi deesset ad bonum quod tu es. Tibi itaq₃ dño deo nostro semper adherere necesse habemus vt per cõtinuum auxiliũ tuum sancte ⁊ pie ⁊ recte viuere valeamus. põdere siquidem fragilitatis nostre deorsum trahimur dono aũt tuo accẽdimur ⁊ sursũ ferimur. inardescim⁹ ⁊ imus: ascẽdimus: ascẽsiones in corde facimus: ⁊ cãtam⁹ canticum graduum: igne tuo bono inardescimus ⁊ imus: quo ia₃ sursum imus: ad pacem hierusalem: quoniam iocũdatus sum in his que dicta sunt mihi in domum dñi ibim⁹. Illic collocauit nos volũtas bona: vt nihil velimus aliud q̃₃ permanere illic ineternum. Sed quia dum sumus i ncorpore peregrinamur a te domine. Non habemus hic ciuitatem manentẽ: sed futurã inqrimus. Noster municipatus in celis est. Ideo duce gratia tua ingredior in cubile cordis mei: ⁊ cãto tibi amatoria rex meus et deus meus: gemẽs inenarrabiles gemitus in loco peregrinationis mee. Ubi cantabiles mihi facte sunt iustificationes tue. Et recordans hierusale₃ extendo in eã sensum cordis. hierusalem patriam meam. hierusalem matrem meam. teq₃ super eam regnatorem/ illustratorem/ patrem/ tutorem patrorum/ rectorem/ pastorem: castas ⁊ fortes delicias: solidum gaudiũ ⁊ omnia bona ineffabilia. simul omnia q₂ vnum summu₃ ⁊ verũ bonum ⁊ non auertar donec in eius pacem matris charissime vbi sunt primitie spirit⁹ mei colligas totum quod sum a dispersione ⁊ deformitate hac: ⁊ cõformes atq₃ confirmes ineternum deus meus misericordia mea.

¶ Hic distinguit inter sapientiã que domus dei est: ⁊ sapientiam que diuina est ꝩ Capitu. xviij.



Hec est domus tua deus non terrena: neq₃ vlla celesti mole corporea: s₃ spiritualis ⁊ particeps eternitatis tue: q₂ sine labe manet ineternum. Statuisti em̃ eam in seculum ⁊ in seculum seculi: p̃ceptũ posuisti ⁊ nõ preteribit. Non tñ tibi ideo coeterna/ q₂ nõ sine initio: facta est em̃ Prior quippe oĩm creata est sapientia nõ vtiq₃ illa sapiẽtia. patri deo plane coterna ⁊ coequalis: per quã creata sunt oĩa: ⁊ in quo principio factum est celũ ⁊ terra: sed profecto sapientia que creata est spiritualis natura scilic₃ que contemplatione luminis lumen est. Dicitur em̃ ⁊ ipsa (q̃uis creata) sapientia. Sed quãtum distat inter lumen illuminãs: et lumen quod illuminat: tantũ differt iter te summã sapientiã q̃ est creans ⁊ ista₃ q̃ creata est. sicut inter iusticiã iustificãtem: que tu deus noster es: ⁊ iusticiam q̃ iustificatione nostra facta est. Nã ⁊ nos sumus dicti iusticia dei patris i te alio eius domino nostro: testante apostolo. Ergo quia prior oĩm creata est queda₃ sapientia. que creata est mens rõnalis ⁊ itellectualis caste scilic₃ ciuitatis tue matris nostre que sursum est ⁊ libera est ⁊ eterna in celis. Quibus celis? Nisi q̃ te laudant celi celorum. Quia hoc est ⁊ celum celi domino. Et si nõ inuenimus tempus ante illam que creaturam temporis antecedit: quia prior omniũ creata est: ante illam tamẽ es tu deus eternus creator oĩm a q̃ facta sũpsi exordiũ q̃uis nõ tẽporis: q₂ nõdũ erat tempus: ipsius: tamen cõditionis sue. Unde ita est abs te domino deo nostro: vt aliud sit plane q̃₃ tu. Licet nec ante illam nec in illa inueniamus tempus. est em̃ idonea faciem tuam semper videre: nec vsquia₃ deflectitur ab ea quo fit vt nulla mutatione varietur. Inest tamẽ ipsi mutabilitas qua tenebresceret ⁊ frigesceret: nisi amore grandi coherens tibi tanq̃₃ super meridiem luceret et ferueret ex te. Deniq₃ tã casto amore coheret tibi deo vero ⁊ vere eterno: vt q̃uis tibi non sit coeterna. per nullius tamen temporis varietates ⁊ vicissitudines a te resoluatur ⁊ defluat: sed in tui solius verissima contemplatione requiescat.

ꝫ Quoniã tu deus diligẽti te q̃tum

precipis ostendis te et sufficit ei. Vñ nõ declinat a te nec a se: sed semper ieodem statu manet: te indesinenter vidẽdo: te indeficienter amãdo: verũ lumẽ ⁊ castum amorem. O beata ista ⁊ sublimis creatura creaturarũ: maxime beata inherendo semper beatitudini tue felix et nimium felix te sẽpiterno inhabitatore atq; illustratore suo. Nec inuenio quid licẽtius appellãdum existimem⁹ celum celi domino q̃ domum tuam cõtemplantem delectationẽ tuã sine defectu ⁊ absq; affectu egrediendi i aliud mentem puram concordissime vnã: stabilimentum pacis beatorũ spirituum: in celestibus sunt ista celestia. Vñ intelligat anima cui⁹ peregrinatio longinqua facta est si iã sit ibi. si iaʒ facte sint ei lachrime sue panes sui. si iam petat vnã ⁊ hanc requirat vt inhabitet in domo tua per oẽs dies vite sue. Et que vita ei⁹ nisi tu? Et qui dies sui nisi eternitas tua? Sicut anni tui qui nõ deficient. Hic ergo intelligat anima que potest q̃ longe sup omnia tẽpora sis eternus: quãdo domus tua que peregrinata non est: q̃uis tibi nõ sit coeterna: indesinẽter tamen ⁊ indeficiẽter coherẽdo tibi nullam temporis patitur varietatem. teq; sẽper perseuerantissima castitate hauriens mutabilitatem suam nusq̃ ⁊ nunq̃ exierit ex te sibi presẽte. ad quem toto affectu se tenẽs non habens futurũ quod expectet. nec in preteritum transiẽs quod meminerit: per nullas vices variatur ⁊ in nulla tẽpora extenditur.

¶ Hic orat homo vt ipsa quoq; domus dei oret pro eo A Capitulum. xix.



O Domus dei lũinosa et speciosa dilexi decorẽ tuũ: ⁊ locũ habitationis glorie dñi dei mei fabricatoris ⁊ possessoris tui tibi suspiret pegrinatio mea. nocte ac die tibi inhiet cor meũ. tibi intẽdat mẽs mea. ad societatẽ beatitudinis tue puenire desideret aĩa mea. dico ei qui fecit te vt possideat me in te quia ipse fecit me et te: immo tu dic: tu roga eum vt dignum me faciat participatione glorie tue. Sanctam eñ societatem tuam ⁊ mirabilem pulchritudinẽ tuam non per meritum requiro: sed per sanguinem eius quo redemptus suʒ adipisci non despero. tantum adiuuent me merita tua subueniãt prauitati mee sancte ⁊ purissime orationes tue: que ineffi caces apud deũ nullatenus esse possunt Erraui fateor sicut ouis perdita: ⁊ incolatus meus plongatus est/ atq; procul proiectus sum a facie domini dei mei in hanc exilij cecitatẽ. Vbi expulsus a paradisi gaudiis deploro quotidie mecuʒ super miserias captiuitatis mee: lugubre carmẽ ingentesq; lamentatiões. cũ recordor tui mater hierusaleʒ. dũ stant pedes mei i atrijs tuis: sancta ⁊ decora syon: nec dũ interiora tua cõspicere in propatulo valens: sed in humeris pastoris mei structoris tui spero me reportari tibi vt tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio quo letantur illi qui tecum sunt coram ipo deo ⁊ saluatore nostro q̃ dissoluit inimicitias in carne sua. ⁊ pacificauit omnia que in celis sunt ⁊ que in terra sanguine suo. Ipse eñ est pax nostra qui fecit vtraq; vnuʒ. Qui duos ex aduerso venientes parietes coniungẽs in se: batitudinis tue permanentem felicitatem pari modo ⁊ eadem mensura se nobis daturum promisit dicens. Erunt equales angelis dei i celis. O hiršm domus dei eterna post xp̄i dilectionem tu esto leticia ⁊ cosolatio mea. dulcis memoria tui beati nomis sit releuatio merroris tediorumq; meorum.

¶ Quãtis amaritudinibus vita ista sit respersa. B Capituluʒ. xx.



TEdet eñ me dñe valde vite huius: ⁊ istius erumnose pegriatiõis. Vita hec vita misera: vita caduca: vita icerta: vita laboriosa: vita imũda: vita dña maloꝝ: regina supboꝝ plena miseriis ⁊ erroribus. q̃ nõ est vita dicẽda sed mors: in qua momẽtis singulis morimur: p varios mutabilitatis defectus diuersis gñibus mortiũ. Nũquid ergo hoc q̃ viuimus in hoc mundo di-

cere possumus vitam: quam humores tumidant: dolores extenuãt: ꝛ ardores exiccant: aera morbidant esce inflãt: ieiunia macerãt: ioci dissoluunt: tristicie cõsumũt: sollicitudo coartat securitas hebetat: diuitie inflant et iactant: paupertas deijcit: iuuẽtus extollit: senectꝰ incuruat: infirmitas frangit meror deprimit. ¶ Ex hiemalis osbus mors furibunda succedit: simulq cũctis gaudijs istius misere vite ita finem imponit vt cum esse desierit non fuisse putetur. Mors ista vitalis ꝛ vita mortalis. lꝫ his alijsqꝫ sit respersa amaritudinibus: prohdolor q̃plurimos suis capit illecebris. ꝛ q̃ multos suis falsis promissionibus decipit. Et cum ita per se sit falsa ꝛ amara vt etiam suos cecos amatores latere non valeat. tamẽ infinitam stultorũ multitudinem aureo calice quẽ in manu habet potat ꝛ prorsus inebriat. Felices illi ꝛ ipsi rari q familiaritatem eius recusant: perfunctoria gaudia spnunt: societatem abijciũt ne cum pereunte deceptrice ꝛ ipi perire cogantur.

¶ De felicitate vite quam pparauit deus diligentibus se. D Ca. xxi.



O Tu vita quã pparauit deus his q diligũt eũ vita vitalꝭ: vita beata: vita secura vita tranqlla: vita pulchra: vita mũda: vita casta: vita sctã: vita ignara mortꝭ: nescia tristicie: vita sine labe: sine dolore: sine anxietate: sine corruptiõe: sine pturbatione: sine varietate ꝛ mutatione: vita totiꝰ elegãtie et dignitatis plenissima. vbi non est aduersarius impugnãs. vbi nulla peccati illecebra. vbi est amor pfectus: ꝛ timor nullꝰ vbi dies eternus: ꝛ vnus oĩm spiritus. vbi deus facie ad faciem cernitur et hoc vite cibo mens sine defectu satiatur. Libet me intẽdere tue claritati delectant me bona tua auido corde. quãto plus valeo mecum considerare tanto plus amore langueo. tuo vehementi desiderio: tuaqꝫ dulci memoria admodum delector. Libet itaqꝫ libet in oculos cordis attollere: statum mentis erigere: affectum animi conformare. Libet sane de te loq: de te audire ꝺ te scribere: de te cõferre: de tua beatitudie ꝛ gloria quotidie legere: ꝛ lecta sepiꝰ sub corde reuoluere: vt vel sic possim ab huius mortalis periturequꝫ vite ardoribus periculis ꝛ sudoribus sub tue vitalis aure dulci refrigerio transire: ꝛ transiens in sinu tuo fessuꝫ caput dormiturus vel paululum inclinare. ¶ E.

Huius rei gratia scripturarũ sanctarũ amena prata ingredior: viridissimas sententiarum herbas exarãdo carpo. legẽdo comedo. frequentando rumino. atqꝫ congregando tandem in alta memorie sede repono: vt tali modo tua dulcedie degustata: minus istius miserrime vite amaritudines sentiã. O tu vita felicissima. o regnum vere beatum: carens morte: vacans fine: cui nulla tempora succedunt per euum: vbi continuus sine nocte dies nescit habere tẽpus: vbi victor miles illis hymnidicis angelorũ sociatus choris: cãtat deo sine cessatione cãticum de cãticis syon: nobile perpetua caput amplectente corona. Utinam cõcessa mihi peccatorũ venia: moxqꝫ hac carnis sarcina deposita: in tua gaudia verã requiem habiturus intrarem. Et tue ciuitatis preclara atqꝫ speciosa menia: coronam vite de manu domini accepturus ingrederer: vt illis sanctissimis choris interessem: vt cum sanctissimis spiritibus glorie conditoris assisterem vt presentem christi vultum cernerem: vt illud summum ꝛ ineffabile ꝛ incircũscriptum lumẽ semper aspicerem. sicqꝫ nullo metu mortis affici: sed de incorruptionis perpetue munere letari possem sine fine.

¶ De felicitate anime sancte hinc exeũtis. F Capi. xxij.



FElix anima que terreno resoluto corpore libera celũ petit secura est ꝛ tranquilla: non timet hostẽ neqꝫ mortẽ. Habet eñ semp pſentẽ: cernitqꝫ indesinenter pulcherrimũ dñm cui seruiuit: quem dilexit: ꝛ ad quẽ tandẽ leta ꝛ gloriosa peruenit. Hãc vero tante beatitudinis glo

riam nulla dies minuet: nullus iprob⁹ poterit auferre. Viderũt eam filie syõ ⁊ beatissimã predicauerũt: ⁊ regine et cõcubine laudauerũt, eam dicẽtes.
Que est ista que ascẽdit de deserto deliciis affluens innixa super dilectũ suũ? Que est ista que progredit sicut aurora cõsurgẽs: pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorũ acies ordinata? Quam leta exit: festinat: currit: cũ dilectũ suum sibi dicẽtez attonitis auribus audit. Surge ꝓpera amica mea speciosa mea ⁊ veni. iaz enim hyẽs trãsiit: imber abijt ⁊ recessit: flores apparuerunt i terra nostra, tempus putatiõis aduenit. vox turturis audita est i terra nr̃a. ficus ꝓtulit grossos suos. florentes vinee dederũt odorẽ suũ. Surge ꝓpera amica mea: formosa mea: columba mea in foraminibus petre: in cauernis macerie: ostẽde mihi faciẽ tuã: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Veni electa mea: speciosa mea: colũba mea: imaculata mea: spõsa mea. veni ⁊ ponã in thronũ meũ: qꝛ cõcupiui speciẽ tuã. Veni vt leteris in ꝯspectu meo cuz angelis meis: quoꝝ societas tibi a me repromissa est. Veni post multa pericula ⁊ labores. intra in gaudiũ dñi tui: quod nemo tollet a te.

¶ Oratio an sanctos vt nobis succurrant in periculis. H Ca.xxiij.

Felices sancti dei oẽs q̃ iã trãsistis hui⁹ mortalitatis pelag⁹ ⁊ ꝑuenire meruistis ad portũ ꝑpetue q̃etis securitatis ⁊ pacis. securi ⁊ trãq̃lli semꝑq; festiui atq; gaudẽtes estis. Obsecro vos ꝑ patris charitatẽ qui securi estis de vobis: solliciti estote de nob;. Securi estis de vr̃a imarcescibili gloria: solliciti estote de nr̃a multiplici miseria. Per ipm̃ vos rogo q̃ vos elegit q̃ vos tales fecit: de cui⁹ pulchritudie iã satiamini. de cui⁹ imortalitate iam imortales facti estis. de cui⁹ beatissima visione semꝑ gaudetis. estote iugiter memores nr̃i: subuenite nobis miseris q̃ adhuc in salo huius vite circunstantibus agitamur ꝓcellis. Vos porte pulcherrime que in magnã surrexistis altitudinẽ. adiuuate nos vile pauimentũ longe inferius iacentes. Date manũ et erigite iacentes super pedes. vt ꝯualescentes de infirmitate fortes efficiamur in bello. Intercedite ⁊ orate ꝯstanter atq; indesinẽter pro nobis miseris multũq; negligẽtib⁹ pctõribus: vt ꝑ vestras oratiões vestro sctõ cõsortio cõiungamur. qꝛ aliter salui esse nõ possumus. Sumus nãq; valde fragiles ⁊ nullius virtutis homunciones: animalia ventris: ⁊ carnis mãcipia: in q̃bus vix aliq̃d virtutis apparet. ℞ Et tamen sub xp̃i confessiõe positi ligno crucis ferimur. nauigantes per hoc mare magnũ ⁊ spaciosum. vbi sunt reptilia quoꝝ non est numerus: vbi sunt animalia pusilla cũ magnis vbi est draco seuissimus semꝑ paratus ad deuorandam. Ubi sunt loca periculosa scilla ⁊ charybdis ⁊ alia innumerabilia: in quibus naufragãt incauti ⁊ in fide dubij. Orate dñm orate pijssimi: orate oĩa agmina sanctorum ⁊ vniuersi cetus beatorum. vt vestris precibus meritisq; adiuti salua naue et integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetue salutis et quietis et continue pacis ⁊ nunq̃ finiende securitatis.

¶ Anime desideriũ ad ciuitatez superne hierusalem. I Cap.xxiiij.

Mater hierusalẽ ciuitas sãcta dei charissima sponsa xp̃i te amat cor meũ. pulchritudinẽ tuã nimiũ desiderat mẽs mea. o q̃ decora: q̃ gl'osa: q̃ generosa tu es. Tota pulchra es ⁊ macula nõ est in te. Exulta ⁊ letare formosa filia ꝑncipis. qꝛ cõcupiuit rex spẽm tuã: ⁊ amauit decorẽ tuũ: specios⁹ forma filia ꝑncipis. qꝛ cõcupiuit rex spẽm tuã: ⁊ amauit decorẽ tuũ: specios⁹ forma ꝑ filijs hoim. Sed qualis est dilect⁹ tu⁹ ex dilecto o pulcherrima? Dilectus me⁹ candidus et rubicũdus: electus ex milibus. Sicut malus inter ligna siluarũ: sic dilectus

meus inter filios. Sub vmbra illius quem desideraui ecce leta sedeo. et fructus ei9 dulcis gutturi meo. Dilect9 meus misit manū suam per foramē: et venter meus intremuit ad tactū eius. In lectulo meo p noctem quesiui quē diligit anima mea. quesiui et inueni. teneo nec dimittā illum: donec introducat me in domum suam et in cubiculū suum. gloriosa genitrix mea. R Ibi eni dabis mihi vbera tua abundātius et pfectius. et satiabis me satietate mirifica. ita vt nec esuriā nec sitiā in eternum. Felix aia mea sempq3 felix in secula si intueri meruero gloriā tuā beatitudinem tuā. pulchritudinē tuā. portas et muros tuos. et plateas tuas: et mansiones tuas multas. nobilissimos ciues tuos: et fortissimum regē tuū in decore suo. Muri nāq3 tui ex lapidib9 pciosis: porte tue ex margaritis optimis. platee tue ex auro purissimo in q̄bus iocundū alleluya sine intermissione concinit. mansiones tue multe quadris lapidib9 fundate: saphyris ꝯstructe: laterculis coopte aureis in q̄bus nullus ingreditur nisi mundus. nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es et suauis: in delicijs tuis mater hierusalē. Nihil in te illle quale hic patimur. q̄lia i hac misera vita cernimus. Non sunt in te tenebre aut nox aut q̄libz diuersitas tempoꝝ. Non lucet in te lux lucerne aut splēdor lune: vel iubar stellaꝝ. sed deus de deo: lux de luce. sol iusticie semp illuminat te. agn9 candidus et immaculatus. lucidum et pulcherrimuz est lumentūū Sol tuus et claritas tua et omne bonū tuum. huius pulcherrimi regis indeficiēs contemplatio. Ipse rex regū i medio tui et pueri eius in circuitu eius. Ibi hymnidici angeloꝝ chori: ibi societas supernoꝝ ciuiuz. Ibi dulcis solemnitas omniū ab hac tristi peregrinatiōe ad tua gaudia redeuntiū. Ibi prophetarum puidus chorus. ibi duoden9 apostolorum numerus. ibi innumerabiliū martyrum victor exercitus. ibi sanctorum confessorum sacer conuentus. ibi veri et pfecti monachi. ibi sācte mulieres q̄ voluptates seculi et sexus infirmitatē vicerūt. ibi pueri et puelle q̄ annos suos sctis moribus transcēderūt ibi suos oues et agni q̄ iam huius voluptatis laqueos euaserūt. exultā t oēs in pprijs mansionibus. dispar est gloria singuloꝝ. sed communis est leticia oim. Plena et pfecta ibi regnat charitas. qr deus est ibi omnia in omnibus quē sine fine vident: et semper videndo in eius amore ardent. amāt et laudāt. laudāt et amant. omne opus eoꝝ laus dei sine fine. sine defectiōe. sine labore. Felix ergo et vere imperpetuū felix. si post resolutionē huius corpusculi audire meruero illa cātica celestis melodie que cantāt ad laudem regis eterni: ab illis supnepatrie ciuibus. beatorumq3 spiritū agminibus. Fortunatus ego nimiūq3 beat9 si et egoipse meruero cantare ea. et assistere regi meo deo meo et duci meo: et cernere eum in gloria sua. sicut ipse polliceri dignat9 est dicēs. Pater volo vt quos dedisti mihi sint mecū: vt videāt claritatē meam quā habui apud te añ ꝯstitutionē mundi. Et alibi. Qui mihi ministrat me sequat. et vbi sum ego illic et minis meus erit. Et iterum. Qui diligit me diligetur a patre meo: et ego diligam eum. et manifestabo ei meipsum.

¶ Hymnus de gloria paradisi. Capitulum. L xxv.



D perennis vite fontē mens sitiuit arida.
Claustra carnis presto frangi clausa querit anima.
Glifcit: ābit. eluctat exul frui patria.
Dum pressuris ac erūnis se gemit ob noxiam.
Quam amisit cum deliquit contemplatur gloriam.
Presens malū auget boni perditi memoriam.
Nam quis promat summe pacis quāta sit leticia?
Vbi viuis margaritis surgūt edificia
Auro celsa micant tecta: rediant triclinia.

Solis gemmis p̄ciosis hec structura ne
ctitur.
Auro mundo tanq̄ vitro: orbis via ster
nitur.
Abest limus deest fimus: lues nulla cer-
nitur.
Hyems horrens: estas torrens illic nū-
q̄ seuiunt.
Flos perpetuus rosarum: ver agit per-
petuum.
Candēt lilia: rubescit crocus: sudat bal
samum.
Virēt prata: vernant sata: riui mellis in
fluunt.
Pigmentorum spirat odor: liquor et aro
matum.
Pendent poma floridorum nō lapsura ne
morum.
Nō alternat luna vices sol vel cursus si-
derum.
Agnus est felicis vrbis lumē in occidu-
um.
Nox et tempus desunt ei diem fert cōti-
nuum.
Nam et sancti quiq̄ velut sol preclarus
rutilant.
Post triumphum coronati mutuo con-
iubilant.
Et p̄strati pugnas hostis iam securi nu
merant.
Omni labe defecati: carnis bella neci-
unt.
Caro facta spiritalis et mens vnum sen
tiunt.
Pace multa perfruentes scandala non
perferunt.
Mutabilibus exuti: repetunt origi-
nem.
Et presentem veritatis contemplantur
speciem.
Hinc vitalē viui fontis hauriunt dulce-
dinem.
Inde statum super idem exeuntes ca-
piunt.
Clari viuidi iocundi nullis petant casi
bus.
Absunt morbi semper sanis senectus iu
uenibus.
Hinc perenne tenent esse nam transire
transijt.
Inde virent vigent florent corruptela
corruit.
Immortalitatis vigor mortis ius absor
buit.
Qui sciētes cuncta sciunt quid nescire
nequeunt.
Nam et pectoris arcana penetrant al-
terutrum.
Unum volunt. vnum nolunt. vnitas est
mentium.
Licet cuiq̄ sit diuersum p̄ labore meri-
tum.
Charitas hec suum facit q̄ dum amat
alterum.
Proprium sic singulorum commune fit
omnium.
Ubi corpus illic iure congregantur et
aquile.
Quo cum angelis et sancte recreentur
anime.
Uno pane viuūt ciues vtriusq̄ patrie.
Auidi et semper pleni quod habent desi-
derant.
Non satietas fastidit neq̄ fames cruci
at
Inhiantes semper edunt et edentes in
hiant.
Nouas semper armonias vox meloda
concrepat.
Et in iubilum p̄lata mulcens aures or-
gana.
Digna per quem sunt victores regi dāt
preconia.
Felix celi que p̄sentem regem cernit aīa
Et sub sede spectat alta orbis volui ma
chına.
Solem lunam et globosa cum planetis
sidera.
Christe palma bellatorum hoc in muni
cipium.
Introduc me solutum militare singu-
lum.
Fac consortem donatiui beatorum ciui
um.
Probes vires inexhausto laboranti p̄-
lio.
Ut quietem post p̄cinctum debeas eme
rito.
Teq̄ merear potiri sine fine premio.
Amen.

¶ Laus continua quam facit anima ex contemplatione superne diuinitatis

M Capitulum. xxvi.

Benedic anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino. et noli obliuisci omnes retributiones eius. Benedicite dño omnia opera eius in omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino. Laudemus deũ quem laudant angeli. adorãt dñationes. tremunt potestates. cui cherubin et seraphin incessabili voce proclamant. Sanctus sanct⁹ sanctus. Iũgamus voces nostras vocibus angelorum sanctorum. ⁊ communem dominum laudemus pro modulo nostro. Illi eñ laudãt dñm purissime ⁊ incessanter qui semper inherent cõtemplationi diuine: non per speculum ⁊ in enigmate sed facie ad faciem. N Sed quis dicere vel cogitare sufficiat qualis sit in cõspectu dñi dei omnipotẽtis illa beatorum spirituum celestiumq; virtutum innumerabilis multitudo. Que sit in eis sine fine festiuitas visiõis dei. que leticia sine defectu. quis amoris ardor. non crucians: sed delectans. Q̃ sit in eis desiderium visionis dei cum satietate: ⁊ satietas cum desiderio: in quibus nec desiderium penam generat: nec satietas fastidium parit. Quomodo inherendo summe beatitudini sint beati. Quomodo coniuncti vero lumini facti sunt lux. Quomodo semp aspiciẽtes incõmutabilẽ trinitatem: mutati sunt i incõmutabilitatẽ Sed quãdo illam angelice dignitatis celsitudinẽ cõphẽdere poterimus qñ nec ipius aie nostre naturã inuestigare valemus. Qualis est ista que carnem viuificare potest. se autẽ in sanctis cogitationibus vt volet cõstringere non põt. Qualis est ista tam fortis tam infirma: tã parua: tam magna. q̃ rimatur secreta dei ⁊ celestia contẽplatur atq; humanis cõmodis multarũ artiũ peritiã perspicaci ingenio adinuenisse probatur? Qualis ergo est ista que tam multa de ceteris nouit. et se qualiter facta sit prorsus ignorat? Licet enim non nulla ambigua a quibusdam super eius origine proferantur: inuenimus tamen eam esse quendam intellectualem spiritum: per creatoris potentiam factũ immortaliter iuxta modũ suũ viuẽtẽ: mortale corp⁹ quod sustinet viuificantẽ: mutabilitati subiectum: obliuioni deditum quem timor sepe afficit leticia extollit. O res mira omniq; stupore dignissima. De deo quidem creatore omniũ qui est incomphensibilis ⁊ ineffabilis: excelsa et mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus loquimur ⁊ scribimus. De angelis autem ⁊ animalibus quicq̃d dicimus non tam euidenter approbare possumus. Sed tanseat ab his animus et transcendat omne quod creatum est currat ⁊ ascendat ⁊ volitet ⁊ pertranseat. ⁊ in eum q̃ creauit omnia quãtũ potest oculos fidei dirigat. O Faciã ergo grad⁹ ascensionis in corde meo. ⁊ per ipsos ascendam aiam meam. ⁊ p ipsam mentẽ meã ascẽdam ad dñm meũ q̃ capiti meo desuper manet. quicq̃d visibiliter cernit. q̃cq̃d spũaliter imaginatur: forti manu ab intuitu cordis ⁊ mẽtis pcul remoueatur. Solus intellect⁹ pur⁹ et simplex incedẽs: rapido volatu ad ipsum perueniat conditorem angelorum ⁊ animarum ⁊ omnium rerum. Mens illa btã q̃ ima deserit summa petit: q̃ ponit i arduis sedem habitationis sue. ⁊ de summis rupibus cõtemplat solẽ iustitie acq̃ limis obtutibus. P Nichil enim tam pulchrũ at iocundũ: q̃ ipm solum mentis intuitu ⁊ cordis auiditate cõtẽplari deũ. ⁊ miromõ inuisibilr cernere inuisibilẽ. sicq; aliã non istã gustare dulcedinẽ. ⁊ inspicere aliã nõ istam lucẽ. Lux enim ista que loco clauditur: tempore finit: noctiũ interruptiõe variat: ⁊ quã cõmunẽ cũ vermib⁹ et pecorib⁹ habemus in comparatione illius summe lucis nõ est lux dicenda sed nox.

¶ Quid sit quodãmodo deũ cernere et tenere. ⁊ qualiter sit de deo sentiendum

Q Capitu. xxvii.

Quanq; autem illa summa ⁊ incõmutabilis essentia: lux vera. lux indeficiẽs. lux ãge

lorum a nemine cõspici valeat in hac vita: quod solũ premiũ sanctis reseruat in celesti gloria. illud tñ credere ꝛ intelligere ꝛ sentire ardẽter inhiare: quodã modo illum cernere est atqꝫ tenere. Sonet itaqꝫ vox sup angelos ꝛ hõ intenta mente cõtempletur deũ. verbis quibꝰ potest: suas illi dicat laudes. Jussum nãqꝫ est vt creatura suum laudet creatorem. Ipse enim ad laudãdum se nos creauit q̃ nostris non indiget laudibus. Et aũt virtus incomprehensibilis nullius indigens: ipse sibi sufficiens: magnus dominus deus noster ꝛ magna virtus eius: ꝛ sapiẽtie eius nõ est numerus. magnꝰ dñs deꝰ noster ꝛ laudabilis valde. Hũc itaqꝫ mens diligat. lingua canat. manꝰ scribat: atqꝫ in his sanctis studijs fidelis animus se totum exerceat. Huius videlicet celestis theorice. suauissimis dapibus vir desideriorum: et celestium cõtemplator assidue reficiatur. vt hoc celesti pabulo saginatus clamet clamore magno: clamet totis medulis cordis clamet in iubilo et ardentissimo mentis desiderio dicat.

¶ Oratio explicãs plurimas deitatis proprietates. R Ca.xxviij.



O Summe optime omnipotẽtissime: misericordissime: iustissime: secretissime: p̃sẽtissime: pulcherrime: et fortissime. stabilis ꝛ incõprehẽsibilis: inuisibilis: omnia videns: immutabilis omnia mutãs: immortalis: illocalis interminus: incircũscriptus. nusq̃ finitus: inestimabilis ineffabilis: iscruptabilis: immotus: omnia mouens. inuestigabilis: indicibilis. metuendus atqꝫ terribilis: honorãdus: atqꝫ timendus. venerandus atqꝫ reuerendus. Nũq̃ nouus: nunq̃ vetus. innouãs omnia ꝛ in vetustatem perducens superbos et nesciũt. S Semper agens: semp quietus colligẽs ꝛ nõ egẽs. omnia portans sine onere. oĩa implens sine inclusione: omnia creans: protegens nutriens ꝛ proficiẽs querens cum nihil desit tibi: amans nec estuas. zelãs ꝛ securꝰ es. penitet te ꝛ nõ doles, irasceris ꝛ tranquillus es, opera mutas sed nõ consilium. Recipis quod inuenis ꝛ nunq̃ amisisti. Nũq̃ inops ꝛ gandes lucris: nũq̃ auarꝰ ꝛ vsuras exigis. supererogatur tibi vt debeas. ꝛ qs habet quicq̃ non tuum? T Reddis debita nulli debens. donas debita nihil perdẽs. Qui solus viuificas omnia. qui creasti omnia. qui vbiqꝫ es ꝛ vbiqꝫ totus. qui sentiri potes: videri nõ potes. qui nusq̃ dees. ꝛ tamẽ ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees vbi longe est. qꝛ vbi non es per gratiam ades per vindictam.

V Qui omnia tangis: nec tamen omnia tangis equaliter. Quedaꝫ enim tangis vt sint: nõ tamen vt viuant sentiant ꝛ discernant quedam vero tãgis vt sint ꝛ viuant non tamẽ vt sentiant ꝛ discernant. Quedã vero tangis vt sint viuant ꝛ sentiant: non tamẽ vt discernãt. Quedam vero tangis vt sui viuãt sentiant et discernant. Et cum tibimetipsi nunq̃ dissimilis sis: dissimiliter tamẽ tãgit dissimilia. qui vbiqꝫ semper presens es et inueniri vix potes. quem stantem sequimur et apprehendere non valemꝰ qui tenes omnia. imples omnia. circumplecteris omnia: superexcedis omnia: sustines omnia. Neqꝫ ex alia parte sustines atqꝫ ex alia parte superaris. neqꝫ ex alia parte imples et ex alia circumplecteris. sed circumplectẽdo imples ꝛ implẽdo circũplecteris. sustinẽdo superexcedis. ꝛ superexcedẽdo sustines. Qui doces corda fideliũ sine strepitu verborum. Qui attendis a fine vsqꝫ ad finem fortiter ꝛ disponis omnia suauiter. Qui locis non distẽderis: nec temporibus variaris. Neqꝫ habes accessus ꝛ recessus: sed habitas lucem inaccessibileꝫ quam nullus hominum videre potest. X In te manẽs quietus. vbiqꝫ circuis totũ: vbiqꝫ prorsus totus. Non enim scindi vel diuidi poteris: qꝛ vere vnꝰ es. nec in partes efficeris. quia totus totum tenes: totum imples: totũ illustras ꝛ possides. Huius videlicꝫ mysterij immensam profunditatẽ mens humana concipere nõ potest. nec oratoria lingua enarrare, neqꝫ diffusi sermones nec biblio=

thecarum volumina queunt explicare. Si totum mundū libri repleant: tua sci entia inenarrabilis explicari nō pt quoniam vere indicibilis es: nullo mō scribi potes neq; concludi: qr es fons lucis diuine et sol claritatis eterne. Magnus enim es sine quantitate: et ideo immensus. bon⁹ es sine qualitate: et ideo vere et summe bon⁹. et nemo bonus nisi tu solus. cuius volūtas ē opus: cuius velle posse est. Qui omnia de nihilo creasti q̄ sola volūtate tua fecisti. Qui omnē creaturam tuā absq; idigētia aliqua possides: et sine labore gubernas: et absq; tedio regis. Y Et nihil est qđ perturbet ordinē imperij tui vel in summis vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco haberis. et omnia contines sine ambitu: et vbiq; es pñs sine situ et motu. Qui nec mali auctor es. quodq; facere non potes qui nihil nō potes. neq; vnq̄ te aliq̄d fecisse penituit. nec vllius commotiōis animi tui tempestate turbaris nec totius terre pericula damnum tuū est. Nulla flagitia vel scelera ꝓbas aut imperas. Nunq̄ mentiris: quia eterna veritas es. Cuius vnius bonitate facti sumus: et iusticia penas luimus: et clemētia liberamur. Z Nam nihil celeste: nihil igneum: nihil terrenū nihil q; qđ corporis sensus attingat ꝓ te colendum est. qui vere es quod es et nō mutaris. Cui maxime cōuenit illud qđ greci dicūt on. et c. latine est. quod semp idē ipse es et anni tui nō deficiēt. Hec et alia multa docuit me sancta mater ecclesia: cuius factus sum mēbrum p gratiā tuā. Docuit me sane te solum et vnum et verū deum nō esse corporeū et passibilē. Nihil q; de substantia tua vel natura vllo mō esse violabile aut commutabile aut cōpositū vel factum. Et ideo certū est corporeis oculis te non posse sentiri. sz nec ab vllo mortaliū in propria essentia aliq̄n potuisse videri. Hinc etenim patenter dat intelligi q vnde angeli te intuētur / inde et nos post hanc vitam te videbimus. Sed nec ipsi profecto te videre possunt sicuti es. Nulli deniq; alij tota nisi tibi soli nota est omnipotens trinitas.

¶ De vnitate et personarum pluralitate in deo. A Capitu. xix.



Tu vero vnitas es diuinitatis. psonaꝝ pluralitate multiplex. numerabiliter es innumerabilis. ac idcirco mēsurabiliter immēsurabilis. et pōderabiliter imponderabilis. nō eñ sum me bonitatis q̄ tuipse es ꝓfitemur originem: ex qua oia: p quā oia: in qua oia sed eius participatione dicim⁹ omnia bona. Nam tua diuina essētia semp caruit ac caret materia: licz nō careat forma: forma sez informata: forma formarum: forma formosissima. quam dum in primis quasi sigillū rebus singulis eas sine tui augmenti aut tui detrimēti mutabilitate ꝓculdubio a te facis differri Quicquid autem in natura creaturaꝝ est: creatura tua ē. O vna trinitas et trina vnitas deus. cuius omnipotentia omnia possidet et regit et implet que creauit Nec ideo te implere omnia dicimus vt te contineant: sed vt ipsa potius a te cōtineantur. nec particulatim imples omnia: nec vllatenus ita putandum est vt vnaqueq; creatura ꝓ magnitudine portionis sue capiat te. id est maxima maius et minima minus. dum sis potius ipse in omnibus siue omnia in te. Cui omnipotentia concludit vniuersa. nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum nequaq̄ euadet iratum. sicut scriptum est. Neq; ab oriēte neq; ab occidente neq; a desertis montibus. quoniam deus iudex est. Et alibi. Quo ibo a spū tuo: et quo a facie tua fugiam. Immensitas diuine magnitudinis tue ista est: vt intelligamus te intra omnia: sed nō inclusum. extra oia sed nō exclusum. B Et ideo interior es vt omnia contineas: et ideo exterior es vt incircūscripte magnitudinis tue immensitate omnia concludas. Per id ergo quod exterior es ostenderis esse creator. per id vero quod interior es: gubernator omnium demōstraris: ac ne omnia que creata sunt sine te essent interiores.

exterior vero et omnia includantur a te non locali magnitudine sed potētiali p̄sentia. qui vbiq̄ p̄sens es: ⁊ omnia tibi presentia: Quisquidam intelligant quidam vero nō intelligāt. Inseparabilis ergo nature tue vnitas separabiles nō potest habere p̄sonas: quia sicut es trinitas in vnitate ⁊ vnitas in trinitate: sic separationem non potes habere personarum. Nominantur quidam ille persone aliquando singule: sed ita revoluisti deus trinitas inseparabilē ostendere in p̄sonis: vt nullum tibi nomen sit in qualibet persona quod non ad aliam secundum relatiōis regulam referatur: sicut pater ad filiū: ⁊ filius ad patrem sic spiritussanctus ad patrem ⁊ filiū verissime refertur. Ea vero noīa q̄ substantiā vel p̄sonam vel potentiā vel essentiaʒ tuam significāt: vel quicq̄d p̄prie dicit̄ deus omnibus p̄sonis equaliter conueniunt. vt deus magnus omnipotens eternus ⁊ omnia que naturaliter de deo dicuntur Nō est ergo aliquod nature nomen qd̄ sic tibi deo patri cōuenire valeat vt aut filio tuo aut spirituisancto cōuenire nequeat. Dicimus te patrem naturaliter esse deum. sed naturaliter est filius deus naturaliter ⁊ spiritussanctus. nō tamē tres dij sed vnus naturaliter de⁹ pater ⁊ fili⁹ ⁊ sp̄ussanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas in personis sensu itelligēda. Quis voce separabilia habeas nomina: qua pluralē numerum in nature nominibus nullatenus recipis. In hoc eñ ostēditur personas nō posse diuidi in sancta trinitate que vnus de⁹ verus est. q̄ʒ cuiuslibet p̄sone nomē semper ad alterā respicit p̄sonā. Si patrē dico filiū ostēdo: si filiū nomino patrem predico. si sp̄msctm̄ appello alicuius eē spiritū necesse est intelligi. s. patris ⁊ filij. Hec est eñ fides vera veniens de sacra doctrīa. hec certe ē fides catholica et orthodoxa: quā me docuit de⁹ in sinu matris ecclesie gratia sua.

¶ Oro ad sctām trinitatem. Capitulum. x.

INuocat itaq̄ domie te fides mea quam dedisti michi propter bonitatem tuam ad saluationem meam. Fidelis autem anima ex fide viuit: tenet in spe quod videbit in re. Inuocat te deus meus casta conscientia mea: ⁊ suauis amor fidei mee: quam excussis ignorantie tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti: ⁊ quam a stulta seculi amaritudine eruisti: atq̄ adhibita tue dulcedinis charitate iocūdam mihi et mellifluam reddidisti. Inuocat te trinitas beata. vox clara. ⁊ sincerus amor fidei mee. quam ab ipsis enutriēs cunabulis illuminasti semper per illustrationem gratie tue. et quam adaugens confirmasti in me per documenta matris ecclesie. Te inuoco btā ⁊ benedicta et gloriosa vna trinitas: pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus: de⁹: dn̄s. paraclitus: charitas: gr̄a: cōicatio: genitor genitus: regenerās: verū lumen ex lumine vero: ⁊ vera illuminatio: fons: flumē: irrigatio: ab vno omnia. p̄ vnū oīa. in vno oīa a quo: p̄ quē: in quo oīa: viuēs vita vita viuente: viuentiū viuificator vn⁹ a se: vnus ab vno: vnus ab ambob⁹ on a se: on ab altero: on ab vtroq̄ verax p̄r veritas filius: veritas sp̄ūss ānctus vna ergo pater logos paraclitusq̄ essentia vna virt⁹: vna bonitas: vna beatitudo: a quo: p̄ quem: ⁊ in quo beata sunt omnia quecunq̄ beata sunt.

¶ Quod deus vera et summa vita est. Capitulū. xxxi.

DEus vera et sūma vita: a quo per quem: ⁊ in quo viuunt oīa q̄cunq̄ vere ⁊ beate viuunt. Deus bonuʒ et pulchrū a quo p̄ quem et in quo bona et pulchra sunt omnia quecunq̄ bona et pulchra sunt. Deus cuius nos fides excitat. spes erigit: charitas iūgit. Deus qui peti te iubes ⁊ inueniri te facis: et pulsanti apis Deus a q̄ auerti cadere est. ad quē cōuerti surgere est: in quo manere cōsistere est. Deus quem nemo amittit nisi deceptus: nemo querit nisi admonitus. nemo inuenit nisi purgatus. Deus quem nosse viuere est: cui seruire regnare est. quem laudare salus et gaudium anime est. Te labijs et corde omniq̄

qua valeo virtute laudo benedico atq; adoro: tueq; clemētie et bonitati p vniuersis beneficijs tuis gratias refero: et hymnū glorie tue cano sanctus sanct9 sanctus. Te inuoco o beata trinitas vt venias in me. et templum me facias dignum glorie tue. Rogo patrem p filiū. Rogo filium p patrem. Rogo spiritum sanctum per patrem et filium: vt omnia vicia elongentur a me: et omnes sancte virtutes plantentur in me. Deus immēse a quo omnia: p quam omnia: in quo omnia facta sunt: visibilia et inuisibilia Qui opera tua extra circūdas: et intra reples: supra tegis: et īfra fers. Custodi me opus manuum tuarum in te sperantem: et in tua solummodo misericordia confidentē. Custodi me queso hic et vbiq;: nunc et semp: intus et foris. ante et retro. supra et infra: circūcirca: ita vt in me null9 pateat locus insidijs inimicorum. Tu es deus omnipotens custos et ptector omnium in te sperantium. sine quo nemo est tutus: nemo de periculis liberatus. Tu es deus et non est ali9 deus pter te. neq; in celo sursum. neq; i terra deorsum. q facis magnalia et mirabilia et inscrutabilia quoꝝ non est numerus. Te decet laus: te dec; honor. te decet hymn9. tibi omnes angeli: tibi celi et vniuerse potestates hymnos dicūt et laudes indesinēter concinūt: vt pote creatori creature domino serui: regi milites: te sanctam et indiuiduā trinitatē omnis creatura magnificat: omnis spiritus laudat.

¶ Laus angelorum et hominum. C. Capitulum. xxxij.



Tibi sancti et hūiles corde: tibi spiritus et anime iustoꝝ tibi omnes supni ciues et cūcti beatoꝝ spirituum ordines: gloriam et honore; supplicite r adorantes concinunt sine fine. Laudāt te dñe illi supni ciues magnifice. et honorabiliter. Laudat te hō magna portio creature tue Sz ego peccator homūcio: desiderio magno cupio te laudare: amare te opto amore pcipuo Deus meus vita mea fortitudo mea: et laudatio mea. dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde verbum in ore: vt cor meum meditetur gloriam tuam et lingua mea tota die cantet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris: et quia vir pollutus labijs ego sum. munda obsecro cor meum ab omni inquinamento sanctifica me sctificator oipotēs iteri9 et exteri9: et fac me dignū laudibus tuis. Suscipe begnine et acceptabilit de manu cordis et de mētis amore. suscipe sacrificiū labiorum meorum. fiatq; acceptabile in cōspetu tuo: et ascendat ad te i odorem suauitatis. F Memoria tua sctā et dulcedo tua beatissima possideat totā animam meam. atq; in inuisibilium amorē rapiat eam. Transeat de visibilibus ad inuisibilia. de terrenis ad celestia: de tēporalibus ad eterna. transeat et videat visionem mirabilem. O eterna veritas: et vera charitas: et chara eternitas tu es deus meus. ad te suspiro nocte ac die tibi inhio. tibi intendo. ad te puenire desidero. qui nouit te nouit veritatē nouit eternitatē. Tu veritas super omnia psides. quem videbimus sicuti ee cum pertransierit hec vita ceca et mortalis in qua dicitur nobis: vbi est deus tuus? Et ego dico. de9 meus vbi es: respiro in te paululu; cum effundo super te animā meam: in voce exultationis et cōfessionis soni epulentis et festiuitate; celebrantis. et adhuc tristis est. q: relabitur et fit abyssus et vel qn poti9 sentit se adhuc esse abyssu;: dt ei fides mea quā accēdisti i nocte añ pedes meos. Qua re tristis es aia mea: et quare cōturbas me? spera in deo: lucerna pedibus meis verbum eius. Spera et perseuera donec pertranseat nox mater iniquorum: donec ptranseat ira dei: cuius fuimus aliquando filij. Fuimus enī aliquando tenebre: donec transeat iste penitus quarum residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo. donec aspiret dies: et inclinentur vmbre. spera in domino: mane astabo et contem

plabor: semperq; confitebor ei. Mane astabo et videbo salutare vultus mei deum meum: qui vivificat mortalia corpora nostra: propter inhabitantem spiritū eius in nobis: vt iam scimus lux: dum adhuc spe salui facti sumus et filij lucis et filij dei: nō noctis neq; tenebrarum: Fuimus enim aliquando tenebre. nunc autem lux in te deus noster. et tamen adhuc per fidem needum p speciē. Spes que videtur non est spes. G

Laudant te domine illi populi angelorum tuorum immortales: et glorificant nomen tuum celestes virtutes: que non habent opus legere hanc scripturā nostram: et cognoscere te sanctā et indiuiduam trinitatem. Vident eīn faciē tuam semp: et ibi legunt sine syllabis temporum: quid velit eterna voluntas tua: legunt: eligūt et diligūt. semperq; legūt et nunq̄ preterit id quod legunt eligēdo et diligendo: legunt ipsam immutabilitatem consilij tui. et nō clauditur codex eorum. nec plicabitur liber eorum. quoniā tuipse illis hoc es et eris in eternū. O beate nimium ille celoꝝ virtutes q̄ laudare te possūt sancte et purissime: cū nimia dulcedine et ineffabili exultatione. inde laudant vnde gaudēt: quia semper vident vnde gaudere valeāt et laudare. Nos vero mole carnis pressi et p cul a vultu tuo in hac peregrinatione positi. atq; p mūdanas varietates distēti: digne laudare nequimus. laudamus tamen per fidem nō per speciem. illi vero angelici spiritus per speciem nō per fidem. Hoc eīn caro facit vt multo aliter laudem⁹ q̄ illi. Sed lz diuersis modis laudes dicamus: tu vn⁹ es de⁹ creator omniū. cui sacrificiū laudis in celo et in terra offertur. peruentuti tamen sumus mia tua ad eorum cōsortium: cū quibus te semper videbimus. et sine fine laudabimus. H Tribue domine vt donec in hoc fragili corpe positus simul laudet te cor meum. laudet te lingua mea. et omnia ossa mea dicant. dn̄e quis similis tui. Tu es deus oipotens quē trinum in personis et vnum in substātia deitatis colimus et adoramus patrem ingenitum: filiū de patre vnigetum. spiritum sanctum de vtroq; procedentem et in vtroq; permanentem: sanctam. et indiuiduam trinitatem. vnum deum omnipotentem. qui cum non essemus potenter fecisti nos. et cum perditi fuissemus culpa nostra: pietate et benitate tua mirabiliter recuperasti nos ne sinas nos esse ingratos obsecro totis beneficijs et indignos tā multis miserationibus. De dep̄cor supplico et rogo auge fidē. auge spem: auge charitatem. Fac nos per ipsam gratiam tuam semper in fide stabiles et in opere efficaces: vt per fidem rectam et condigna fidei opera ad vitam te miserāte perueniamus eternam: vt ibi videntes gloriam tuam sicuti est adoremus maiestatem tuam: et dicamus pariter quos dignos feceris videre gloriam tuam. Gloria patri q̄ creauit nos. gloria filio qui redemit nos. gloria spiritui sancto q̄ sanctificauit nos. gloria summe et indiuidue trinitati cuius opera inseparabilia sunt. cuius imperium sine fine manet. Te decet laus. te decet hymnus. tibi debet omnis honor. tibi benedictio et claritas. tibi gratiarum actio. tibi honor virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorum. Amen.

¶ Hic conqueritur homo q nō cōpungitur in cōtemplatione: ex quo angeli quoq; tremunt deum videntes. I

Capitulum. xxxiij.



Gnosce dōmine ignosce pie ignosce et miserere pec ignorantie mee: et multe imperfectioni mee. Noli me tāq̄ temerariū reprobare: q audiā seruus vtinā vel bon⁹ et nō etiā inutilis et malus. et ideo valde malus. qꝛ te oipotentē deū nostrū: terribilē et nimis metuēdū sine cordis ꝯtritione et lachrymaꝝ fonte: sine reuerētia debita et tremore laudo benedico atq; adoro. Si enim angeli te adorantes et laudantes tremunt mira exultatione repleti: ego peccator dum tibi assisto laudes dico sacrificium offero: cur non corde pa-

neovultu palleo. labijs tremo: toto cor pore ihorresco. sicq3 abortis lachrymis coram te indesinenter lugeo. Volo sed non valeo. quia nequeo quod desidero. Hinc enim mecū vehementer admiror dum te nimis terribilē oculis fidei cerno. Sz qs hoc sine ope gratie tue? vniuersa enim salus nostra magna misericordia tua. Miserum me: quomodo sic insensata facta ē anima mea. vt nō terreatur terrore nimio: dum stat ante deum: et suas illi laudes decantat. miserū me quomodo sic indurauit cor meum: vt oculi mei indesinenter nō pducant flumina lachrymarum: dum cōseruus sermocinatur coram domino suo. hō cum deo. creatura cū creatore. qui factus est ex limo cum eo qui omnia fecit ex nihilo. R. Ecce domine pone me ante te: et qd in secretis de me sentio fraternis auribus non taceo. tu diues in misericordia: et largus in pmissis da mihi de bonis tuis vt ex eis seruiam tibi. Non enim aliunde possumus seruire neq3 tibi placere nisi de tuo munere. cōfige queso timore tuo carnes meas. letetur cor meu3 vt timeat nomen tuū: vtinam sic te timeret peccatrix anima quomō ille vir sanctus qui dixit. Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum. Dator em̄ oīm bonorū o eus. da mihi inter laudes tuas fontem lachrymar. simul cum cordis puritate et mentis iubilatione: vt perfecte te diligēs et digne te laudans: ipso cordis palato sentiam gustem et sapiam: q3 dulcis et suauis est domine. sicut scriptum est. gustate et videte quoniam suauis est dominus. beatus vir q sperat in eo. beatus populus qui scit iubilationē: beatus vir cuius est auxilium abs te: ascēsiones in corde suo disposuit inualle lachrymarum: in loco quem posuit. beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt: beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

¶ Oratio cor multum mouens ad deuotionem et diuinum amorem. L. Capitulum. xxxiiij.




Iesu nr̄a redēptio: amor et desideriū: deus de deo adesto mihi famulo tuo Te inuoco ad te clamo clamore magno in toto corde meo, Te inuoco in animam meā: intra in eā et coapta eam tibi: vt possideas eā sine ruga et sine macula. Mundissimo nāq3 dn̄o munda debetur habitatio. Sanctifica ergo me vas tuum qd fecisti. de malicia euacua imple de gratia: et plenum pserua. ita vt dignum habitationis tue efficiar templū hic et in perpetuū. Dulcissime: benignissime: amantissime: charissime: potentissime: desiderantissime: pciosissime: amabilissime: pulcherrime: tu melle dulcior. lacte et niue candidior. nectare suauior. gemmis et auro precio sior: cunctisq3 terrarum diuitijs et honoribus mihi charior. Quid dico deus meus. vna spes mea. tam grandis misericordia mea. Quid dico dulcedo felix et secura? quid dico dum talia dico? Dico quod valeo: sed nō dico quod debeo: vtinam possem talia dicere qualia illi hymnidici angelorum chori. O q3 libenter me in tuis laudibus totū effunderē. O q3 deuotissime illa celestis melodie cantica ad laudem et gloriam nominis tui in medio ecclesie infatigabilis perorarem. M.

Sed quia talia nō possum: nunquid tacebo? Ve tacentibus de te: qui ora mutorum resoluis: et linguas infantium facis disertas. Ve tacētibus de te: quoniam ipsi loquaces muti sunt: cū nō tuas laudes dicunt. Quis digne te laudare potest? O ineffabilis virtus et sapientia patris. Et quoniam nulla inuenio verba quibus te sufficienter valeam explanare cunctipotens et omniscium verbum. dicam interim quod valeo: donec iubeas me venire ad te vbi possim dicere quod te decet: et me oportet. Et ideo suppliciter rogo vt non respicias tantum ad id quod modo dico: sed ad id quod dicere opto. Cupio em̄ desiderio magno de te eloqui quod oportet et decet: quia te decet laus: te decet hymnus. tibiq3 debetur omnis honor. Scio

ergo occultorum cognitor deꝰ: qm̄ celo terra ⁊ oībus q̄ in ea sunt tu mihi acceptior: tu mihi amabilior es. diligo enim te sup̄ celum ⁊ terrā: ⁊ cetera oīa que in eis sunt: immo amore nōis tui q̄ trāsitoria sunt proculdubio amanda nō sunt. Amo te deus meus amore magno, magisq̄ te amare cupio. ¶ Da mihi vt amē te semp̄ q̄ntum volo: q̄ntum debeo vt tu solꝰ scis tota ītētio mea: ⁊ oīs meditatio mea. Te mediter p̄ dies sine cessatione: te sentiā per soporem ī nocte te alloquatur spiritus meus: tecū fabulet mēs mea lumine sancte visionis illustretur cor meū: vt te rectore: te duce ambulē de virtute in virtutē tandēq̄ videam te deū deoꝝ in syon: nūc quidē p̄ speculū in enigmate: tūc aūt facie ad faciē vbi cognoscā te sicut ⁊ cognitus sum. Beati mūdo corde: qm̄ ipsi deū videbūt Beati q̄ hitant in domo tua dn̄e: in scl'a scl'oꝝ laudabūt te. Rogo itaq̄ te dn̄e p̄ oēs miserationes tuas q̄bus de morte eterna liberati sumꝰ: mollifica cor meū durū ⁊ lapideū saxeū ⁊ ferreum: tua sacratissima ⁊ potenti vnctione. ⁊ fac me p̄ ignē compūctionis coram te oī hora hostiā viuā fieri. Fac me in tuo ꝯspectu cor ꝯtritū ⁊ humiliatū semp̄ habere cū lachrymaꝝ abūdantia. Fac me ex tuo desiderio huic mūdo funditꝰ extingui ⁊ trāseuntium rerū obliuisci: pre magnitudine timoris ⁊ amoris tui vsq̄ adeo vt de tp̄alibus nō lugeā: nec gaudeam: nec metuā aliq̄d tēporale: nec diligam: nec blādis corrūpar: nec aduersis ꝯcutiar. Et q2 tua valida est vt mors dilectio absorbeat q̄so mentē meam ab omnibus q̄ sub celo sunt ignita ⁊ melliflua vis amoris tui: vt tibi soli inhiseam. solaq̄ tue suauitatis memoria pascar. descendat dn̄e descēdat p̄cor: descēdat in cor meū odor tuus suauissimus: ingrediatur amor tuꝰ mellifluus. Veniat mihi tui saporis mira ⁊ inenarrabilis fragrantia: que sempiternas in me suscitet concupiscentias: ⁊ ex corde meo perducat venas salientis aque in vitam eternam. ¶ Immensus es domine et ideo sine mēsura debes amari ⁊ laudari ab his quos tuo p̄cioso sanguine redemisti. Amator hominū benignissime clementissime dn̄e ⁊ equissime iudex cui omne iudicium dedit pater sapientissimo tue eq̄tatis iudi. 10. Discernis hoc rectum ⁊ iustū esse: vt filii huius seculi noctis ⁊ tenebrarū prestātiori desiderio virtute atq̄ studio diligāt ⁊ querant perituras diuitias ⁊ fugitiuos honores q̄ nos serui tui diligamus te deū nostrum per quē facti ⁊ redēmpti sumꝰ Si enim homo hominē tanta diligit dilectiōe vt alter alterū vix patiat abesse Si sponsa sponso tanto cōglutinat mētis ardore: vt pre magnitudine amoris nulla ꝯfrui valeat requie: chari sui absētiam nō sine magno merore ferēs. qua ergo dilectiōe: quo studio: quo feruore aīa quā despōsasti tibi fide ⁊ miserationibus debet diligere te veꝝ deum ⁊ pulcherrimū spōsū q̄ nos sic amasti et saluasti: qui pro nobis tot tanta ⁊ talia fecisti. Quamq̄ aūt hec infima habeant suas declinationes: suosq̄ amores: nō tn̄ tali modo delectant sicut tu deꝰ noster. In te eī delectatur iustꝰ: q2 amor tuus suauis est ⁊ q̄etus: naꝫ pectora q̄ possides dulcedine ⁊ suauitate ⁊ trāq̄llitate reples Ecōtra amor secularis carnis anxius est ⁊ ꝑturbatus: aīas certe quas ingredit quietas esse nō patitur Sēp̄ enim suspitionibus ⁊ ꝑturbatiōibus variisq̄ timoribus solicitat eas. Tu itaq̄ ē delectatio rectoꝝ. ⁊ merito quies eī valida est apud te ⁊ imperturbabilis vita. Qui intrat ī te bone dn̄e intrat in gaudiū dn̄i sui: ⁊ non timebit amplius sed habebit se optime in optimo loco dicens. Hec requies mea ī seculū seculi: hic habitabo qm̄ elegi eaꝫ Et illud. Dn̄s regit me ⁊ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Dulcis xp̄e bone iesu reple semp̄ q̄so cor meum extinguibili dilectione tua: continua recordatione tua: adeo vt sicut flāma vrēs totꝰ ardeam in tui amoris dulcedine: quē ⁊ aque multe in me nūq̄ possint extinguere. Fac me dulcissime domine amare te: et desiderio tuo deponere pondus omnium carnalium.

desideriorum: et terrenarũ cõcupiscẽtia rum grauissimã sarcinã: que impugnãt et aggrauãt miserã aiam meam: vt post te expeditus in odore vnguentorũ tuo rum: currẽs vsq3 ad tue pulchritudinis visionem efficaciter satiendus q̃ toti⁹ te quoq3 duce merear peruenire. ℞ Duo eni amores: alter bon⁹: alter ma lus. alter dulcis: alter amarus: non sesi mul capiunt in vno pectore. Et ide o si quis pter te aliud diligit: nõ est chari tas tua in eo. amor dulcedinis et dulce do amoris. amor non crucians sed dele ctans. amor sincere et caste permanẽs i seculum seculi: amor qui sẽper ardes et nũq3 extigueris. Dulcis christe bone ie su/ charitas deus me⁹ accẽde me totũ igne tuo: amore tuo: suauitate et dulce dine tua: iocũditate et exultatiõe tua: vo luptate et concupiscentia tua: que sctã est et bona: casta est et munda: trãquilla est et secura: vt totus dulcedine amoris tui plenus: totus flãma charitatis tue succensus: diligam te deũ meum ex to to corde meo totisq3 medullis p̃cordio rum meorũ. habens te in corde: in ore: et pre oculis meis semper et vbiq3 ita vt nullus pateat in me locus adul terinis amoribus. Audi deus meus: audi lumẽ oculorum meorum/ audi que peto et da que petam vt audias. Pie et misericor dissime domine ne efficiaris mihi inex orabilis propter peccata mea s3 pter bonitate3 tuam suscipe preces serui tui et da mihi effectu petitionis mee et desi derij mei/ intercedente et orante et impe trãte gloriosa virgine genitrice tua ma ria: domina mea/ cum omnibus sanctis tuis. Amen.

¶ Oratio deuotissima ad laudes habẽ das. ℞ Capitulum. xxxv.



hriste dñe verbu3 patris: qui venisti in hunc mundum pecõ res saluos facere: rogo te per indulgentissima misericordie tue viscera: emenda vitam meam melio ra actus cõpone mores: tolle de me q̃d mihi nocet et tibi displicet. et da q̃d nosti tibi placere et mihi prodesse. Quis põt facere mundũ de immundo ꝯceptũ semi ne nisi tu solus? Tu es de⁹ omñs infini te pietatis: qui iustificas impios et viui ficas mortuos ꝑpter peccatũ qui mu tas peccatores et nõ sũt. Tolle ergo de me quicq̃d tibi displicet in me. imperfe cta enim mea plurima vident oculi tui. mitte queso manũ pietatis tue in me et tolle de me quicq̃d offendit oculos pie tatis tue in me. Corã te dñe est sanitas et infirmitas mea. illam p̃cor serua: istã sana. Sana me domine et sanabor. Sal uum me fac et saluus ero. tu qui infirma sanas et sanata cõseruas. tu qui solo nu tu tuo restauras diruta et colapsa. Si ei dignaris i agro tuo cordi meo serere bonũ semẽ necesse est vt manu pietatis tue spinas prius euellas viciorũ meo rum. Dulcissime/ benignissime/ amantis sime/ charissime/ desiderantissime/ ama bilissime/ pulcherrime/ infunde obsecro multitudinem dulcedinis tue et charita tis tue pectori meo: vt nihil terrenũ: ni hil carnale desiderem vel cogitem: s3 te solum amem. te solum habeam in corde et in ore meo. ℞ Scribe digi to tuo in pectore meo dulcem memoriã tui melliflui nominis: nulla vnq̃ obliuio ne delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuam et iustificationes tuas: vt te immense dulcedinis dominũ et precepta tua semper et vbiq3 habeã pre oculis meis. Succende mentẽ me am igne illo tuo quem misisti in terram et voluisti vehemẽter accendi: vt sacri ficium spũs contribulati et cordis cõtri ti abortis lachrymis quotidie offeram tibi. Dulcis xp̃e bone iesu/ sicut deside ro sicut tota mente mea peto: da mihi amorẽ tuũ sanctũ et castũ q̃ me repleat teneat totũq3 possideat. et da mihi eui dens signũ amoris tui: irriguũ lachry marum fontẽ iugiter emanentẽ: vt ipse quoq3 lachryme tuum in me testẽt amo rem. ipse prodant: ipse loquantur q̃tu3 te diligit aia mea: dum pre nimia dulce dine amoris tui neq̃t se a lachrymis cõ tinere. Reminiscor pie domine illius bo ne mulieris Anne: que ad tabernaculũ rogatura ꝑ filio venit. de qua scriptura refert q̃ vultus eius post lachrymas et

Omnipotẽs manus tua semper vna et eadẽ. creauit in celo angelos: et in terra vermiculos. nõ superior in illis nõ inferior in istis. Sicut enim nulla alia manus angelum: ita nulla posset creare vermiculũ: sicut nulla celũ: ita nulla posset creare minimũ arboris foliũ. sicut nulla corpus ita nulla vllũ capillũ album posset facere aut nigrũ. Sed omnipotẽs manus tua cui oĩa pari mõ sunt possibilia. Nec enim possibilius ẽ ei creare vermiculum quam angelum. nec impossibilius extendere celum sicut pellem nec leuius formare capillũ quam corpus nec difficilius fundare terram super aquas quam aquas super terram. sed omnia quecunque voluit fecit: sicut voluit in celo et in terra: in mari et in omnibus abyssis et me inter omnia sicut voluit potuit et sciuit. Potuit quidem manus tua domine me lapidem vel auem vel serpentẽ vel beluam aliquam creare: et sciuit: sed noluit propter suam bonitatem. Quare ergo ego non sum lapis vel arbor vel aliqua belua? quia sic ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret non precesserunt merita mea.

¶ De incomprehensibili laude dei. Capitulum. x.



Unde hoc mihi dñe: vnde mihi laudes ad laudandũ te? Sicut fecisti me sine me sic complacuit ante te: ita laus tibi est sine me sicut cõplacet ante te. Ante te dñe laus tua ipse es. Laudent te opera tua secundum multitudinẽ magnitudinis tue: laus tua dñe incomprehensibilis est. Corde non comprehenditur ore non mensuratur: aure nõ percipitur: quia ista transeunt: et laus tua dñe manet in eternũ. Cogitatio incipit et cogitatio finit vox sonat et vox trãsit. auris audit et auditus desinit. laus vero tua in eternũ stat. Quis ergo est qui te laudet? Quis homo annunciet laudem tuã. Laus tua perpetua est transitoria non est. Hic te laudat qui teipsum laudem tuam credit. Hic te laudat qui seipsum noscit in tua laude non posse pertingere: laus perpetua que nunquam trãsit In te est laus nostra: in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te sed tu te: et per te: et in te: et nobis etiam

est laus in te. Tunc veram habemus laudem: quando a te habemus laudem quando lux approbat lucem: quia tu vera laus tribuis veram laudem. E.

Quotiens ab alio quam a te querimus laudem totiens tuam amittimus laudem quia illa transitoria est: sed tua eterna. Si transitoriam querimus eternam amittimus laudem. Si eternam volumus transitoriam non amemus. Laus eterna domine deus meus: a quo omnis laus: sine quo nulla est laus: non valeo laudare te sine te. habeam te et laudabo te. Quid enim ego sum domine per me ut laudem te? pulvis et cinis ego sum: canis mortuus et fetens ego sum: vermis et putredo ego sum. Quis ego sum ut laudem te domine deus fortissime spiritus universe carnis: qui inhabitas eternitatem? Nunquid tenebre laudabunt lucem aut mors vitam? Tu lux: ego tenebre: tu vita: ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es veritas: ego homo similis factus vanitati. Quid ergo domine laudabo te? Nunquid miseria mea laudabit te? Nunquid fetor laudabit odorem? nunquid mortalitas hominis que hodie est et cras tollitur laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo et filius hominis vermis? Nunquid laudabit te domine qui in peccatis conceptus est et natus et nutritus? Laudet te domine deus meus incomprehensibilis potentia tua. incircumscriptibilis sapientia tua: et ineffabilis bonitas tua laudet te supereminens clementia tua superhabundans misericordia tua. sempiterna quoque virtus et divinitas tua. Laudet te omnipotentissima fortitudo tua. summa quoque benignitas tua et charitas tua. propter quam creasti nos domine deus vita anime mee.

¶ De se erigenda ad deum. F
Capitulum xi.

Ego autem creatura tua sub umbra alarum tuarum sperabo in bonitate tua que creasti me. Adiuva creaturam tuam quam creavit benignitas tua. Non pereat in malicia mea quod operata est bonitas tua. Non pereat in miseria mea quod fecit summa clementia tua. Que est enim utilitas in creatione tua si descendam in corruptionem meam? Nunquid enim vane deus constituisti omnes filios hominum? Creasti me domine: rege quod creasti. Opera manuum tuarum ne despicias deus. Me fecisti de nichilo. si me non regis domine iterum revertar ad nichilum. Sicut enim domine non eram et de nichilo fecisti me sic si me non regis / adhuc ad nichilum redigar in me. Adiuva me domine vita mea ne peream in malicia. Si non creasses me domine non essem. quia creasti me iam sum. Si non regis iam non sum. Non enim mea merita. non mea gratia te coegerunt / ut creares me: sed benignissima bonitas tua et clementia tua. Illa charitas tua domine deus meus / que te ad creationem coegit: ipsa queso modo cogat te ad regendum. Quid enim prodest quod compulit charitas tua ad creandum: si peream in miseria mea et non me regat dextera tua. Hec te cogat domine deus meus clementia ad salvandum quod creatum est: que te compellit creare quod creatum non est. Ipsa te vincat charitas ad salvandum que te vicit ad creandum. quia nec nunc minor est. quia ipsa charitas tu ipse es: qui semper idem es. Non est abbreviata manus tua ut salvare nequeat: neque aggravata est auris tua ut non audiat: sed peccata mea diviserunt inter me et te: inter tenebras et lucem: inter imaginem mortis et vitam: inter vanitatem et veritatem: inter lunaticam hanc vitam meam et sempiternam tuam.

¶ De laqueis concupiscentiarum. G Ca. xii

Hec sunt umbre quibus operior in hoc abysso caliginosi carceris huius: in qua prostratus iaceo donec aspiret dies et inclinentur umbre: fiat lux in firmamento virtutis tue. vox domini in virtute vox domini in magnificentia dicatque: fiat lux et effugentur tenebre et appareat arida: germinetque terra herbam virentem et facientem semen. et fructum bonum iusticie regni tui.

domine pater et deus: vita per quā omnia viuunt: ⁊ sine qua omnia mortua cōputantur: ne derelinquas me in cogitatu maligno: et extollentiam oculorum meoꝝ ne dederis mihi. Aufer a me concupiscentias: et aio irreuerenti ⁊ infrunito ne tradas me: sꝫ posside cor meum vt te cogiter semper. Illumina oculos meos vt te videant: ⁊ nō extollant ante gloria sempiterna: sed humiliter sentiant. Non in mirabilibus sup̄ se: ⁊ que a dextris sunt videant: ⁊ non que a sinistris abs te. ⁊ palpebre tue precedant gressus meos. Nam et palpebre tue interrogant filios hoim. Allide concupiscentiam meā dulcedine tua quā abscōdisti timentibus te. vt concupiscā te cōcupiscentijs sempiternis. ne vanis illectus ⁊ deceptus interior gustus ponat amarum dulce: ⁊ dulce amarum: tenebras lucem ⁊ lucem tenebras: vt liberari in medio tot decipularum possim ab inimico super faciem vie huius positarum ad capiendas animas peccatorum quibus plenus est totus mundus: quod is qui vidit sub silentio non transiuit inquiens. Quicquid est in mundo aut est concupiscentia carnis: aut concupiscētia oculoꝝ: aut superbia vite. Ecce dñe deus meus: mundus totus plenus est cōcupiscentiarū laqueis: quos parauerunt pedib⁹ meis. Et quis effugiet hos laqueos? profecto a quo tu abstuleris extollentiam oculorum suorū: et a quo tu abstuleris carnis cōcupiscētiam: ne eū capiat carnis concupiscentia. et a quo tu abstuleris animum irreuerentem et infrunituꝫ: ne eū callide decipiat superbia vite. O quā felix cui hec tu facies: quippe transibit immunis. Nunc redemptor te precor per te: adiuua me ne corruam in conspectu aduersarioꝝ meorum: captus laqueis eorum: quos parauerūt pedibus meis vt incuruēt animam meam. Sed erue me virtus salutis mee: ne sibi risum exhibeant de me inimici tui qui oderunt te. Exurge domine deus meus fortis meus et dissipētur inimici tui, et fugiant qui oderunt te a facie tua. Sicut fluit cera a facie ignis: sic pereāt peccatores a facie tua. Et ego abscondar in abscondito faciei tue: et gaudeam cum filiis tuis: satiatus oībus bonis. Et tu dñe deus pater orphanorum: ⁊ tu mater pupilloruꝫ tuorum: audi eiulatum filiorum tuoruꝫ et extēde alas tuas vt fugiam⁹ sub eis a facie inimici. Turris fortitudinis israel: qui nō dormitas neqꝫ dormies custodiens israel: quia nō dormit neqꝫ dormitat hostis qui impugnat israel.

¶ De miseria hominis ⁊ beneficiis dei. Cap. xiii.



O Lux quā non videt alia lux lumen: qđ non videt aliđ lumen: lux q̄ obtenebrat oēm lucē: ⁊ lumē qđ excecat oē lumē extraneū: lux a quo ois lux lumē a quo oē lumē. lumē ad qđ oē lumē est tenebra: ad qđ ois lux obscuritas lux cui oē tenebre lumē: cui omnis obscuritas lux: lux sup̄ma quā cecitas non obnubilat: quā caligo nō hebetat: quā nulla obstātia claudit. quam nūqꝫ separabat aliqua vmbra: lux que illuminas omnia tota simul semel et semꝑ. absorbe me in claritatis abyssum: vt videam vndiqꝫ te in te: et me in te: ⁊ cuncta sub te. Ne derelinquas me ne accrescant vmbre ignorantie mee: et multiplicētur delicta mea. Sine te enim omnia sunt michi tenebre: omnia mala quia nichil bonum sine te vero solo et summo bono. Hoc confiteor: hoc scio domine deus meus: quia vbicunqꝫ sine te: male est michi preter te: non solū extra me: sed etiam in me: quia omnis copia que non est deus meus michi est egestas. Satiabor tunc cum apparuerit gloria tua. Et tu domine vita mea beata: fac vt miseriam meam confitear tibi. ex quo ab vnitate bonitatis tue sūmo et vno bono tēporalium reruꝫ multiformitas lapsum me per carnales sensus dissipauit: et ab vno in multa diuisit: et facta est michi abundantia laboriosa: ⁊ egestas copiosa: tum aliđ aliđ seq̄bar: ⁊ a nullo implebar: dū nō in me inueniebam te incōmutabile ⁊ singula

re ⁊ indiuisum vnũ bonũ: qđ cõsecutus non egeo: qđ consecutus non doleo. qđ possidens satiat totũ desiderium meũ. Heu miseria sup miseriam cum misera aia mea a te refugit. cũ quo semp abundat ⁊ gaudet: ⁊ seqtur mundũ cum quo semp eget ⁊ dolet. ❡ Mũdus clamat deficio. tu dñe clamas/ reficio: ⁊ miseria mea praua magis seqtur deficientem q̃ reficientẽ plane infirmitas mea hec est. Medice spirituũ sana illã vt cõfitear tibi. salus anime mee toto corde meo super omnibus beneficiis tuis quibus pascis me a iuuentute mea et vsq̃ in senectam ⁊ senium. Te deprecor p te ipsum ne derelinquas me fecisti me cũ non essem. redemisti me cum perissem. perierã mortuus fuerã: ad mortuũ descẽdisti: mortalitatẽ suscepisti. ad seruũ rex descẽdisti. vt seruũ redimeres te ipsum tradidisti. vt ego viuerẽ tu mortẽ suscepisti. mortem vicisti. me restaurasti cum te humiliasti: perierã: abieram in peccatis: venundatus erã. venisti p me vt redimeres me. ⁊ tantum me dilexisti vt sanguinem tuũ in p̃cium dares pro me dilexisti me dñe plusq̃ te / quia mori voluisti. Tali pctõ/ tam charo precio reduxisti me de exilio/ redemisti me de seruitio/ retraxisti me de supplicio/ vocasti me nomine tuo/ signasti me sanguine tuo/ vt memoriale tuũ semp esset apud me. ⁊ nũq̃ recederet a corde meo qui p me non recessit a cruce. Unxisti me oleo tuo quo tu vnctus fuisti: vt a te christo dicerer christianus. En in manibus tuis descripsisti me: vt semp sit memoria mea apud te: si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia tua semper et misericordia preuenerũt me. De multis nãq̃ ⁊ magnis periculis sepe liberasti me liberator meus. ⁊ quando erraui ad viam reduxisti me. quando ignoraui docuisti me. quãdo peccaui corripuisti me. quando fui tristis consolatus es me. qñ desperaui confortasti me. qñ cecidisti erexisti me qñ steti tenuisti me. quãdo iui deduxisti me quando veni suscepisti me. qñ dormiui cu[illegible] qñ cl[illegible] exau[illegible] me

❡ Q; deus ꝑpetua intẽtiõe cõsiderat opa ⁊ intẽtiões hoim. ℟ Ca. xiiij.

Hec enĩ ⁊ alia multa bñficia fecisti dñe de⁹ me⁹ vita aie mee: de qbus dulce esset mihi sp loq: semp cogitare: sp ti gras agere. vt possim te semp p oibus bonis tuis laudare ⁊ amare te toto corde meo: ⁊ tota aia mea et tota mẽte mea: ⁊ tota fortitudine mea: simul ex oibus medullis ⁊ intimis cordis mei: ⁊ oim compagũ mearũ. beata dulcedo dñe deus meus omniũ qui delectãtur in te. Sed impfectum meũ viderunt oculi tui. oculi inq̃ tui multo lucidiores sunt sole: circũspicientes vias hominũ ⁊ ꝓfundũ abyssi: et in omni loco contemplantur semp bonos et malos. Cum enim cunctis p̃sideas singula implens: totus semper vbiq̃ presens cunctorũq̃ curam agens que creasti qr nichil odisti eorũ que fecisti. sic gressus meos semitasq̃ cõsideras: ⁊ die noctuq̃ super custodiam meam vigilas: oẽs semitas meas diligẽter notans: speculator ꝑpetuus: veluti si toti⁹ creature tue celi ⁊ terre oblitus: tantum me solũ consideres: ⁊ nihil sit tibi cure de aliis. Neq̃ enĩ crescit lux incommutabilis visionis tue si tantũ vnũ aspiciat: neq̃ minuit si innumera videat et diuersa. Nã sicut vnum totũ simul perfecte consideras: sic singula quelibet licet diuersa pfecte simul totaq̃ totus conspicit visus tuus. Sed sic oia sicut vnũ. ⁊ sicut vnũ sic singula. totus simul sine diuisione vl comnutatione vel diminutione consideras. Itaq̃ totus tu in toto tẽpore sine tempore totũ me simul sempq̃ consideras: ac si nihil aliud cõsiderare habeas. Sic igitur super custodiã meam stas: sicut si omniũ oblitus sis et michi soli intendere velis. Semper quippe te presentem exhibes: semper te paratum offers: si me paratũ inuenis. Quocunq̃ iero tu me domine nõ deseris nisi prior ego te deseram. Ubicunq̃ fuero non recedis: quoniam vbiq̃ et quocunq̃ iero inueniã te per quem possim cẽ ne[illegible] eam sine te: cum sine te cẽ nõ

possim. Fateor quidem: qȝ quicquid fa-
cio ⁊ quecunqȝ facio ante te facio. ⁊ quic
quid est quod facio melius tu vides q̃
ego qui facio. Quicq̃d enim semper ope
ror tu pariter semper p̃sens assistis. vt
pote perpetuus inspector omnium co-
gitationū/ intentionū/ delectationum ⁊
operationum mearum. Dn̄e ante te est
semper omne desiderium meuȝ: ante te
tota cogitatio mea. Tu dn̄e vides vn-
de veniat spiritus. vbi sit et quo vadat
quia tu es omnium spirituū pōderator
⁊ vtrū radix sit dulcis an amara de qua
foris pulchra folia emittuntur. L
Tu iudex interius melius ipse nosti: et
etiam medullas radicum subtilius per
scrutaris. ⁊ non solum intentionem/ sed
radicis eius medullam intimam diser-
tissima tue lucis veritate colligis/ nu-
meras contueris et consignas: vt red-
das vnicuiqȝ non solummodo secūdum
opera vel intentionē: sed etiā s̄m ip̄am
interiorē absconditā medullam radicis
de qua procedit intentio operantis.
Ad quid tendo cū operor. quicquid co
gito: ⁊ in quocunqȝ delector: tu vides:
aures tue audiunt: oculi tui vident ⁊ cō
siderant: signas attendis notas et scri
bis in libro tuo siue bonū siue malum:
vt reddas postea ꝑ bono premia: ⁊ pro
malo supplicia. quando aperientur li-
bri et iudicabuntur secundum hec que
fuerunt scripta in libris tuis. Hoc ē for
te quod iam dixisti nobis. Cōsiderabo
nouissima eorum. et quod de te domine
dicitur. Vniuersorū finem ipse conside
rat: quoniam tu quidem in omnibus q̃
agimus finē intentionis magisqȝ actū
operationis attendis. Cumqȝ hoc dili-
genter considero dn̄e deus meus terri-
bilis ⁊ fortis: timore pariter et ingenti
rubore confundor: quoniam nobis ma-
gna est indita necessitas iuste recteqȝ vi
uendi: qui cuncta facimus ante oculos
iudicis cuncta cernentis.

¶ Q: homo per se nihil potest sine di-
uina gratia. M Ca. xv.

Fortissime magnipotens de-
us spirituum vniuerse carnis:
cuius oculi sunt super omnes
vias filiorum Adam: a die natiuitatis
eorū vsqȝ in diem exitus eorum: vt red-
das vnicuiqȝ s̄m opa sua bona vel ma-
la. Ostende michi vt confitear tibi pau
pertatem meam: quoniam dixi ꝙ diues
essem ⁊ nullius egerem: ⁊ nesciebā quo
niam pauper eram: cecus: nudus: mi-
ser et miserabilis. Credebam enim me
fore aliquid cum nichil essem. Dixi sapi
ens efficiar: ⁊ stultus factus sum. Cogi
tabam me esse prudentem: et deceptus
sum. Et video nunc quia donū tuū est:
sine quo nihil possumus facere. quia ni
si tu domine custodieris ciuitatem fru-
stra vigilat qui custodit eā. Sic docui-
sti me vt cognoscerem me: quia dereli-
quisti me ⁊ probasti me. non propter ꝙ
cognosceres me: sed propter me vt co-
gnoscerem me. Nam vt dixi domine cre
debam me aliquid fore ex me: existima-
bam me sufficere per me: nec percipie-
bam quoniā tu regebas me: donec ali-
quantulum te elongasti a me: et cecidi
statim in me. ⁊ vidi ⁊ cognoui quoniam
tu regebas me: ⁊ ꝙ cecidi fuit ex me: et
ꝙ surrexi fuit ex te. Aperuisti michi ocu
los lux ⁊ excitasti ⁊ illuminasti me: ⁊ vi-
di quoniam tentatio est vita hominis
super terram: et ꝙ gloriari non valeat
ante te omnis caro: nec iustificatur om
nis viuens: quoniā si quid boni est par-
ui vel magni: donū tuum est: ⁊ nostrum
non nisi malum est. Vnde igitur gloria
bitur omnis caro? Nunquid de malo?
Hec non est gloria sed miseria.
N Sed nunquid gloriabitur
de bono? nunquid de alieno? Tuum do-
mine est bonum: tua est gloria. Qui
enim de bono tuo gloriam sibi querit/
et non tibi querit/ hic fur est et latro et
similis est diabolo qui voluit furari glo
riam tuam. Qui enim laudari vult
de tuo dono: et non querit in illo glori-
am tuam sed suam. hic licet propter tu
um donum laudetur ab omnibus: a te
tamen vituperatur: quia de dono tuo
non tuam sed suam gloriam quesiuit.
Qui autem ab hominibus laudatur vi
tuperante te: non defendetur ab homi-
nibus iudicante te: nec liberabitur cō-

demnante te. At tu dñe formator me us ex vtero matris mee: nō me sinas cadere in illam vt reprobetur mihi fu rari voluisse: gloriam tuam Tibi enim sit gloria cuius est omne bonū: nobis autem confusio faciei ꝛ miseria quoꝝ est oē malū: nisi tu volueris misereri. Misereris quippe dñe misereris omnium. et nihil odisti eoꝝ que fecisti et das nobis de bonis tuis: et ditas nos dñe deus inops optimis donis tuis. Quoniam diligis pauperes ꝛ diuites facis eos diuitijs tuis. Ecce nūc dñe paupes filij tui sumus: ꝛ pusillus grex tuus: aperi nobis ianuas tuas ꝛ edēt pauperes ꝛ satiabuntur: et laudabūt te qui requierunt te. Scio etiam dñe et confiteor docente te: qm̄ illi soli qui cognoscunt se pauperes et confitentur tibi paupertatem suam: ditabunt a te: quoniam qui se diuites existimāt cum sint pauperes a tuis diuitijs inuenient exclusi. Ego igitur confiteor tibi dñe deus meus paupertatē meā ꝛ sit tibi tua gloria tota: qm̄ tuum est omne bonū per me gestū. Dñe confiteor vt docuisti me: nihil aliud sum q̄ꝫ vniuersa vanitas et vmbra mortis: et abyssus quedā tenebrosa: ꝛ terra inanis et vacua: q̄ sine tua benedictione germinat: fructum quoqꝫ nō facit nisi confusionē peccatum ꝛ mortē. Q Siqd boni vnq̄ꝫ habui a te recipi: qcquid boni habeo tuū ēvel a te habeo. Si qñ steti ꝑ te steti: sꝫ qñ cecidi ꝑ me cecidi: ꝛ semꝑ in luto iacuissem nisi tu me erexisses. semꝑ cecus fuissem nisi tu me illuminasses. Qñ cecidi nunq̄ꝫ surrexissem nisi tu mihi manum porrexisses. Postq̄ꝫ me etiā erexisti semꝑ cecidissem nisi tu me sustinuisses. Sepiꝰ periissē nisi me gubernasses. Sic semper dñe sic semꝑ gratia tua et misericordia tua preuenit me: liberans me ab omnibus malis: saluans a preteritis: suscitans a p̄sentibus: ꝛ muniens a futuris. precidens etiam ante me laqueos peccatoꝝ: tollens occasiones ꝛ causas: quia nisi tu hoc mihi fecisses ego oīa pctā mūdi fecissem. Quoniam scio dñe ꝙ nullus pctm̄ est quod vnq̄ꝫ fecerit homo: qḋ nō possit facere alter homo: si creator desit a q̄ factus est homo. Sed ꝙ non facerē tu fecisti ꝙ abstinerē tu iussisti: ꝛ ꝙ tibi crederē gratiam tu infudisti. Tu namqꝫ dñe regebas me tibi: seruabas me tibi: ꝛ michi vt adulteriū ꝛ omne aliḋ peccatū non cōmitterē gratiā ꝛ lumē donasti.

¶ De dyabolo ꝛ multiplicibus temptationibus eius. P Ca.xvi.



Entator defuit: ꝛ vt deesset tu fecisti. locus ꝛ tēpus defuit: ꝛ vt hec deessent tu fecisti. Affuit tētator non defuit locus: nō defuit tp̄s sed vt nō cōsentirē tu me tenuisti. Venit tentator tenebrosus vt est: ꝛ vt eū despicerē tu me cōfortasti: Venit tentator armatus ꝛ fortis: ꝛ vt me nō vinceret tu eū refrenasti et me roborasti. Venit tētator trāsfiguratus ī angelū lucis: ꝛ vt me nō deciperet tu eū increpasti: ꝛ vt eum cognoscerē tu me illuminasti. Ipse eñ est draco ille magnꝰ et rufus: serpens antiquus: vocatus dyabolus ꝛ sathanas: habens capita septem/ ꝛ cornua decem: quem creasti ad illudendū huic mari magno ꝛ spacioso: in quo raptant animalia quoꝝ non est numerus. ꝛ animalia pusilla ꝛ ꝛ magna idest diuersa demonioꝝ genera: qui nichil aliud die noctuqꝫ operantur: nisi quia circuerunt querētes quem deuorent: nisi tu eripias. Ipse eñ est antiquus ille draco qui ortus ē in paradiso voluptatis: qui cauda sua trahit tertiam partem stellarum celi: et eas mittit ī terram/ qui veneno suo corrumpit aquas terre: vt bibentes homines moriantur. et qui sternit sibi aurum quasi lutum: ꝛ habet fiduciam ꝙ influat iordanis in os suum qui factus est vt nullum timeat. Et quis defendet a morsibus eius: quis eruet ab ore eius/ nisi tu domine qui confregisti capita draconis magni.

Q Pretende domine super nos alas tuas vt fugiamus sub eis a facie draconis huius qui nos persequit. et

scuto tuo libera nos a cornibus eius. Hoc enim est continuũ studiũ eius. hoc vnicum desideriuȝ suũ. vt animas quas creasti deuoret. Et ideo deus meus ad te clamamus: libera nos ab aduersario nostro quotidiano. qui siue dormiamus siue vigilemus: siue comedamus siue bibamus: siue quodcũq; opus operamur: omnibus modis instat die ac nocte fraudibus et artibus. nunc palam: nunc occulte: sagittas venenatas contra nos dirigẽs: vt interficiat animas nostras. Et tamen domine pessima insania nostra quia cum continue videamus ꝯtra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum: nichilominus dormimus et lasciuimus in pigricijs nostris tanq̃ securi ante eum: qui nihil aliud desiderat q̃ vt nos perdat. Inimicus vt occidat semper vigilat sine summo: ⁊ nos vt custodiamus nos nolumus euigilare a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos: et omnes vias nostras varijs repleuit decipulis ad capiendas animas nostras. Et quis effugiet? Laqueos posuit in diuitijs. laqueos posuit in paupertate. laqueos tetendit in cibo: in potu: in voluptate: in sõno et in vigilia: laqueos posuit in verbo et in opere et in omni via nostra. Sȝ tu domine libera nos de laqueo venantium ⁊ a verbo aspero vt confiteamur tibi dicẽtes. Benedictus dñs qui non dedit nos in captionẽ dentibus eorum. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venãcium. laqueus contritus est: et nos liberati sumus.

¶ Qȝ deus est lux iustorum. R
Capitulum. xvij.

Et tu quidem domine lux mea illumina oculos meos vt videam lumen: et ambulem in lumine tuo: ⁊ nõ impingar in laqueos ei⁹. Quis enim euadet laqueos istos multos nisi videat eos? ⁊ q̃s videbit eos nisi quẽ illumiaueris lumie tuo? Ipse eñ pater tenebraꝝ laqueos suos abscõdit in tenebris suis: vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis. q̃ sunt filij tenebrarum harum: non videntes lumen tuum. in quo qui ambulat non timebit. qui enim ambulat in die non offendit. q̃ autẽ in nocte ambulat offendit quia lux nõ est in eo. Tu lux dñe: tu lux filiorum lucis. tu dies qui nescis occasũ: in qua ambulãt filij tui sine offensione: ⁊ sine qua oẽs qui ambulãt in tenebris sunt. qꝛ te lucẽ mundi nõ habẽt. Ecce quotidie cernimus quia quo magis a te vero lumie quis elongat: eo magis peccatoꝝ inuolutur tenebris: ⁊ quo magis est in tenebris eo min⁹ videt laq̃os in via sua ⁊ iõ min⁹ cognoscit. ⁊ idcirco sepius capitur ⁊ cadit in eis: ⁊ quod est horribilius etiam se cecidisse ignorat. Qui vero suum casum ignorat: eo minus curat surgere: quia se estimat adhuc stare. Tu vero lux mentis dñe deus me⁹ nunc illumina oculos meos vt videã ⁊ cognoscam: ne corruam in conspectu aduersariorum meoꝝ. Etenim in exterminium nostrum laborat inimic⁹ noster. quẽ petimus vt facias liquefieri a facie nostra: sicut cera liquescit a facie ignis. Quoniã dñe ipe est latro primus ⁊ vltimus: qui consilium fecit vt raperet gloriã tuam. qm̃ inflatus ⁊ elatus crepuit ⁊ cecidit in faciẽ suaȝ: ⁊ deiecisti eum de mõte scto tuo: et de medium lapidum ignitorum. in quoꝝ medio ambulauit. Et nũc vita mea domine de⁹ me⁹. ex quo cecidit nõ cessat ꝑsequi filios tuos. Et in odium tuũ o rex magne: cupit perdere hãc creaturam tuã: quã creauit omnipotens bonitas tua ad imaginẽ tuam: vt possideat gloriã tuã quã ipe ꝑdidit ꝑ superbiam suam. Sed ꝯterere eũ fortis noster: ante nos agnos tuos: ⁊ illumina nos vt videamus laqueos quos ipse parauit: ⁊ euadamus ad te o leticia israel. Et hec oia tu domine melius nosti: q̃ nosti contentionẽ eius ⁊ ceruicẽ eius durissimã. Nec hoc dico vt ostendam tibi: quia omnia vides ⁊ nulla te latet cogitatio. Sȝ añ pedes tue maiestatis de inimico meo querimonia facio: iudex eterne vt ⁊ ipsum dãnes: ⁊ nos filios tuos salues: quorum forti

tudo tu es. Versut⁹ ē eniꝫ dñe iste ho stis ⁊ tortuosus. nec facile deprehēdi possunt circuitus vie eius: nec cogno sci species vult⁹ ei⁹ nisi tu illumines. Nam nūc hic: nūc illic. nūc agnū: nūc lupum. nūc tenebras: nūc lucē se ostē dit. ⁊ singulis quibuslibet qualitatib⁹ locis ⁊ temporibus secūdū varias re rum mutatiōes: varias exhibet tem ptationes. Nā vt tristes decipiat tri stat̄ ⁊ ipse vt gaudētes illudat fingit se ip̄e gaudere. vt sp̄uales defraudet in āgelū lucis se trāsfigurat. vt fortes cōprimat apparet agn⁹. vt mites de uoret apparet lup⁹. S hec qui dem oia ꝭm similitudinem variarum temptationuꝫ effici habet. sicut alios a timore nocturno: alios a sagitta volā te in die. alios a negocio perābulāte in tenebris. alios ab icursu: alios a de mōio meridiano. Et ad hec quis ydo ne⁹ vt cognoscat? quis reuelabit spe ciem indumenti eius? ⁊ gyrū dentiuꝫ eiusq̄s agnoscet? En abscondit sagit tas suas in pharetra. ⁊ laqueos etiaꝫ abscōdit sub sp̄e lucis: ⁊ hoc difficil li⁹ perpendit̄ nisi a te dñe spes nostra lumē assumamus vt videamus. Nam non solū in carnis operibus que de fa cili cognoscūtur: nō tm̄ in ip̄is vicijs sꝫ in ipsis sp̄ualibus exercitijs laque os abscōdit. subtiles et sub virtutum colore ipsa vita induit ⁊ trāsmutat se in āgelum lucis. Hec et multa alia ni titur contra nos ip̄e fili⁹ belial. ip̄e sa than: domine deus noster. Et nunc vt leo: nūc vt draco: manifeste ⁊ occulte: intus ⁊ extra die ac nocte insidiat̄ vt rapiat aīas nostras. Et tu eripe nos dñe qui saluas sperātes in te vt ip̄e de nobis doleat ⁊ tu lauderis i nobis do mine deus noster.

¶ Iterū de beneficijs dei. X Capitulum. xviij.



Go aūt fili⁹ ācille tue que me recōmēdauit māuitue iā his m̄is pauperculis cō fessiōib⁹ ꝯfitear tibi libera tor me⁹ toto corde meo ⁊ re colaꝫ ad mentē meā oīnia bona que fecisti mihi a iuuentute mea. in omni vita mea. Scio namq̄ꝫ ingratitudo multū tibi displiceat: que est radix to tius mali spiritualis. et ventus qui dam desiccans et vrens omne bonum obstruens fōtem diuine misericordie tue super hominez: qua et mortua iaꝫ non oriūtur. et viua iam opera mori untur ⁊ vltra non adipiscūtur. Et ego domine gratias tibi ago ne sim ingra tus tibi liberator meus: quoniaꝫ libe rasti me. Quotiens me iam absorbue rat ille draco. et tu domie ab ore eius extraxisti me. Quotiēs ego peccaui et ipse paratus fuit deglutire me sed tu domine deus meus defendisti me. Cum contra te inique agebaꝫ cū tua mandata frangebam stabat ipse para tus vt me raperet ad infernuꝫ: sed tu prohibebas: Ego te offendebaꝫ. et tu me defendebas. Ego te non timebā ⁊ tu me custodiebas. A te recedebaꝫ et inimico meo me exibebam. tu ipsum ne me acciperet deterrebas. Hec mihi tu domine deus meus beneficia cōfe rebas: ⁊ ego miser non cognoscebam. Sic enim me mltotiēs a faucibus dia boli liberasti. de ore leōis eripuisti et ab inferno licet nescienteꝫ me multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsq̄ꝫ ad portas inferni: et ne illuc intrareꝫ tu me tenuisti. Appropinquabam vsq̄ꝫ ad portas mortis: et ne me ipse cape rent tu fecisti. De morte etiam corpo ris sepius eripuisti me saluator meus cum graues morbi tenerent me: cum fui in periculis multis per mare ꝑ ter ras: ab igne et gladio: et ab omni peri culo liberans semper michi astans et misericorditer saluans. V Sciebas tu quidē domie: quia si tūc mors me occupasset: infernus animaꝫ meā suscepisset: ⁊ perpetuo damnat⁹ fuissez. Sꝫ tua misericordia ⁊ tua gra tia preuenit me: eripiens me de mor te corporis: ⁊ de morte anime domine deus me⁹. Hec et multa michi tua a lia beneficia exibuisti. et ego erā cec⁹ et non cognoui donec illuminasti me. Nunc igitur lux anime mee domie de

us meus: vita mea: per quam viuo. lumen oculorum meorum per quod video. En illuminasti me et cognosco te: quia viuo per te: et gratias ago tibi licet viles et exiles et impares beneficijs tuis: quales habet mea fragilitas offero. Quoniam tu es solus deus meus creator meus benignus qui amas nostras animas et nichil odisti eorum que fecisti. En ego primus inter peccatores quos saluasti vt exemplum alijs tribuam benignissime pietatis tue. Confitear tibi beneficia tua magna: quoniam eripuisti me de inferno inferiori semel et secundo et tertio et centies et millies. et ego semper ad infernum tendebam: et tu me semper reducebas: et iuste millies damnasses me si voluisses. noluisti. quia amas animas et dissimulas peccata hominum propter penitentiam domine deus meus multe misericordie in omnibus vijs tuis. Nunc ergo video hec domine deus meus et cognosco per lumen tuum et deficit anima mea in misericordia tua magna que est super me: quoniam eripuisti animam meam ex inferno inferiori: et me ad vitam reduxisti.

x Totus enim eram in morte: totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id quod viuo et totus totum me tibi offero. Totus spiritus. totum cor totum corpus tota vita mea viuat tibi vita mea dulcis. quoniam totum me liberasti vt totum me possideres. totum me refecisti vt totum me rehaberes. Diligam te igitur domine virtus mea diligam te ineffabilis exultatio mea et viuat iam non michi sed tibi tota vita mea que perierat in miseria mea: resuscitata est in misericordia tua. qui es deus misericors et miserator et multe misericordie in milia his qui diligunt nomen tuum. Idcirco domine deus meus sanctificator meus iussisti michi de lege tua: vt diligam te toto corde meo tota anima mea tota mente mea: tota fortitudine mea et totis viribus meis et etiam ex intimis medullis cordis mei: omnibus horis et momentis: quibus fruor bonis misericordie tue. quoniam semper perirem: nisi quia semper regis me. semper morerer: nisi quia semper me viuificas. et omni momento me tibi obligas dum omni momento mihi tua magna beneficia prestas. Sicut ergo nulla est hora vel punctus in omni vita mea quo tuo beneficio non vtar sic nullum debet esse momentum quo te non habeam ante oculos in mea memoria. et te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi: cuius est omne donum bonum et omne datum optimum descendens a patre luminum apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non enim est volentis neque currentis: sed tui miserentis vt diligamus te. Tuum est domine hoc donum cuius est omne bonum. Iube te diligi: da quod iubes et iube quod vis.

¶ De feruore dilectionis vel charitatis. y

Capitulum xix.



Amo te deus meus magis et semper amare cupio quia tu es reuera omni melle dulcior omni lacte nutribilior et omni luce clarior. Idcirco super omne aurum et argentum et lapidem preciosum es mihi charior. displicebat enim mihi quicquid agebam in seculo pre dulcedine tue et decore domus tue quam dilexi. O ignis qui semper ardes et numquam extingueris o amor qui semper ferues et numquam tepescis accende me. Accendar inquam totus a te vt totus diligam te. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat quod non propter te amat. Diligam te domine quoniam tu prior dilexisti me. Et vnde michi verbum vt explicem signa dilectionis tue maxime erga me propter innumera beneficia tua: quibus a principio educasti me. Post beneficium nempe creationis quando in principio de nichilo ad ymaginem tuam creasti me honorificans et extollens me inter eas creaturas quas fecisti: et nobilitans lumine vultus tui quo signasti supliminare cordis mei quo ab insensibilibus pariter et sensibilibus brutis discreuisti me et paulominus ab angelis minuisti. Parum et hoc fuit ante conspectum diuinitatis

tue/quoniam quotidianis z singularibus maximisqꝫ donariis tuorū beneficiorū me sine intermissione nutriuisti/z quasi filium tuum paruulū tenellum vberibus tue cōsolationis lactasti z cōfortasti me. Ut enim tibi tot⁹ seruirem/omnia quecūqꝫ fecisti in meum seruitium tradidisti.

¶ Qd̄ deus subiecit omnia seruituti hominum. 5
Capitulum. xx.



Omnia sub pedib⁹ hominis subiecisti vt solus hō tot⁹ tibi subijceret. Et vt tuus tot⁹ hō esset sup omni tua domiatus ē homo Exteriora nēpe ꝓ corpore cūcta creasti. i pm vero corp⁹ ꝑ aia. aia vero pro te vt tibi soli vacaret z te solū amaret possidens te ad solatium inferiora ꝑo ad seruitiū. Quicquid enim celi ambitu cōtinet inferius ab anima humana est que facta est vt summū superi⁹ possideret. cuius possessione beata fieret. cui si adheserit cunctorū mutabiliū inferiorū necessitudines supergrediens illius summe maiestatis cuius emulatur speciem: eterne imortalitatis faciē cū serenitate videbit Tūc vero illis bonis optimis fruet in domo domini. quorū comparatione cuncta hec que hic cernimus velut nihilū cōputantur. Illa sunt que oculus nō vidit/nec auris audiuit. nec i cor hominis ascenderūt q̄ preparauit deus diligētibus se. Et hec quidem dn̄e datur⁹ es aie. His etiam quotidie letificas animas seruorum tuorū q̄ amas animas. Quid miror hec dn̄e deus meus imaginē q̄ppe tuā honorificas z similitudinē tuam ad quam create sunt. Nā et corpori nostro licet ad huc corruptibili et ignobili vt videret dedisti celi claritatē ꝑ manū ministrorum tuorū indefessorū solis z lune/ qui precepto tuo iugit die ac nocte deseruiunt filiis tuis/vt spiraret largitus es aeris puritatē vt audiret sonorū varietates: vt odoraret odorū suauitates/vt gustaret saporum qualitates/ vt contrectaret dedisti corpulentium omniū grossitates. Adiuuamēta suis necessitatibus dedisti iumēta volucres quoqꝫ celi z pisces maris z fruct⁹ terre ad reficiendū impendisti. Medicinas de terra propter singulas quasqꝫ suas corruptelas creasti. singula solatia singulis malis obuiantia preparasti. quoniā es misericors z miserator z nouisti figmentū nostrum figulus noster/z nos omnes quasi lutū in manu tua.

¶ Qd̄ ex consideratione bonorū temporaliū colligit magnitudo celestis consilij. 21
Capitulum. xxi.



Ia aperi mihi mia tua magna. lumie tuo illustra que so magis adhuc vt michi magis aperiat. Nā ex his minimis tua magna. z ex his visibilibus tua iuisibilia comprehendimus domie deus sancte z bone creator noster. Si enim mi domie pro hoc corpore ignobili z corruptibili tā magna z inumera beneficia prestas a celo et aere: a terra et mari. a luce et tenebris a colore et vmbra rore et imbre. ventis et pluuijs. volucribus et piscibus/bestijs et arboribus. et multiplicate herbarum et germinum terre: et cunctarum creaturarum tuarum ministerio nobis successiue per sua tempora ministrantium vt aleues fastidium nostrum. qualia quesо et q̄ magna et inumerabilia erunt illa bona que preparasti diligentibus te / in illa celesti patria vbi te videbimus facie ad faciem Si tanta facis nobis in carcere: quid ages in palacio? Magna et inumerabilia sunt opera tua domine rex celorum. Cum enim sint hec omnia valde bona et delectabilia que bonis pariter malisqꝫ communia tradisti. qualia futura sunt illa que solis bonis recondisti. Si tam innumera et varia dona tua: que nunc amicis pariter tribuis et inimicis. q̄ magna z innumerabilia: q̄ dulcia et delectabilia. que solis tuis es largiturus

amicis Si tanta solacia in hac die lachrymarum: quanta cōferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer: quanta queso continet patria? Oculus non vidit deus absque te que preparasti diligentib⁹ te. Secundum enim magnam multitudinē magnificentie tue est etiā multitudo magna dulcedis tue quā abscondisti timentibus te. Magnus enim tu es domine deus meus et immens⁹. nec est finis magnitudinis tue. nec est numer⁹ sapientie tue: nec est mensura benignitatis tue. nec est finis nec numer⁹ nec mensura retributionis tue. sed sicut magnus es tu: ita magna sunt donaria tua. quoniam tu ipse premium et donum omnium legitimorum tuorum pugnatorum.

¶ Qđ diuina dulcedo omnem presentem mundi amaritudinē tollit. B Capitulum. xxij.



Hec sūt bñficia magna tua domine de⁹ sctificator sanctorū tuorū: quibus repleturus es inopiam esurientium mortuorum tuorum. qm̄ factus es spes desperatorū et consolatio desolatorū. tu corona spei q̄ ornata est gloria preparata vincentibus. Tu famelicorum satietas eterna danda esurientibus. Tu consolatio sēpiterna: qui solis illis te tribuis qui consolationē huius mundi pro tua perpetua consolatiōe contemnunt. Nam qui hic consolātur indigni tua consolatione habenť. Sed qui hic cruciantur a te consolanť: et q participant passionibus: participāt et consolationibus. Nemo eni potest in vtroque seclo cōsolari: nec potest quis hic et in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat qui alterū voluerit possidere. Hec vbi considero domine consolator me⁹. In hac vita renuit cōsolari anima mea vt digna habeatur tuis consolatiōibus eternis. quia iustum est vt amittat te quicunque in aliquo alio magis consolari eligit q̄ in te Et obsecro sūma veritas te per te nō permittas me in aliquā consolatione vana consolari. Sed peto vt oīa mihi amarescāt vt tu solus dulcis appareas aīe mee qui es dulcedo inextimabilis p quā cuncta amara dulcoranť. Tua eñ dulcedo stephāo lapides torrētis dulcorauit tua dulcedo craticulā btō laurētio dulcē fecit p tua dulcedine ibant apłi gaudētes a conspectu concilij: qm̄ digni habiti sūt p nomine tuo cōtumeliam pati. Ibat andreas securus ad crucē et gaudēs. qm̄ ad tuā dulcedinē pperabat Hec tua dulcedo ipos apostolorum pricepes sic repleuit vt pro ipsa crucis patibulum vnus eligeret: alter quoque caput ferięti gladio supponere non timeret. Pro hac emēda bartholomeus ppriam pellem ddit. Pro hac quoque gustāda veneni poculu intrepidus iohannes potauit Hāc vero vt gustauit petrus oīm inferiorū oblitus clamauit quasi ebrius dicēs. Dn̄e bonū est nobis hic esse. faciamus hic tria tabernacła. hic moremur: te cōtemplemur. quia nullo alio indigem⁹. sufficit nobis domine videre te sufficit inqt tanta dulcedie satiari. Vnā eñ stillā dulcedis ille gustauit: et omnem aliam fastidiuit dulcedinem. Quid putas dixisset si magnam illam multitudinē dulcedinis diuinitatis tue gustasset: quā abscondisti timētibus te! Hāc tuā dulcedinē sessabilē et illa gustauerat virgo: de qua legimus q letissima et gloriāter ibat ad carcerē: quasi ad epulas inuitata. Hāc vt reor et ipse gustauerat q̄ dicebat. q̄ magna mltitudo dulcedis tue domine quam abscondisti timētibus te. qui commonebat. gustate et videte quoniam suauis ē dn̄s. Hec est eñ illa beatitudo dn̄e deus noster quā expectam⁹ daturum te nobis: pro qua tibi dn̄e cōtinue militamus p qua tibi mortificamur tota die: vt i tua vita tibi viuam⁹

¶ Qđ tota spes nostra et desiderium cordis nostri debet esse in deum. C Capitulum. xxiij.



Tu autem domine expectatio israel. desiderium adqđ suspirat cor nostrū quotidie.

festina ne tardaueris. Surge pp̄era & veni vt educas nos de isto carcere ad confitendū nomini tuo / vt glorietur in luie tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarū pupillorū tuorū: qui clamant ad te: pater nr̄ / da nobis hodie panē nr̄m quotidianū. i cuius fortitudine ambulem⁹ die ac nocte vsq₃ quo perueniamus ad montē sanctū tuū oreb. Et ego paruul⁹ inter paruulos familie tue: deus pr̄ & vtus mea qn̄ veniā & apparebo an̄ faciē tuā: vt q̄ nūc tibi cōfiteor ad tp̄s. ex tūc cōfitear tibi ineternū. Btūs ero si fuero amiss⁹ ad vidēdū claritatē tuā. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc venire pmittas me Scio dn̄e & cōfiteor me indignū vt intrē sub tectū tuū: sed fac pp̄ter honorē tuū. & ne confundas in te sperantē seruū tuū. Et q̄s intrabit in sanctuarium tuū ad cōsiderandas potentias tuas nisi tu apias. Quis aūt apiet si tu clauseris. Si destruxeris nemo est q̄ edificet. Et si icluseris hoīem nemo est q̄ apiat. Si cōtinueris aq̄s oīa siccabūtur. Et si emiseris eas subuertēt terrā. Si oīa q̄ fecisti ad nichilū redigis: q̄s cōtradicet tibi. porro sempit̄na bonitas mie tue q̄ fecisti oīa q̄cūq₃ voluisti. tu nos fecisti fabricator mūdi: rege nos tu nos creasti ne spernas nos q₂ opa tua sumus. Et quidē dn̄e deus noster. nos lutū & vermiculi nō valemus in tuas et̄nitates itrare nisi tu iduxeris q̄ de nihilo cūcta creasti.

¶ Q̄d salus nostra ex deo est. E Capitulum. xxiiij.



Go aūt op⁹ manuū tuarū cōfitebor tibi i timore tuo q₂ nō in arcu meo spabo: & gladius meus nō saluabit me / s₃ dext̄a tua & brachiū tuū & illuminatio vultus tui. alioqui desparē. qm̄ spes mea tu es q̄ creasti me qm̄ nō derelinq̄s sperātes i te. tu quippe es dn̄s de⁹ nr̄ suauis & patiēs in misericordia disponēs omnia. Nā si peccauerimus tui sumus: si non peccauerimus tui sumus quoniam apud te sumus computati. Nos soliū vniuersi: & vanitas est: oīs homo viuēs & ventus est vita nostra super terrā. Ne irascaris si cadim⁹ pupilli tui. q̄niam tu nosti figmētum nostrū domine deus noster. Num deus inestimabilis fortitudinis cōtra foliuʒ quod a vento rapitur ostēdere vis potētiā tuam: & stipulam siccam persequeris. Num dānabis israel rex eterne canē vnū. Num damnabis pulicem vnum. Audiuimus de misericordia tua domine: qm̄ tu mortē non facis: nec letaris in perditione moriētiū. Propter te dn̄e oramus te ne permittas me dominari quod nō fecisti huic creature tue quā fecisti. Si enim doles de perditiōe: quid te p̄hibet dn̄e: qui omnia potes me semper leteris de nr̄a saluatione. Si vis potest me saluare. ego autē & si vellē nō possem. Magna est multitudo miseriarū mearū mecum. Velle quippe mihi adiacet: perficere autem non inuenio. Velle quod bonū est non possum nisi tu velis. nec quod volo possum nisi tua potentia me confortet. & quod possum aliquādo nolo nisi tua voluntas fiat sicut in celo & in terra. & q̄d volo & possum ignoro: nisi tua sapientia me illustret. Et si etiam scientia q̄nq₃ volēs quādoq₃ valēs in imp̄fecta & vacua trāsit sapiētia mea nisi adiuuer a vera sapientia tua. In tua aūt voluntate cuncta sunt posita & non est qui possit resistere voluntati tue dn̄e vniuersorū: principatū tenēs oīs carnis. & quecunq₃ vis facis in celo / & in terra: in mari: & i oīb⁹ abyssis. In nobis igitur fiat voluntas tua: super quibus inuocatum est nomē tuū. ne pereat hoc nobile plasma tuuʒ q̄d creasti propter honorem tuuʒ. Et q̄s homo natus de muliere qui viuat et nō videat mortē. et eripiat animā suā de manu inferi: nisi tu solus eripias vita vitalis omnis vite: per quem omnia viuunt.

¶ Quod volūtas humana inefficax sit ad bona opera sine diuina gratia. F Capitulum. xxv.


Ecce eni iã tibi cõfessus sum laus vite mee dñe de⁹ me us virtus salutis mee. spe rabã alqñ in virtute mea q̃ tñ non erat virtus. Et cũ sic volui currere vbi magis stare cre debaz ibi magis cecidi factusq; sum magis retro: et nõ añ et qđ credebã cõ sequi magis elongatũ est a me. Sic p mlta similia vires meas pbãs. cogno sco nunc q: illuiasti me qm̃ qđ magis credidi posse p me. min⁹ semper potui Dicebã eni hoc faciã illud perficiam nec hoc nec illud faciebã. Aderat vo lũtas nõ erat facultas. Aderat facul tas nõ aderat volũtas: qm̃ de meis vi ribus cõfidebã. Nũc aũt cõfiteor tibi dñe de⁹ me⁹ pr̃ celi et terre q: nõ in for titudine sua roborabitur vir: et glĩek añ te stulta presumptio oĩs carnis. Nõ ẽ hominis velle quod possit aut posse quod velit: vel scire qđ velit et possit sed potius a te gressus hoĩs di riguntur: illoꝝ inquã q non a se sed a te dirigi se pfitẽtur. Obsecramus itaq; viscera misericordie tue velis dñe sal uare. qđ creasti. quoniaz si vis potes nos saluare. et in tua voluntate vir tus est nostre salutis.

De antiquis beneficijs dei. G Capitulum. xxvi.


Recordare mie tue ãtique qua nos a pricipio i bñdi ctionib⁹ tue dulcedinis p̃ uenisti. anteq; eni nascerer ego filius ancille tue. dñe spes mea ab vberib⁹ mr̃is mee. tu me p̃uenisti p̃parãs mihi semitas qb⁹ in cederẽ et venirẽ ad gloriã dom⁹ tue p̃usq; me formares i vt̃o nouisti me et anteq; exirez de vulua quicquid tibi placuit preordinasti me. Que et qua lia sint in libro tuo scripta de me in se creto cõsistorij tui. ego quidẽ ignoro vnde et valde timeo / tu vo nosti / quo niam quod ego per successus dierum et tempoꝝ hinc ad mille annos hui⁹ temporalitatis expecto in conspectu eternitatis tue iã factum est et quod futurum est iã factum est. Ego autẽ stãs in hac nocte tenebrosa hec igno rans timor et tremor venerunt super me / dum video michi vndiq; immine re multa pericula a multis quoq; ho stibus venerari / multitudineq; innu merarum miseriarum in hac vita me circundari. Et nisi in tantis malis af foret mihi tuũ adminiculũ desperarẽ Sz spes mihi magna subest de te mi tissime princeps deus meus / et consi deratio multitudinis miserationum tuarũ que apud te sunt subleuat men tem meam et precedentia signa mise ricordie tue q me anteq; nascerer pre uenerunt / et nũc specialiter i me euul serũt / de futuris benignitatis tue me lioribus et perfectioribus munerib⁹ que amicis tuis reseruas / spem meaz admonent / vt in te letetur dñe deus meus letitia sancta et viua / qua sem per letificas iuuentutem meam.

De angelis deputatis ad custodiã hominum. h Ca. xxvij.


Dilexisti ei me vnice amor meus anteq; diligerem te et ad ymaginẽ tuã creasti me / oĩbus creaturis tuis proposuisti me / quam di gnitatem tunc quidẽ seruo cũ nouerĩ te / pter quẽ fecisti me. Insup facis angelos tuos spũs pp me / qbus man dasti vt custodiãt me in oĩb⁹ vijs me is / ne forte offendã ad lapidẽ pedem meũ. Hi eni sunt custodes sup nume ros ciuitatis tue noue hierusalẽ et mõ tes i circuitu eius / vigilãtes et custo diẽtes vigilias noctis sup gregẽ tuũ ne quãdo rapiat vt leo animas nr̃as dũ non esset qui eriperet. ille antiqu⁹ serpẽs aduersarius noster dyabolus q quasi leo rugiẽs semp circuit q̃rens quem deuoret. Hi sunt ciuis btẽ ciui tatis superne hierusalẽ q. sursum est mater nostra / in ministerium missi p pter eos qui hereditatem capiunt sa lutis / vt eos liberẽt ab inimicis suis et custodiant in omnibus vijs suis cõ fortent quoq; et moneant: et oratiões filiorum tuorum offerant in cõspectu glorie maiestatis tue. Diligunt nem

pe conciues suos:per, quos sue ruine scissuras restaurari expectāt. Ideoq3 magna cura ꝛ vigilāti studio assunt nobis oibus horis ꝛ locis:succurrentes ꝛ ꝓuidētes necessitatibꝰ nr̄is: et solliciti discurrētes inter nos ꝛ te domine. gemitꝰ nr̄os atq3 suspiria referentes ad te vt ipetrēt nobis facilem tue benignitatis ꝓpiciationē: ꝛ referāt ad nos desideratā tue gratie bn̄dictionem. Ambulant nobiscū in oibus vijs nostris. intrant ꝛ exeūt nobiscū: attente considerātes q̄3 pie: q̄3 honeste in medio praue natiōis cōuerse mur. quātoq3 studio ꝛ desiderio q̄ramus regnū tuū ꝛ iustitiā eius quanto q3 timore ꝛ tremore seruiamꝰ ꝛ exultemꝰ tibi leticia cordis nostri. Adiuuant laborātes. ꝓtegūt quiescentes. hortantur pugnantes: coronant vincentes: cōgaudent gaudentibꝰ de te inq3 gaudentibus. cōpatiuntur patiētibus: pro te inq3 patiētibus. Grādis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectiōis eorum erga nos. Et hoc totum propter honorē tue inextimabilis charitatis qua dilexisti nos. Diligūt ei quos tu diligis. custodiūt quos tu custodis. ꝛ deserūt quos tu deseris: nec diligūt operantes iniquitatē. q̄m ꝛ tu odisti oēs operantes iniquitatē: ꝛ perdes oēs qui loquuntur mēdacium. Quotiēs bene agimus gaudent angeli ꝛ tristanꝫ demōes. Quotiēs a bono deuiamus: diabolum letificamus: ꝛ angelos tuos suo gaudio defraudamꝰ. Gaudium est eīm eis super vno peccatore pn̄iam agente. Sz diabolo sup vno iusto pn̄iam deserente. I Da igitur pater eis sēper gaudere de nobis: vt ꝛ tu semp ꝑ eos lauderis in nobis: ꝛ nos cū eis in vnū ouile tuū adducamur/ vt cōfiteamur simul noī scō tuo creator hoim ꝛ angelorū. Hec ipse commemorans corā te: cōfiteor laudās te. q̄m beneficia tua magna sunt hec quibꝰ nos honorificasti/ dās nobis angelos/ tuos spūs/ i ministeriū nostrū. Dederas ei quicquid celi ambitu continetur. et quasi parua reputas hec que sub celo sunt/ nisi adderes etiā ea que sunt sup celos. Laudēt te dn̄e de hoc oēs āgeli tui/ cōfiteanꝫ tibi de hoc oia opera tua/ ꝛ ipi sancti tui bn̄dicant. O honorificētia nostra/ nos nimis honorificans ꝛ ditans/ multis muneribꝰ decorasti. Admirabile est eīm nomē tuū dn̄e in vniuersa terra. Quid est ei homo quia magnificas eū/ aut apponis erga eum cor tuum. Dixisti eīm ꝑ ras antiqua. Delicie mee esse cū filijs hominū. Nonne hō putredo/ ꝛ filius hominis vermis. nonne vniuersa vanitas omnis homo viuēs. Et dignum ducis sup huiuscemodi apire oclos tuos/ ꝛ adducere eū tecū i iudicium.

¶ De profunda predestinatione et ꝑscientia dei. Capitulum. xxviii.



Oce me abyssus ꝓfūdissima creatrix sapiētia/ q̄ librasti in pōdere mōtes ꝛ colles/ i statera molem terre tribꝰ digitis appēdisti. Suspēde molē corpalitatis huiꝰ quā gero/ tribꝰ iuisis digitis tuis ad te vt videā ꝛ cognoscā q̄3 admirabilis es i vniuersa t̄ra. Lux ātiq̄ssima q̄ lucebas añ oēm lucē i mōtibꝰ s̄ctis eternitatis antiq̄. cui nuda et aperta erāt oia anteq̄3 fierēt. Lux q̄ odio habes oēm maculā/ vtpote mūdissima ꝛ imaculatissima. q̄ tibi delicie cū hoie q̄ cōuentio lucis ad tenebras. Ubi ei sunt in hoie delicie tue. Ubi ꝑparasti tibi in me dignū sanctuariū maiestatis tue/ ad qd̄ introiēs habeas delicias delectationis tue. Mundū eni cenaculum decet te mūdans virtus/ q̄ non nisi a mundis cordibus videri potes. multo magis nec haberi. In homine autem vbi est templum tam mūdum vt te suscipiat q̄ regis mundum Quis potest facere mundum de imūdo cōceptum semine. nonne tu q̄ solꝰ es mūdus. ab imūdo eīm q̄s mundabitur. Nā ꝛ s̄m legē quam dedisti p̄ribꝰ nr̄is in igne comburēti mōtē. ꝛ in nube tegēte aquā tenebrosam/ quicquid

tetigerit immundus immundum erit Omēs autē nos qua si pannus mēstrua te: de massa corrupta ⁊ imunda veniē tes: macula immundicie nostre: quaȝ celare saltē tibi q̄ oīa vides nō possu mus: in frontibus portamus: quare mundi esse non possumus nisi tu mun daueris q̄ solus es mundus. Mūdas aūt de nobis filijs hoīm eos in q̄bus tibi cōplacuit habitare. quos ab iac cessibilib⁹ profundis secretis iudicio rum incōprehēsibiliū sapiētie tue. sē per iustorū licet occultorū: sine coruȝ meritis predestinasti ante mundū. vo casti de mūdo: iustificasti in mūdo. et magnificas eos post mundum. L

dicit:nō verū dicit q̄ȝuis verum inue
niat esse quod dicit. nec vllo modo li-
ber est a mandatio q̄ ore nesciens veꝝ
loquitur sciens aūt voluntate mētit.
5 Non consideratis itaq; rebus
ipsis de quibus aliquid dicit:sed sola
intētione dicentis:melior est qui nesci
ens falsū dicit:qm̄ id veruȝ putat quā
qui mētiendi animum sciens gerit:ne
sciēs verum esse quod dicit. Ille nam
q; aliud non habet in animo aliud in
verbo. huic vero qualecunq; p seipsū
sit quod ab eo dicit. aliud tamē clau-
sum i pectore:aliud in lingua prōptū
est quod malum est propriuȝ mentien
tis. In ipsarum autem q̄ dicunt cōsi-
deratione reꝝ:tantum iterest qua in re
quisq; fallat siue mētiatur:vt cuȝ fal
li quā mētiri min⁹ sit malum:quantū
ptinet ad hominis voluntatem:tamē
longe tolerabilius sit in his que a reli
gione sūt seiuncta mētiri:quā in hijs si
ne quorū fide vel noticia deus coli nō
potest:falli vt in pluribus a pquirēte
lucidius inuestigabitur. Quod vt illu
stretur exēplis intueamur quale sit: q̄s
piā dū mentit: viuet nūciat aliquem
mortuū et alius dum fallit: credat ite
ruȝ christū post quālibet ⁊ longa tem-
pora moriturꝝ. Nonne illo modo men-
tiri quā isto mō falli incompabiliter p̄
stat:multoq; minoris mali est in illuȝ
errorem aliquē inducere:quā in istum
ab aliquo induci.

¶ Quibus in rebus fallamur. A
Capitulum:decimumoctauum.



In q̄busdā ergo reb⁹ ma
gno:i q̄busdā puo i q̄bus
dā nullo malo:i q̄busdā
ēt nōnullo bono fallim̄
Nā magno malo fallit
hō cū hoc n̄ credit ꝙ ad
vitā ducit eternā:licȝ hoc credit ꝙ ad
mortē ducit eternā puo aūt malo fallit
q̄ falsū ꝓ vero approbādo: incidit in
aliquas molestias temporales: quib⁹

tamen adhibita fideli patientia ɔuer tit eas in vsum bonū veluti si quisquā bonum hoiem putādo qui mal⁹ ē ali= quid ab eo patiatr mali. Qui vero ma lum hoiem ita bonum credit vt nichil ab eo patiatr mali: nullo modo fallitur nec i eū cadit illa ꝓpheticadetestatio Ue his q̄ dicūt ꝙ malum est bonū. De ipsis eñ reb⁹ quib⁹ homies mali sunt non de hominib⁹ dictū intelligēdū est Unde qui adulteriū dicit bonū. recte arguitr illa voce prophetica. Qui vero ip̄m hominē dicit bonū: quē putat ca stū et nescit adulterum: nō in doctrina rerum bonarum ⁊ malarum: sꝫ i occul tis humanoꝝ fallitur moꝝ: vocans ho minē bonū: i quo putat eē quod eē no uit bonū. et dicēs malū adulteriū et bonū castū. sed hunc bonum dicēs ne= sciendo adulterum eē: illū malū nesciē do castū. B Porro si p errores euadit quisqꝫ perniciē: sicut superi⁹ di xi nobis in itinere contigisse: etiaꝫ ali= quid boni homini errore confertur. Sed cum dico i quibusdā reb⁹ nullo malo aliquē: vl' nō nullo etiā bono fa li: nō ip̄m errorē dico nullū malū vel nonnullū bonū: sed malū quo non veni tur vel bonū quo venitur errando id ē ex ipso errore quid nō inueniat vl' q̄d proueniat. Nam ipse per seipsū error aut magnū i re magna aut paruum i re parua: tamē semp est malū. Quis eñ nisi errans malū neget approbare falsa pro veris: aut improbare vera p falsis: aut habeꝛ incerta pro certis: vl' certa pro icertis? Sed aliud est bonū hominem putare qui malus est: quod est erroris: ⁊ aliud est ex hoc malo aliđ malū non pati: si nichil noceat hō ma= lus qui est putat⁹ bonus. Itē aliud est ipsam viam putare que nō est ipsa et aliud ē aliud est ex hoc erroris ma lo aliquid boni consequi: velut ē ab in sidiis malorum hoim liberari.

¶ An peccata dicēda sit cū quis đ ma lo homi c bñ sentit: vel verisimilib⁹ fal litur. C

Capitulum decimumnonum.

Nescio sane. Utrū etiā eiu modi error sit: cum homo de malo hoie bñ sentit: q̄lis sit nesciēs: aut p eis q̄ p sēs⁹ cor poris capimus occurrūt similia / que spiritu tanq̄ corpore: aut corpore tanq̄ spiritu sentiuntr. quale putabat aposto lus Petrus qñ existimabat se visū vi dere: repente de claustris ⁊ vinculis p angelum liberatus: aut i ipsis rebus corporeis leue putatr eē quod asperū est. aut bene olere quod putridum est aut tonare cum reda trāsit: aut illū esse hominē cum ali⁹ sit quādo duo si bi simillimi sunt quod i geminis sepe contigit. vnde ait ille. Gratusqꝫ paren tibus error: ⁊ cetera talia etiaꝫ pecca ta dicenda sint. Hec q̄stio nodosissima / que homines acutissimos achademi= cos torsit: nūc mihi enodāda suscepta ē vtrum aliquid debeat sapiēs appro bare ne incidat in errorem si pro veris approbauerit falsa. cuꝫ omnia sicut af firmant: vel occulta sint vel incerta. D Unde tria confeci volumi= na in initio conuersionis mee: ne impe dimento nobis essēt que tanq̄ i ostio contradicebant. Et vtiqꝫ fuerat remo uenda inueniende desperatio veritatꝭ q̄ illoꝝ videtr argumētationib⁹ robo= rari. Apud illos ergo error omnis pu tatur eē peccatum: quod vitari nō pos se contendunt: nisi omnis suspēdatur assensio. Errare quippe dicunt euꝫ q̄i quis assentitur incertis nihilqꝫ certuꝫ esse in hominum visu propter indis= cretā similitudinem falsi etiā si quod videtur forte sit veꝝ: acutissimis qui= dem sed impudentissimis conflictatio nibus disputant. Apud nos autē iu stus ex fide viuit. At si tollatur assen= sio et fides tollitur. quia sine assensio ne nichil creditr. Et sunt vera q̄uis nō videātur: que nisi credantur ad vitā beatam: que nō nisi eterna est: non po test perueniri. Cum istis po vtrum lo qui debeamus ignoro: qui nō victuros in eternum: sed in p̄ntia se viuere nesci unt. immo nescire se dicunt ꝙ nescire nō possunt. Neqꝫ eni quisq̄ sinitr nesci

re se viuere: q̄n̄quidē si nō viuit nō potest aliquid nescire: qm̄ non solū scire: verūetiā nescire nō nisi viuētis ē. Sed videlicet nō assentiēdo q̄ viuāt: caue re sibi videt̄ errorē: cū etiam errādo cōuincant̄ viuere: quoniā nō potest q̄ nō viuit errare. Sicut ergo nos viuere nō solum verū: sed etiā certum est ita vera et certa sūt multa: quib⁹ nō assētiri absit vt sapientia poti⁹ q̄ dmētia nominanda sit.

Quibus in rebus errantes nō peccamus: q̄uis ad huius vite miserias error pertineat. E

Capitulum vigesimum.

In quibusdam aūt rebus nihil interest ad capessendum dei r̄gnū: vtrū credātur an nō vel vtr̄ vera siue sit siue putēt̄ an f̄la. In his errare. i. aliđ pro alio putare non arbitrandum est esse peccatum aut si est minimum esse atq̄ leuissimum. Postremo qualecunq̄ illđ et quantumcunq̄ sit ad illam viam n̄ pertinet qua imus ad deum Que via fides est christi. q̄ per dilectionem operatur. Neq̄ enī ab hac via deuiabat i geminis filiis gratus ille parentib⁹ error. āt ab hac via deuiabat apostol⁹ petr⁹: q̄n se existimās visum vider̄ aliud pro alio sic putabat vt a corporū imaginib⁹ in q̄b⁹ se esse arbitrabatur: v̄ba i q̄b⁹ erat corpa nō dinosceret: nisi cū ab illo angel⁹ p quē fuit liberat⁹ abscessit aut ab hac via deuiabat. Jacob patriarcha: q̄n viuētē filiū a bestia credebat occisum. In his atq̄ hm̄oi falsitatibus salua fide q̄ in deū nob̄ ē fallimur. et via nō relicta q̄ ad illū nos ducit erramus. Qui errores etiā si peccata nō sunt: tm̄ in malis huius vite đ putandi sunt. q̄ ita subiecta est vanitati: vt approbentur hic falsa p̄ veris respuantur vera pro falsis teneāt̄ incerta pro certis. Q̄uāuis enim hec absit fide absit: p quā ad verā certāq̄ atq̄ eternam beatitudinem tendim⁹: abeat tm̄ miseria nō absunt in qua adhuc sum⁹. Nullo modo quippe falleremur i aliquo vel animi vel corporis sensu: si iam vera illa atq̄ perfecta felicitate frueremur.

Quomodo sit peccatum oē mēdacium: vel qualiter etiam illi licet veniliter peccent: qui nō nisi pro salute hominum mentiuntur. F Ca. xxi.

Porro aūt omne mendacium ideo dicendū est eē peccatū quia homo non solum quādo scit ipe q̄d ver̄ sit: sed etiā si q̄n errat ⁊ fallit̄ sic hō: hoc dz loq̄ q̄đ aio gerit: siue illđ verū sit siue putet̄: ⁊ nō sit. Omnis aūt q̄ mētit̄ p̄tra id qđ animo sentit loquit̄ volūtate fallēdi. Et vtiq̄ v̄ba propterea sūt instituta: nō p que seinuicē hoīes fallāt: sed per que in alterius quisq̄ noticiam cogitationes suas perferat verbis igit̄ vti ad fallaciā: nō ad quod instituta sunt peccatū est. Nec ideo vllū mendacium putādū est nō esse peccatū: q̄ possum⁹ aliquādo alicui p̄desse mentiendo. Possumus enim ⁊ furādo aliq̄n alicui prodesse: si pauper cui palā datur sētit commodū: ⁊ diues ⁊ cui clam tollit̄ non sētit incōmodū. Nec ideo tale furtum quisq̄ dixerit non eē pctm̄. G Possum⁹ ⁊ adulterādo prodesse si aliqua nisi ad hoc ei cōsentiatur appareat amādo moritura ⁊ si vixerit penitēdo purgāda nec ideo peccatum tale negabitur adulterium. Si aūt merito nobis placet castitas: quid queso offendit veritas: vt p̄pter alienam vtilitatē illa nō violetur adulterādo: et violet̄ ista mētiēdo. Nō ideo mēdaciū poterit aliquando laudari. q̄ nōnūq̄ pro salute quorundā mētimur. Peccatū ergo est: sed veniale: qđ beniuolētia excusat: ⁊ ideo fallacia damnat Plurimū quippe ad bonū p̄fecisse hoīes q̄ nō nisi p̄ salute hoīs mētiūtur: nō ē negandū: sed in eorum talia profectu merito laudat̄ vel etiā tēporalit̄ remunerat̄ beniuolentia n̄ fallacia. q̄ vt agnoscat̄ satis est nō vt etiā p̄dicet̄ maxime i heredibus testamenti noui: quib⁹ dicit̄. Sit in ore vestro ē est: nō nō. Qđ enī amplius est a malo est. Propter qđ malū q̄ subrepere in

hac mortalitate non desinit. etiam illi coheredes christi dicunt. Dimitte nobis debita nostra.

Que sūt cause bonarū rerū: et q̄ malarum M Capitulum. xxii.


His itaq̄ pro huius breuitatis necessitate tractatis: quoniā cause cognoscēde sūt rerum bonarū et malarū quātū vie satis ē q̄ nos pducat ad regnū vbi erit vita sine morte: sine errore veritas sine perturbatiōe felicitas neq̄q̄ dubitare debem⁹ rerū que ad nos ptinent bonarū causam non esse: nisi bonitatem dei: malarū vero ab immutabili bono deficientē boni mutabilis voluntatem: prius angeli: hominis postea.

Q̄ sit creature rationabilis primū malū vel que mala hoc secuta sūt. I Capitulum. xxiii.

Hoc primū ē creature rationabilis malum. i. prima priuatio boni deinde etiam iā nolētib⁹ subitrauit ignorātia rerū agendarū: et concupiscentia noxiarum: q̄b⁹ comites subinferūtur error et dolor: q̄ duo mala quando imminētia sentiuntur: ea fugitātis animi motus vocatur met⁹. Porro animus cū adipiscitur cōcupita: q̄uis pniciosa et inania: qm̄ id errore nō sentit/ vel delectatione morbida vincitur/ vana etiā leticia ventilat. Ex his morborū nō vbertatis sed indigentie tanq̄ fontib⁹: ois miseria nature rationalis emanat.

Quā i suis malis rōnalis natura beatitudinis appetitū non amiserit et q̄ homo habeat penā propriam corporis mortem. K Ca. xxiiii.

Que tn̄ natura in malis suis nō potuit amittere beatitudinis appetitū. Uerū hec cōmunia mala sūt et hoīs et āgelorū pro sua malicia dn̄i iusticia dānatorum. Sed hō hz et penā propriā: qua etiam corporis morte punit⁹ ē. Mortis. q̄ppe suppliciū dn̄s ei cōminat⁹ fuerat si peccaret: sic eū munerās libero arbitrio vt tn̄ regeret ipio: terreret exitio: atq̄ i paradisi felicitate tanq̄ in vmbra vite vn̄ iusticia custodita i meliora conscenderet collocauit.

Q̄ peccatū adam originaliter i posteros transierit. L Ca. xxv.

Hinc post peccatū exul effect⁹ stirpem quoq̄ suā: quā peccādo i se tāq̄ in radice viciauerat: pena mortis et dānationis obstrinxit: vt quicquid prolis ex illo et simul damnata per quam peccauerat cōiuge: per carnalem concupiscētiam in qua inobedientie pene similis retributa est nasceretur: traheret originale peccatū: quo traheret p errores doloresq̄ diuersos ad illud extremū cū desertoribus angelis viciatoribus et possessorib⁹ et cōsortib⁹ suis sine fine supplicitū. Sic per vnum hominē peccatū intrauit in mundum: et per peccatū mors: et ita in omnes homīes pertransiuit: i quo oēs peccauerunt. Mūdum q̄ppe appellauit eo loco apostol⁹ vniuersum genus humanum.

Qualiter humani generis massa extra dei iacebat in malis: luens cū desertoribus angelis iustissimas penas manēte in eis bonitate creatoris.

M Capitulum. xxvi.


Ita ergo res se habebat Jacebat i malis: vel etiā voluebat. et de malis in mala precipitabat toti⁹ humani generis massa dānata: et adiūcta pti eorū q̄ peccauerāt āgelorū: luebat ipie desertiōis dignissimas penas. Ad irā q̄ppe dei ptinet iustā q̄cq̄d ceca et idomita cōcupiscētia faciūt libēter mali: et quicquid manifestis apertisq̄ penis patiūt inuiti. nō sane creatoris desistēte bonitate et malis angelis subministrare vitā viuacemq̄ potētiam. q̄ subministratio si auferatur interibūt et hoīs q̄uis de propagine viciata dānataq̄ nascētiū formare semina et animare et ordinare membra: per temporū etates: p locorū spacia vegetare sensus alimēta donare. Melius eni iudicauit de malis benefacere q̄ mala nulla esse pmittere. Et siquidem i melius hominum


reformationē nullam prorsus est voluisset: sicut impiorum nulla est āgelorū: nōne merito fieret vt natura q̄ deū deseruit. que p̄ceptū sui creatoris q̄d custodire facillie posset: sua male vtēs potestate calcauit atq; transgressa est que sui in se creatoris imaginē ab ei⁹ lumine contumaciter auersa violauit. que salubrem seruitutem ab ei⁹ legibus male libero abrupit arbitrio/ vniuersa ineternum deseretur ab eo et p suo merito penā penderet sēpiternā? Plane ita faceret si tm̄ iustus nō etiā misericors esset suamq; indebitā misericordiam multo euidenti⁹ in idignorum potius liberatione monstraret.

¶ q quibusdam angelis cadentib⁹ p superbiam residui certissimā ppetue beatitudinis stabilitatem acceperūt. Capitulum. xxvii.



Angelis igit aliquib⁹ impia supbia deserentibus deū: et i huius aerisimā caliginē de superna celesti habitatiōe deiectis residu⁹ numer⁹ angelorū in eterna cum deo beatitudie et sāctitate pmāsit. Neq; ei ex vno āgelo elapso atq; damnato ceteri ppagati sūt: vt eos sicut homines originale malū obnoxie successionis vīculis obligaret: atq; vniuersos traheret ad debitos penas: sed eo qui dyabolus fact⁹ est: cū sociis īpietatis elato: ⁊ ipsa cū eis exlatione pstrata ceteri pia obedientia dn̄o coheserūt: accipientes etiā quod illi nō habuerūt: certā scientiā qua essent de sua sempiterna ⁊ nūq̄ casura stabilitate securi.

¶ q numer⁹ bonorū angelorum quidi minutus est post ruinā malorū ex hominibus suppleatur: ⁊ q hic numer⁹. deo sit notus. Ca. xxviii.



Placuit itaq; vniuersitatis creatori atq; moderatori deo: vt qm̄ nō tota multitudo angelorū deū deserendo perierat: ea q̄ pierat in ppetua pditiōe remaneret: q̄ aūt cū deo illa deserēte pstiterat de sua certissime cognita sēp futura felicitate secura gauderet. Alia vero creatura rōalisq̄ in hoīb⁹ erat qm̄ peccatis atq; suppliciis ⁊ originalib⁹ ⁊ pprijs tota perierat. ex ei⁹ parte reparata: quod angelice societati ruia illa dyabolica minuerat suppleret. Hoc eīm promissum ē resurgentib⁹ sanctis q erūt equales angelis dei. Itaq; superna illa hierusalē mater nostra ciuitas dei nulla ciuiū suorū numerositate fraudat: sz vberiore etiam copia forsā regnabit. Neq; enim numerum aut sanctorū hominū aut imundorū demonū nouim⁹ in quorū locū succedentes filii sancte matris ecclesie q̄ sterilis apparebat in terris in ea pace de qua illi ceciderāt sine vllo tēporis termino permanebūt. Sed illorū ciuiū numer⁹: siue qui est siue qui futurus est: in contemplatione est eius artificis: qui vocat ea que nō sunt tāq̄ ea que sūt: atq; in mēsura ⁊ numero ⁊ pōdere cuncta disponit.

¶ q non proprijs meritis: nec per liberū arbitriū: sed per filiū dei liberari possit gen⁹ humanū. Ca. xxix.

Erū hec pars gn̄is humani cui liberationem de⁹ regnūq; pmisit eternū: nūq̄d meritis operum suorū reparari pōt? absit. Quid enim boni operari pōt perditus nisi q̄tum fuerit a perditione liberatus? Nūq̄d libero voluntatis arbitrio? Et hoc absit. Naz libero arbitrio male vtens homo et se pdidit et ipsū. Sicut eīm qui se occidit: vtiq; viuendo se occidit: sed se occidēdo non viuit: nec seipm̄ poterit resuscitare cum occiderit. ita cū libero peccaret arbitrio: victore pctō amissū ē ⁊ liberū arbitriū. A quo eīm q̄s deuict⁹ est: huic ⁊ seruus addict⁹ est: Petri certe apli est ista sententia. Que cū vera sit: qualis queso potest serui addicti e libertas: nisi qn̄ eū peccare delectat. Liberaliter eīm seruit qui sui dn̄i volūtatē libēt facit. Ac p hoc ad peccādū liber ē qui peccati seruus ē. Unde ad iuste faciendū liber nō erit: nisi a peccato liberat⁹ esse iusticie ceperit

seruꝰ. Ipsa est vera libertas propter recti facti leticiã. simul et pia seruituꝰ precipiti obediẽtiã. Sed ista libertas ad benefaciẽdũ: vnde erit homini addicto ꝛ vendito: nisi redimat ille. cuiꝰ illa vox est. Si vos filius liberauerit tũc vere liberi eritis. Qḋ antequã fieri in hoĩe incipiat: quõ quisquã de libero arbitrio ĩ bono gloriabit opere qui nondum liber est ad operãdũ bene: nisi se vana superbia inflatꝰ extollat: quã cohibz apl's dicẽs. Gr̃a salui facti estis per fidem.

¶ Ꝙ etiam fidẽ a qua bona opera ĩ cipiunt gr̃a tribuat. Q. Ca.xxx.



Et ne ipsã sibi saltẽ fidẽ sic arrogarẽt: vt ñ ĩtelligerẽ diuinitꝰ eẽ donatã sicut idẽ apl's alio loco se dt vt fidelꝫ esset misericordiã ꝯsecutũ: hic ꝗ̃ꝙ adiũxit atqꝫ ait. Et hoc ñ ex nobꝫ sꝫ dei donũ ẽ: ñ ex opibꝰ: ne forte qs tollat. Et ne putarẽt fidelibꝰ bõa dfutura opa rursꝰ adiecit: Ipsi ei sumus figmẽtũ creati ĩ christo iesu in operibꝰ bonis q̃ ꝓparauit deꝰ: vt ĩ illis ãbulemus. Tũc ergo efficimur veri liberi: cũ deus ñ figit .i. format ꝛ creat: nõ vt homines: qḋ iaꝫ fecit: sed vt boni homies simꝰ. qḋ nũc gratia sua facit vt simus ĩ cristo iesu noua creatura: secundum quod dictum ẽ. Cor mundu ꝫ cres in me. deus: Neqꝫ c ĩ cor eiꝰ quantũ ꝑtinet ad naturam cordis hũani: nõ iam creauerat deus.

¶ Ꝙ deꝰ opat in nobis ꝛ velle et ꝑficere: sicut apostolus multiplr̃ ꝑdicat ꝛ oĩs: diuia scriptuta testatur.

R Capitulum.xxxi.

Itẽ ne ꝗ̃squã ꝛ si non de opibus. de ipso glorieẽ libero arbitrio voluntatis: tanquã ab ĩpo incipiat meritũ: cui tãquã debitum reddatur premium bñ operandi: ipa libertas audiat eũdẽ gr̃e ꝑconẽ dicẽtẽ. Deus est enĩ qui operat in nobis ꝛ velle et operari pro bona voluntate. Et alio loco. Igitur nõ volentis neqꝫ currentis. sed miserentis ẽ dei dum proculdubio si homo eius etatꝫ est: vt ratione iam vtatur: nõ possit credere: sperare: diligere nisi velit: nec peruenire ad palmã superne vocationis nisi voluntate cucurrit. quomodo ergo non volẽtis neqꝫ currentis: sed miserentis: dei nisi quia ꝛ ipsa volũtas: sicut scriptũ est: a deo ꝑparat? Alioqui si propt'a dictum ẽ: non volentis neqꝫ currentis: sed miserẽtis ẽ dei: quia ex vtroqꝫ: fit id est ꝛ volũtate hominis ꝛ mĩa dei: vt sic dictũ accipiamus: non volẽtis neqꝫ currẽtis sꝫ miserẽtis est dei: tanꝗ̃ diceret. non sufficit sola volũtas hoĩs: si nõ sit etiam misericordia dei: nõ ergo sufficit sola misericordia dei si nõ sit etiã voluntas homis: ac ꝑ hoc: si recte dictũ est: nõ volentis hominis: sed miserentis est dei: quia id voluntas hominis sola nõ implet. cur nõ econtrario recte dicitur. non miserentis est dei sed volentis est hominis quia id misericordia dei sola non implet. S.

Porro si nullus christianus dicet audebit: non miserentis est dei: sed volẽtis est hominis/ne apostolo aptissime contradicat/restat vt propterea recte dictũ ĩtelligat. nõ volẽtis neqꝫ currentis sed miserentis est dei. vt totum deo detur qui hominis voluntateꝫ bonaꝫ ꝛ preparat adiuuandam: ꝛ adiuuat praparatam. Precedit eniꝫ bona volũtas hominis multa dei dona: sed non omnia. Que autem non precedit ipsa/in eis est et ipsa. Nam vtrũqꝫ legitur in sãctis eloquiis: et: misericordia eius ꝑueniet me. ꝛ misericordia eius subsequitur me. Nolentem ꝑuenit vt velit: volentem subsequit ne frustra velit. Cur eniꝫ admonemur orar pro inimicis nostris vtiqꝫ nolẽtibꝰ pie viuere: nisi deus operet in illis et velle. Cur itemqꝫ admonemur petere vt accipiamus/nisi vt ab illo fiat quod volumus/a quo factũ e st vt velimus Oramꝰ ergo pro inimicis nostris vt misericordia dei ꝑueniat eos/sicut ꝑuenit et nos oramus autem pro nobꝫ vt misericordia eiꝰ subsequatur nos.

¶ Quod in ista dãnatione sub ira dei tenebatur genus humanũ donec veniret mediator qui nos ab hac ira liberaret. ¶ Ca. xxxii.

Tenebatur itaq iusta dãnatiõe genus humanũ: et oẽs erãt ire filii: de qua ira scriptũ ẽ. Qm̃ oẽs dies nr̃i defecerũt et in ira tua defecim⁹. Anni nostri sicut aranea meditabuntur De q̃ ira dicit etiam Job. Homo eñi natus ex muliere breuis vite et plen⁹ ire. De q̃ ira dicit etiã dñs ies⁹. Qui credit in filio habz vitã etrnã q aũt nõ credit nõ hz vitã eternã: sz ira dei manet super eum. Cum hac quippe omnis homo nascitur. Propter quod dicit apostolus. Fuim⁹ enim et nos natura filii ire sicut et ceteri. In hac ira cuz essẽt homines per originale peccatũ: et tãto grauius et perniciosius: quanto maiora vel plura insup addiderũt: necessarius erat mediator hoc est reconsiliator: qui hanc iram sacrificii singularis (cuius erãt vmbre oĩa sacrificia legis et prophetarũ) oblatiõe placaret. Unde dicit apostol⁹. Si enim cũ inimici essemus: recõciliati sumus deo per mortẽ filii eius. multo magis recõciliati nũc in sanguine ei⁹ salui erimus ab ira p ipsum. Cum autem deus irasci dicit non eius significatur perturbatio qualis est in animo irascentis hominis sz ex humanis motibus traslato vocabulo: vindicta eius que non nisi iusta est ire nomẽ accepit. Quod ergo p mediatorem reconciliamur deo et accipim⁹ spiritũ sãctũ: vt ex inimicis efficiamur filii quotquot eñi spiritu dei aguntur hi filii sũt dei. hec est gratia dei p iesũ xp̃z dominum nostrum.

¶ De admirabili sacramẽto mediatoris. ¶ Ca. xxxiii.

De quo mediatore longumẽ vt dicta dignum est tãta dicãtur. Quis ab homine dici digne non possunt. Quis eñ hoc solũ congruentibus explicet verbis q verbum caro factum ẽ et habitauit in nobis: vt crederem⁹ in dei patris omnipotentis vnicum filium natum spiritusancto ex maria virgine. Ita quippe verbum caro factum est a diuinitate carne suscepta non ĩ carnem diuinitate mutata. Carnẽ porro hic hominem debemus accipere a pte totum significãte locutione sicut dictum est. Quoniaz ex operibus legis non iustificabitur omnis caro id est omnis homo. Nam nichil nature humane in illa susceptione fas est dicere defuisse: sez nature ab omni peccati nexu omnimodo liberẽ: nõ qualis de vtroq3 sexu nascitur per cõcupiscentiaz carnis cum obligatione delicti: cuius reatus per regenerationez diluit sed qualez de virgine nasci oportebat: quez fides matris: nõ libido conceperat. Quod si vel per nascentem corrumperetur ei⁹ integritas: non iaz ille de virgine nasceretur: eumq3 falso: quod absit: de virgine maria natum: tota cõfitetur ecclesia que imitãs eius matrem quotidie parit membra ei⁹ et virgo est. Lege si placet de virginitate sancte marie meas litteras ad illustrem virum: quem cum honore ac dilectione nomino volusianum.

¶ De duabus naturis in vna filii dei persona consistentibus. ¶ Capitulum. xxxiiii.



Proinde christ⁹ ies⁹ dei filius est et deus et hõ est De⁹ ante omnia scl'a homo in nostro seculo. De⁹ qz dei verbũ: de⁹ eñ erat vbũ: hõ aũt qz ĩ vnitate psõe accessit vbo aĩa rõalis et caro. Quo circa iq̃ʒtũ de⁹ ẽ: ip̃e et pater vnũ sũt iq̃ʒtũ autez homo est. pater maior est illo. Cũ enim esset vnicus dei filius non gratia sed natura: vt esset plenus etiã gr̃a fact⁹ ẽ et hoĩs fili⁹ ideq3 ip̃e vtrũq3 ex vtroq3 vn⁹ xp̃s qz cũ ĩ forma dei esset: non rapiam arbitrat⁹ est / quod natura erat. i. esse se equalem deo. Exinaniuit autez se formã serui accipiẽs nõ amittens vel minuens formam dei Ac per hoc et minor est fact⁹ et mãsit equalis vtrũq3 vnus / sicut dcm̃ ẽ. Sed

aliud ppter v̄bū: aliud ppter hoiem Propt̄ em̄ verbū equalis patri. ppt̄ hoiem minor. Un⁹ dei filius: idemq̄ hois filius. vn⁹ hois filius: idēq̄ dei filius. nō duo filij dei de⁹ ⁊ hō sed vn⁹ dei filius: deus sine initio: hō a certo initio: dn̄s noster iesus christus.

¶ Qd̄ euidēs iudiciū sit abundātis gr̄e dei q̄ in hoie xp̄o hūana natura i vnitatem persone assumi promeruit.

y Capitulum.xxxv.

Hic oino grāditer et euidēter dei gratia cōmēdatur. Quid ei natura hūana in hoie xp̄o meruit: vt i vnitate psone vnici filij dei singularit̄ esset assūpta. Que bona volūtas/ cui⁹ boni ppositi studiū: q̄ bona opa p̄cessere qb⁹ mereret̄ iste hō: vt vna fieret psōa cū deo? Nunqd ātea fuit hō: ⁊ hoc ei singulare bn̄ficiū p̄stitū ē: vt singulariter pmereretur deuz? Nēpe ex quo hō esse cepit: nō aliud cepit esse q̄ filius dei: ⁊ hoc vnic⁹. ⁊ ppter deuz verbū: qd̄ illo suscepto: caro factū est: vtiq̄ de⁹: vt queadmodū ē vna psona q̄libet hō/ aīa. s. rōnalis ⁊ caro: ita sit xp̄s vna psona verbū ⁊ hō. Vn̄ nature hūane tāta gloria nullis precedentibus meritis sine dubitatiōe gratuita: nisi q̄ magna hic ⁊ sola dei gratia fideliter ⁊ sobrie considerantibus euidenter ostdit̄: vt intelligāt hoies per eandē gratiā se iustificari a pctis: per quā factū est vt hō xp̄s nullū habere posset pctm̄? Sic ⁊ ei⁹ matrē āgelus salutauit: qn̄ ei futurū ānūciauit hūc partū. Aue inquit gr̄a plena. Et paulo post. Inuenisti (ait) gratiam apud deū. Et hec quidē gratia plena/ ⁊ inuenisse gratiā apud deū dicit̄: vt dn̄i sui: imo oīm dn̄i mr̄ esset. De ipso aūt xp̄o iohannes cū diceret. ⁊ v̄bū caro factū est: ⁊ hitauit i nobis. ⁊ vidim⁹ inqt gloriā eius. gloriā quasi vnigeniti a p̄re. plenum gr̄e et veritatis. Qd̄ ait. verbum caro factū est. hoc est plenū gr̄e. q̄ ait. gloriam vnigenitti a patre. hoc est plenū v̄itatis. Ueritas qppe ipsa vnigenitus dei filius. non gratia sed natura. Gratia suscepit homi nem tāta vnitate persone. vt idē ipse etiam esset hominis filius.

¶ Qd̄ gr̄a demōstrat̄ etiā in hoc q̄ de spiritusancto natus dicitur. Z

Capitulum. xxxvi.



Idem nāq̄ iesus xp̄s fili⁹ dei vnigenit⁹ id ē vnicus dn̄s noster. nat⁹ est de spiritusctō ex maria virgine Et vtiq̄ spūsctūs dei donū ē qd̄ quidē ⁊ ipm̄ ē equale donāti. Et ideo de⁹ ē etiā spūsctūs p̄re filioq̄ non minor. Ex hoc ergo qd̄ de spūsancto est s̄m hoiem natiuitas xp̄i qd̄ aliud q̄ ipsa gratia demōstratur. Cū em̄ virgo quesiuisset ab angelo quomodo fieret quod ei nunciabat. qn̄ quidem illa virū non cognouisset. respondit angel⁹. Spiritussanctus supueniet in te ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq̄ et qd̄ nascet̄ ex te sanctuz vocabitur fili⁹ dei. Et ioseph cū vellet eā dimittere. suspicās adulteram: quā sciebat non de se grauidam: tale responsum ab angelo accepit. Noli timere accipere mariā cōiugem tuam. qd̄ enim in ea natum est de spiritusancto est. id est quod tu esse de alio viro suspicaris de spiritu sancto est.

¶ Qd̄ q̄uis nō sit cōsequēs patrē hominis xp̄i dici spiritūsanctū. modus tamē ipse quo de illo ⁊ maria virgine natus est sit inexplicabilis. A

Capitulum. xxxvii.

Nunquid tn̄ ideo dicturi sumus patrem hominis xp̄i esse spm̄sanctū. vt deus pater verbum genuerit. spiritussanctus hoiem. ex qua vtraq̄ substātia xp̄s vn⁹ esset. ⁊ dei p̄ris fili⁹ s̄m v̄bū. ⁊ spūscti fili⁹ s̄m hoiem. q̄ quasi eū spūsanct⁹ tanq̄ p̄r eius de matre virgine genuisset? Quis hoc dicere audebit? Nec opus est ostendere disputando q̄ta alia sequant̄ absurda: cū hoc ipm̄ iam ita sit absurdū vt nulle fideles aures id valeant sustinere. Proinde sicut confitemur. dominus noster Jesus christus qui de deo de-

us/hō autem natus est de spū sancto ⁊ maria virgine vtraqꝫ substantia diuina.s.atqꝫ hūana fili⁹ ē vnic⁹ dei patris oipotētis/de quo procedit spūssanctus. Quō ergo dicim⁹ xp̄m natū de spūsancto/si non eū genuit spūssanctus. An qꝛ fecit eū: qm̄ dn̄s noster iesus christus inqꝫtum deus est omnia per ipsum facta sunt. inqꝫtum aūt hō est et ipse factus est/sicut aplus dicit Factus est ei ex semie dauid sm̄ carnē. Sed cū illā creaturā quā virgo cōcepit ⁊ peperit/q̄uis ad solā personā filij pertinētē tota trinitas fecerit neqꝫ em̄ separabilia sunt opera trinitatis: cur in ea facienda sol⁹ spūssanct⁹ noiat⁹ est. An ⁊ qn̄ vn⁹ triū i aliquo opere noiat̄/vniuersa opari trinitas intelligit̄. Ita vero est ⁊ exēplis doceri pōt. Sed non est in hoc diutius imorandū. Illud em̄ mouet quō dictū sit natus de spūsancto/cū filius nullo mō sit spūssancti. Neqꝫ eni qꝛ mundū istū fecit de⁹ dici cū fas ē dei filiū: aut eum natū de deo/sed factū vel creatū vel cōditū vel institutū ab illo vel si qd hmōi/recte possum⁹ dicere. Nunc ergo cū confiteamur natū de spiritu sancto ⁊ maria virgine/quō non sit filius spūssancti/ et sit filius virginis marie/cū ⁊ de illo ⁊ illa sit nat⁹ explicare difficile ē. Proculdubio quippe non sic de illo vt̄ de patre/sic autē de illa vt de matre natus est.

¶ Exēpla quibus ostenditur non semꝑ dici filiū quicquid de re aliqua nascitur. Et aliquid dici filium rei de qua nō nascitur. B Capitulum. xxxviij.



On igitur concedendū est quicqd de aliqua re nascitur ꝯtinuo eiusdē rei filiuꝫ nūcupandū. Vt em̄ omittā alia/alit̄ de hoie nasci filiū alr̄ capillū/pediculū: lūbricū/quorū nihil est fili⁹. Vt ergo hec omittaꝫ qm̄ tāte rei deformiter cōparātur certe q̄ nascūtur ex aqua ⁊ spūsancto/ nō aque filios eos rite dixerit quispiam sed plane dicūt̄ filij dei p̄ris ⁊ matris eccl̄ie. Sic ergo de spūsancto natus est fili⁹ dei p̄ris/non spūssancti. Nā et illud quod de capillo ⁊ de ceteris diximus/ad hoc tm̄ valet vt admoneamur non oē qd de aliquo nascit̄ etiaꝫ filiū eius de quo nascit̄ posse dici. Sicut nō oēs qui dicunt̄ alicui⁹ filii cōsequēs ē vt de illo etiā nati esse dicantur. sicut sunt qui adoptant̄. Dicunt̄ etiam filij gehenne/non ex illa nati sꝫ in illam preparati/sicut filij regni preparantur in regnum.

¶ Modus significans christum iesū de spūsancto natū/insinuat graꝫ qua eius hūanitas nullis ꝑcedentib⁹ meritis in ipsa conceptione deo copulata est. C Capitulum. xxxix.

CUm itaqꝫ de aliquo nascatur aliqd/et nō eomō vt sit fili⁹. nec rursus ois q̄ dicit̄ fili⁹/de illo sit nat⁹ / cuius dicitur filius/ꝑfecto modus iste quo natus est xp̄s de spūsancto/nō sicut filius/⁊ de maria virgine sicut filius insinuat nobis grām dei. qua hō nullis precedentib⁹ meritis in ipso exordio nature sue quo eē cepit ꝟbo dei copularet̄ in tantā persone vnitatē vt idē ipse esset fili⁹ dei qui filius hois ⁊ filius hois q̄ filius dei. ac sic i nature humane susceptione fieret quodāmodo ipsa gratia illi homini naturalis que nullum peccatū posset admittere. Que gratia ꝓpterea per spiritū sanctū fuerat significanda/qꝛ ipse proprie sic est deus vt dicatur etiam dei donū. Vnde sufficienter loqui per longum est. Si tamen id fieri potest valde prolixe disputionis est.

¶ Quō xp̄s nec originale/nec ꝓpriū habens peccatū factus sit pro nobis ipse peccatum. D Capi. xl.



Ulla igit̄ voluptate carnalis cōcupiscētie seminat⁹ siue ꝯcept⁹/⁊ iō nullum pctm̄ originalr̄ trahens/dei quoqꝫ grā verbo p̄ris vnigenito nō gratia filio/sed natura in vnitate persone modo mirabili ⁊ ieffabili adiunct⁹ atqꝫ concret⁹/et iō nullum peccatum et ipse comittens

tamē propter similitudinē carnis pec
cati in qua venerat/ dict⁹ est ⁊ ipse pec
catū sacrificandus ad diluenda pctā
In veteri q̄ppe lege peccata vocabā
tur sacrificia p̱ peccatis. Q̄d hic iste
factus est/ cuius erāt vmbre illa. hic
apostolus cum dixisset. Obsecramus
pro christo reconciliari deo continuo
subiūxit atq̄ȝ ait. Eū qui nō nouerat
peccatum pro nobis peccatum fecit:
vt nos simus iusticia dei in ipō. Non
ait vt in quibusdam mendosis codi-
cibus legitur. is qui nō nouerat. pec
catū pro nobis pctm̄ fecit tanq̄ȝ p̱ no
bis xp̄s ipse peccauerit/ sed ait. Eū q̄
nō nouerat pctm̄. i. xp̄m p̱ nobis pec
catū fecit. Factus est ḡ deus q̄ recon
siliādi sumus pctm̄/ hoc ē sacrificiū p̱
pctis p̱ q̄d recōciliari valeremus. Ip
se ergo pctm̄ vt nos iusticia nec nr̄a ȝ
dei/ nec in nobis/ sed in ipō. sicut ipse
peccatū non suū/ sed nostrū. nec in se/
sed in nobis cōstitutum/ similitudine
carnis pcti in qua crucifixus ē demō
strauit/ vt quoniam peccatū est nō in
erat ita quodāmodo peccato morere
tur/ dū moritur carni/ i qua erat simi
litudo pcti/ vt cum secūdum vetusta
tem peccati nunq̄ȝ ipse vixisset nr̄am
ex morte veteri qua i peccato mortui
fueramus reuiuiscentē vitam nouam
sua resurrectione signaret.

¶ Q̄d mors ⁊ resurrectio xp̄i sacra-
mētū baptismi significet. E ca. xlj.

Ipsum est q̄d in nobis cele
bratur magnum baptisma
tis sacrm̄/ vt q̄cūq̄ȝ ad istā
ptinēt grām moriant̄ pctō
sicut ipse pctō mortu⁹ dicit̄
quia mortuus est carni: hoc est pcti i si
militudini. et viuant de lauacro rena
scēdo/ sicut ipse de sepulchro resurgē
do quālibet corporis etatem gerant

¶ Q̄d generaliter omni etati necessa
riū sit christi baptisma. F
Capitulum. xlij.

A Paruulo enim recens na
to vsq̄ȝ ad decrepitū senē
sicut nullus phibēdus est
a baptismo/ ita nullus est
qui non peccato moriatur i baptismo
Sed paruuli tantum originali maio
res autem etiam his omnibus moriū
tur peccatis quecunq̄ȝ male viuendo
addiderīt ad illd̄ q̄d nascēdo traxerīt.

¶ Quomō plerūq̄ȝ maiores singula
riter mori pctō dicuntur in baptismo
cū habeant ppria plura peccata ecō-
trario paruuli in remissionem pecca
torum dicātur baptisari. G
Capitulum. xliij.

SEd ideo etiam ipsi peccato
mori plerunq̄ȝ dicunt̄/ cum
proculdubio nō vni ȝ mul
tis peccatis omnibusq̄ȝ mo
riantur: quecunq̄ȝ propria
miserunt vel cogitatione vel locutio
ne vel opere. quia etiam per singula-
rem numerū pluralis numerus signi-
ficari solet. Sicut ait ille. Uterumq̄ȝ
armato milite cōplent/ q̄ȝuis hoc mul
tis militibus fecerint. Et in nostris
litteris legitur. Ora ergo ad domi-
nū vt auferat a nobis serpentem. Nō
ait serpentes quos patiebatur ppl's/
vt hoc diceret/ ⁊ innumerabilia talia
cum vero et illud originale vnum plu
rali numero significatur/ quando di-
ximus in peccatorum remissionem ba
ptisari paruulos / nec diximus in re-
missionem peccati/ illa est econtrario
locutio qua per pluralem locutionē
significatur numerus singularis. Si-
cut de herode mortuo in euāgelio di
ctum est. Mortui sunt enim qui que
rebant animam pueri. Non dictū est.
mortuus est. Et in Exodo. Fecerunt
inquid sibi deos aureos. cum vnum
vitulum fecerint tātum. de quo dixe
runt. Hij sunt dij tui israel qui eduxe
runt te de terra egipti. Et hic ponen
tes pluralem pro singulari.

¶ Quomodo in illo vno peccato q̄d
per vnum hominem intrauit in mun
dum inueniant̄ plura pctā. H
Capitulum. xliiij.

q Quāuis et in illō pctō vno
q̄d p̱ vnū hoiem itrauit in
mundū/ ⁊ in oēs homines

pertrāsijt: ppt quod etiā paruuli baptisantur: possint intelligi plura pctā si vnum ipm in sua quasi membra diuidatur singula. Nā et supbia est illic quia homo i sua potius esse q̄ in dei potestate dilexit. et sacrilegiū qr deo non credidit. Et homicidiū: qr semet ipm precipitauit i mortē. Et fornicatio spiritalis/ qr integritas mētis humane serpētina suasione corrupta est Et furtum qr cibus phibitus vsurpatus est. Et auaricia qr plus q̄ illi sufficere debuit appetiuit. et si quid aliud in hoc vno admisso diligenti consideratione inueniri potest.

¶ Qd non inaniter dicatur peccatis parentum filios obligari nisi gratia diuinaq; misericordia succurrat. I Capitulum. xlv.

Parentum quoq; peccatis paruulos obligari/ non solū primorū hoim: sed etiaz suorum de qbus ipsi nati sūt nō improbabilit dr. Illa qppe diuina sentētia: reddā pctā prm in filios tenet eos vtiq; anq̄ per regenerationē ad testamētū nouū icipiāt ptinere. Qd testamētū pphetabat cū diceret p ezechielē nō accepturos filios pctā prm suorum. nec vlterius futurā i israel parobolā illā. Pres māducauerunt vuam acerbam et dētes filiorum obstupuerūt. Ideo enī quisq; renascitur vt soluat in eo quicqd peccati est cū quo nascitur. Nā pctā que male agēdo postea cōmittunt: possunt et penitendo sanari: sicut et post baptismū fieri videmus. Ac p hoc nō ob aliud est instituta regeneratio: nisi qr viciosa est generatio: vsq; adeo vt etiaz de legitimo matrimonio pcreatus dicat In iniquitatibus cōceptus sum et in peccatis mater mea me i vtero aluit. Neq; hic dixit. In iniqtate vel peccato. cū et hoc recte dici posset/ sed iniqtates et pctā dicere maluit. Qr et i illo vno qd in oēs hoies ptrāsit atq; tā magnū est vt in eo mutaretur et conuerteretur in necessitatē mortis hūana natura reperiūtur sicut supra disserui: plura peccata et alia parentū: que et si nō ita possunt mutare naturā: reatu tn̄ obligāt filios/ nisi gratuita grā et misericordia diuina subueniat.

¶ Non esse temere diffiniendū virtū pctā parentū ab Adā vsq; ad patrem vniuscuiusq;: an in tertiam et quartā generationē: an alio aliquo modo imputentur. K Cp. xlvi.



Sed de peccatis aliorum parentū qbus ab ipso Adam vsq; ad patrē suū pgeneratoribus suis qsq; succedit nō immerito disceptari pt vtrū oim malis actibus et multiplicatis delictis originalibus qsq nascit implicet vt tanto peius q̄to posterius qsq; nascat/ an pptera deus i tertiā et quartā gnationē de pctis parentū eorum posteris cōminet. qr irā suā q̄tū ad pgeneratorum suorum culpas nō extendit vlterius moderatiōe miseratiōis sue. ne illi qbus regeneratōis grā nō cōfertur: nimia sarcina in ipsa sua eterna dānatione pmerent/ si cogerentur ab initio generis humani omniū precedentium parentū suorum originaliter pctā cōtrahere/ et penas pro eis debitas pendere. an aliud aliquid in re tāta de scripturis sanctis diligentius p scrutatis atq; tractatis/ valeat vel nō valeat reperiri/ temere non audeo affirmare.

¶ Nullū ab originali pctō posse saluari nisi p mediatorē dei et hoim iesū xpm. L Capitulum. xlvii.




Illud tamen vnū pctm̄ qd tā magnū i loco et habitu tāte felicitatis cōmissum est et i vno hoie originalr atq; vt ita dixeri/ radicabiliter totū genus humanū dānaret/ nō soluit ac diluit/ nisi p vnū mediatorē dei et hoim hoiem iesum xpm/ q solus potuit ita nasci vt ei opus non esset renasci. ¶ Neminē renasci in baptismate iohannis quod christus humilitatis causa sicut mortis dispēsationē suscipere voluit. M Capitulum. xlviii.


Non eniz renascebant͂ q̄ ba ptismate iohānis baptisa bāt͂ a q̄ ꝛ ipse baptisat⁹ ē:sꝫ q̄dā p̄cursorio illi⁹ ministerio:q̄ dicebat paterā viā huic vno i quo renasci poterāt pabātur Hui⁹ em̄ baptisma est nō i aqua tm̄ sicut fuit ioānis verūetiā i spūsctō vt de illo spūsctō regeneret͂ q̄sq̄s in xp̄ꝫ credit de q̄ xp̄s gn̄rat⁹ regn̄ratiōe nō eguit Vn̄ vox illa p̄ris q̄ sup baptisatū facta ē ego hodie gēui te:nō vnū illū tpis diē q̄ baptisat⁹ ē sꝫ imutabilis eꝑnitatis vt illū hoiem ad vnigeniti ꝑsonā ꝑtinere mōstraret Vbi em̄ dies nec hesterni fie ichoat͂ nec ītio crastini terminat͂ semꝑ hodiern⁹ est. In aqua ḡ voluit baptisari a ioāne nō vt ei⁹ iniq̄tas vlla dilueret͂ sꝫ vt magna cōmēdaret͂ humilitas Ita q̄ppe nihil i eo baptisma q̄d ablueret sicut mors nihil q̄d puniret īuenit vt dyabol⁹ veritate iusticie nō violētia ꝑtātis opp̄ssi⁹ et vict⁹ q̄m̄ ipꝫ sine vllo peccati merito īiquissime occiderat ꝑ ipsū iustissime amitteret q̄s pcti merito detinebat Vtrūq̄ꝫ igit͂ ab illo.i.ꝛ baptisma ꝛ mors certe dispensatiōis cā nō miserāda necessitate:sꝫ miserāte poti⁹ volūtate susceptū ē:vt vnus pctm̄ tolleret mundi sicut vnus pctm̄ misit in mūdū hoc ē in vniuersū gen⁹ humanum.


¶ Q̄d xp̄i gr̄a nō solū origīale pctm̄ sꝫ cūcta simul abstulit que addita inuenit. M Capitu.xlix.


Nisi q̄ille. Unus pctm̄ misit i mūdū.iste ꝟo vn⁹ nō solū vnū illd̄ sꝫ cūcta sil͂ abstulit q̄ addita īuēit Vn̄ dicit apl's Nō sicut ꝑ vnū peccātē ita ē ꝛ donū Nā iudiciū q̄dē ex vno in cōdēnationē:gr̄a aūt ex m̄ltis delictis in iustificationē Q̄ vtiq̄ꝫ illd̄ vnū q̄d origīalit͂ trahit͂ etiā si solū sit obnoxios dānatōi facit.gr̄a ꝟo ex m̄ltis delictis iustificat hoiēꝫ q̄ pret͂ illd̄ vnū q̄d cōiter cū oib⁹ originaliter traxit sua quoq̄ꝫ propria multa commisit.

¶ Oēm ex adā natum in dānatiōe detineri:ꝛ oēm in christo renatū a dānatione liberari. O Capitu.l.


Uerūtn̄ q̄d paulo post dicit sicut ꝑ vni⁹ delictū i oēs homines ad ꝯdēnatiōnē ita ꝛ ꝑ vni⁹ iusticiā i oēs hoīes ad iustificationē vite satis indicat ex adā neminē natū nisi dānatione detineri:ꝛ neminē nisi i christo renatum a dannatione liberari.

¶ Qualiter misteriū baptismi icruce christi apl's cōmēdauerit i quo maiores et ꝑuuli saluant͂. P Ca.li.


De qua ꝑ vnū hoiēꝫ pena:ꝛ ꝑ vnū hoiēꝫ gr̄a cū locu t⁹ fuisset q̄ztū illi ep'le sue loco sufficē iudicauit dei de sacri baptismi in cruce xp̄i grād misteriū ꝯmēdauit eo mō vt itelligam⁹ nichil alid̄ eē i xp̄o baptismū nisi mortis xp̄i silitudinē nichil āt alid̄ mort ē xp̄i crucifixi nisi remissionis pcti silitudinē vt quēadmodū i illo vera mors facta ē sic i nobis ꝟa remissio pctōꝝ et quēadmodū i illo ꝟa resurrectio ita i nobis ꝟa iustificatio Quid eni q̄d ḡ dicem⁹.permanebim⁹ in pctō vt gr̄a abūdet.dixerat eni supi⁹ vbi abūdauit pctm̄ supabūdauit gr̄a ꝛ iō q̄stionē sibiipsi ꝑposuit vtrū ꝑpter abundātiā gr̄e cōseq̄ndā i pctō sit ꝑmanēdū.Sꝫ r̄ndit Absit.Atq̄ꝫ subiecit.Si mortui sum⁹ pctō:quō viuem⁹ in illo.Deinde vt ondēret nos mortuos esse pctō an ignoratis inq̄t q̄m̄ q̄cūq̄ꝫ baptisati sum⁹ in xp̄o iesu in morte ipsi⁹ baptisati sum⁹ Si ḡ huic ostendimur mortui esse pctō:q̄ꝛ in morte xp̄i baptisati sum⁹ ꝑfecto ꝛ ꝑuuli q̄ baptisant͂ i xp̄o pctō moriunt͂ q̄ꝛ i morte ipius baptisātur.Nullo eni excepto dictuꝫ est. Q Quicunq̄ꝫ baptisati sum⁹ i xp̄o iesu:i morte ipsi⁹ baptisati sum⁹.Et iō dictum est vt ꝓbaret͂ mortuos nos esse pctō. Cui autē peccato paruuli renascendo moriunt͂ nisi quod nascendo traxerunt. Ac per hoc etiam ad ipsos pertinet quod sequitur dicens. Consepulti enim sum⁹ illi per baptismum in mortem vt quēadmodum surrexit christus a mortu

is per gloriaȝ patris ita et nos in nouitate vite ambulemꝰ. Si eni͂ cõplantati facti sumus similitudini mortis eiꝰ simul ⁊ resurrectiõis erimꝰ hoc scientes q: verꝰ homo noster simul crucifixus est vt euacuetur corpus peccati vt vltra non seruiamus peccato. Qui eni mortuus est iustificatus ē a pctõ. Si autē mortui sumꝰ cũ xp̃o credimꝰ q: simul etiã viuemꝰ cuȝ illo scientes q: xp̃s resurgens a mortuis iaȝ non moritur ⁊ mors illi vltra nõ dñabit. Qḋ eni mortuus est peccato mortuus est semel qḋ autē viuit viuit deo Ita ⁊ vos estimate vosmetipsos mortuos quidē esse pctõ viuere aũt deo in xp̃o iesu. Hinc ei probare ceperat non nobis esse pmanenduȝ in pctõ vt gr̃a abundaret et dixerat. Si mortui sumꝰ pctõ quõ viuemꝰ in eo. Atq; vt ostenderet mortuos nos eē pctõ subiecit. An ignoratis q̃m quicũq; baptisati sumꝰ in xp̃o iesu in morte ipsius baptisati sumꝰ. Sic itaq; totũ locum istũ clausit vt cepit. Mortē qppe xp̃i sic insinuati vt etiã ip̃m mortuũ diceret esse pctõ. Cui pctõ nisi carnis in qua erat nõ pctm̃ ſȝ similitudo pcti ⁊ iõ noie appellat pcti. Baptisatis itaq; in morte xp̃i in qua nõ solum maiores verũetiã puuli baptisanť ait. Sic ⁊ vos. i. quēadmodũ xp̃s. Sic et vos existimate vos mortuos esse peccato viuentes autē deo in christo iesu.

¶ Quid significent ea q̃ in cruce xp̃i sepultura resurrectione et ascensione gesta sunt. ℞ Capitulum. lii



Quicquid igi͂ gestũ ē i cruce xp̃i in sepultura i resurrectiõe tertio diei ascẽsione i celũ ⁊ in sede ad dexterã p̃ris ita gestũ est vt his rebꝰ nõ mistice tm̃ dictis: ſȝ ēt gestis ɔfiguraretť vita christiana q̃ hic geriť Nã pp̄ter eiꝰ crucē dictũ ē. Qui ãt iesu xp̃i sũt carnē suã crucifixerunt cuȝ vicijs ⁊ cõcupiscẽtijs. Propter sepulturã. Consepulti eniȝ sumꝰ cũ xp̃o per baptismum in mortē. Propter resurrectionem. Ut quemadmodum christus resurrexit a mortuis per gloriaȝ patris ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemꝰ. Propter ascẽsionē in celũ sedēq; ad dexterã patris. Si aũt resurrexistis cuȝ christo que sursũ sũt querite vbi xp̃s ad dexteram dei sedens Que sursuȝ sũt sapite: non que super terrã. Mortui eni estis et vita vestra abscondita est cum christo in deo.

¶ Non pertinere ad hanc vitam q̄ christus ad viuos et mortuos iudicãdos de celo venturus crediť. S

¶ Capitulũ quinquagesimuȝ tertiũ.



Iam ṽo q̄ de xp̃o confitenur futurũ q̃m de celo vēturꝰ est viuos iudicaturꝰ ⁊ mortuos nõ ptinet vita ñra que hic regitur Quia nec in rebꝰ gestis eius sed in fine seculi gerendis. Ad hoc pertinet quod apostolus secutus adiunxit. Cuȝ xp̃s apparuerit in vita vestra tunc et vos apparebitis cũ illo in gl̃ia.

¶ Duobꝰ significare modis q̄ viuos ⁊ mortuos iudicabit. T Ca. liiij.

Duobus autē modis accipi potest q̄ viuos ⁊ mortuos iudicabit. Siue vt viuos intelligamꝰ quos hic nondum mortuos: ſȝ adhuc ista carne viuentes inuenturus est eiꝰ aduentus. Mortuos autē quidē de corpore priusq̄ veniat exierevel exituri sunt. Siue viuos iustos: mortuos autē iniustos. q̃m iusti quoq; iudicabũt iniusti autem iudicabuntur. Aliquãdo enim iudicium dei ponitur in malo. Unde illud est. Qui autem male egerunt: in resurrectionē iudicij. Aliq̃n in bono secũdũ q̄ dictum est. Deꝰ in noie tuo saluũ me fac: ⁊ i͂ ṽtute tua iudica me. P iudiciũ qppe del' fit ipsa bonoꝝ maloꝝq; discretio: vt liberãdi a malo nõ pdēdi cum malis: boni ad dexterã segregēť. Propť qḋ ille clamabat. Iudica me deꝰ. ⁊ qḋ dixerat velut exponens: et discerne inqt cãm meam de gente non sancta.

¶ Qḋ noiato spũ sctõ tota trinitas completur cui ordinatissime sancta eccclesia subiuncta sit tanq̄ deo tem

plum suum. V.

¶ Capitulum quinquagesimũ quitũ.

Cum autem de iesu xp̃o filio dei vnico dño nr̃o: qd ad breuitatẽ cõfessiõis pertinet dixerimus, adiũgimꝰ sic credere nos ⁊ in spm̃ sctm̃. vt illa trinitas cõpleat que deus est. Deinde sancta cõmemoratur ecclesia. Vñ datur intelligi rõnalẽ creaturã ad hierusalem liberam pertinentẽ post commemorationẽ creatoris .i. summe illius trinitatis fuisse subdendam. Qm̃ quicquid de hoĩe xp̃o dictũ ẽ ad vnitatẽ psone vnigeniti pertinet. Rectꝰ itaqꝫ confessionis ordo poscebat: vt trinitati subiungeretur ecclesia: tãq̃ hitatori domus sua: et deo tẽplũ suum. ⁊ conditori ciuitas sua. Que tota hic accipienda est: non solũ ex pte que peregrinatur in terris a solis ortu vsqꝫ ad occasum laudans nomen dñi. ⁊ post captiuitatẽ vetustatis cantãs cãticũ nouum verũ etiã ex illa q̃ in celis est semp ex quo cõdita est cohesit deo: nec vllũ sui casus malũ expta est. Hec in sanctis angelis btã persistit. et sue parti peregrinãti sicut oportet opitulaẽ: qz vtraqꝫ vna erit cõsortio eternitatis: et nũc vna ẽ vinculo charitatis. que tota instituta est ad colẽdũ vnũ deũ. X Vñ nec tota nec vlla pars eius vult se coli p deo: nec cuiq̃ esse deus ptinenti ad tẽplũ dei. qd edificat ex diis. quos facit nõ factus deus. Ad per hoc spũssctũs: si creatura non creator esset profecto creatura rõnalis esset. ipe ei eẽt summa creatura. ⁊ ideo in regula fidei nõ poneref añ ecclesiã: quia ⁊ ipse ad ecclesiam pertineret in illa eiꝰ parte que in celis est. Nec haberet templũ: sed etiam ipse templum esset. Templum aũt hꝫ de quo dicit apostolus. Nescitis qz corpora vr̃a tẽplũ sunt spũssancti: qui in vobis est: quem habetis a deo. De quibus alio loco dicit. Nescitis quia corpora vestra mẽbra xp̃i sunt. Quomodo ergo deus non ẽ qui templum hꝫ: aut minor xp̃o: cũ cuiꝰ membra templum habet. Neqꝫ enim aliud templũ eius: et aliud templum dei est: cum idẽ dicat apostolus. Nescitis qz templum dei estis. Q̃d vt pbaret adiecit. Et spũs dei habitat in vobis. Deus ergo habitat in templo suo. non solũ spũssanctus sed etiã pater et filius: qui etiã de corpe suo: per quod factus est caput ecclesie que in hoibus est. vt sit ipse in omnibus primatũ tenẽs: ait. Soluite templũ hoc et in triduo suscitabo illd. Tẽplũ ergo dei: hoc est totiꝰ sũme trinitatis: sctã ẽ ecclia. s. vniuersa i celo ⁊ i terra.

¶ Q̃d in ecclesia primitiuorũ: que in celis ẽ, nullꝰ sit malus. Y Ca. lvi.

Sed de illa que in celis est affirmare quid possumus nisi q̃ nullus in ea malus est: nec quisq̃ deinceps ex illa cecidit aut casurus est. ex quo deus angelis peccantibꝰ non pepercit, sicut scribit apostolus petrus. sꝫ carceribus caliginis inferi retrudẽs tradidit in iudicio puniẽdos reseruari.

¶ Quid sentiendũ sit de differentiis angelorũ bonorũ, ⁊ vtrũ ad eãdem societatẽ pertineant sol ⁊ luna ⁊ cetera sidera. Z Capitulũ. lvii.



Quomõ aut se habeat beatissima illa ⁊ supna ciuitas. que ibi sint differẽtie personarum. vtrũ oẽs tanq̃ generali nomine angeli nuncupentur. sicut in epistola ad Hebreos legimus. cui enim angelorum deus dixit aliquãdo. sede a dextris meis. Hoc quippe nõ significauit omnes vniuersaliter angelos dici. Sunt tamen illic archangeli, et vtrum idẽ archangeli: nominentur virtutes, et ita dictum sit. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. ac si diceretur. laudate eũ omnes angeli eius, laudate eum omnes archangeli. ⁊ quid inter se distẽt quattuor illa vocabula: quibus vniuersam ipsam celestem societatem videẽ apostolus esse cõplexus dicendo, siue sedes, siue dñationes, siue princ

pat⁹: siue potestates: dicāt qui pñt si tamen pñt probare quod dicunt: ego me ista ignorare cōfiteor. Sz nec illō quidem certū habeo: vtrū ad eandez societatem pertineant sol et luna et cūcta sidera: quāuis nonnullis lucida corpora esse: non cum sensu vel intelligentia videantur.

¶ Questio difficillima vtrū vel qualia corpora angeli habeant. A.

¶ Capitulū quinquagesimū octauū

Item angeli qs explicet cū qualibus corporib⁹ apparuerint hominib⁹: vt nō solū cernerent: verū etiā tangerent: ⁊ rursus nō solida corpulentia: sed spūali potētia quasdā visiōes nō oculis corporeis sed spūalib⁹ vel mētibus ingerāt: vel dicāt aliqd non ad aurē forinsec⁹: sz int⁹ in aio hois etiā ibidē ipsi cōstituti. sicut scriptū ē in prophetarū libro. Et dixit mihi angel⁹: q loquebat in me non ait. q loq̄bat ad me. sed in me. Vel appeant et in somnis: ⁊ colloquant more sōniorū. Habem⁹ qppe i euangeliū. Ecce āgel⁹ dñi appuit illi in sōnis dicēs. His eī modis velut indicāt se angeli contrectabilia corpora nō habere faciūtq; difficillimā q̄stionē. quō p̄res eis pedes lauerūt. quō Jacob cū angelo tā solida cōtrectatione luctat⁹ sit. Cum ista q̄runt. ⁊ ea sicut pōt q̄sq; coniectat non inutilr exercent ingenia: si adhibeat disceptatio moderata ⁊ absit error opinantiū se scire qō nesciunt. q̄d eī op⁹ est vt hec atq; hmōi affirmentur vel negent vel diffiniantur cū discrimine qū sine crimine nesciunt.

¶ Qō maxime p dei gratiā dignoscēdū sit: cū se sathanas transfigurat in angelū lucis. B Capitm. lix.


Angelis op⁹ ē dijudicare atq; dignoscere: cū se sathanas trāsfigurat velut āgelū lucis: ne fallēdo ad aliqua pnitiosa seducat. Nā qū sensus corpis fallit: mētem vō nō mouet a vera rectaq; snīa: qua q̄sq; vitā fidelē gerit: nullū est i religiōe piculū. Vel cū se bonū fingēs ea facit siue dt q̄ bonis angelis congruūt: et si credatur bon⁹: nō est error xpiane fidei periculosus aut morbid⁹. Cū vero p hec aliena ad sua incipit ducere: tūc eum dignoscēre nec ire post eū: magna ⁊ necessaria vigilantia est. Sed quo modo vnusq̄sq; hoīm idone⁹ est oēs mortiferos ei⁹ dolos euadere: nisi regat atq; tueat deus. Et ipa hui⁹ rei difficultas ad hoc est vtilis ne sit spes sibi q̄sq; aut hō alter alteri: sed de⁹ suis omnib⁹. Id enim nobis potius expedire prorsus prioꝝ ābigit nemo.

figere non valui ꝛ repercussa infirmitate redditus solitis non mecum ferebam nisi amantem memoriam: et quasi olfacta desiderantem que comedere nōdū possem: et querebam viam comparandi roboris quos esset idoneum ad fruendum te. nec inueniebam donec amplecterer mediatorē dei ꝛ hominū hominē christum Jesum: qui est super oīa deus bñdictus in secula vocantē et dicentem Ego sum via veritas ꝛ vita. Et cibum cui capiendo inualidus eram miscentē carni: quoniā verbum caro factū est: vt infantie nostre lactesceret sapientia per quam creasti oīa. Non enim tenebā dominum meum Jesum christum humilis humilem. nec cuius rei magistra esset eiꝰ īfirmitas nouerā. Verbū eī tuum eterna ꝟitas superioribꝰ creature tue ptibꝰ supeminens: subditos erigit ad sapiētiā. In inferioribus aūt edificauit sibi humilē domū de limo nostro per quam subdendos deprimeret a seipsis ꝛ ad te traiceret: sanans tumorē ꝛ nutriēs amorē: ne fiducia sua progrederētur longius: sed potius infirmarentur. videtes añ pedes suos infirmam diuinitatē ex participatiōe tunice pellicee nr̄e. ꝛ lassi prosternerenť in eam. illa autē surgēs leuaret eos. Ego ꝟo aliud putabam tantumq; sentiebā de domino christo meo: quātum de excellētia sapiētie viro: cui nullus posset equari: ꝑserti quia mirabiliť natus ex ꝟgine ad exēplū contēnendorū tēporalium pro adipiscēda īmortalitate: diuina pro nobis cura tantam auctoritatē magisterii meruisse videbať. Quid aūt sacramēti haberet: ꝟbum caro factum: ne suspicari quidē poterā. Tātum m cognouerā ex his que de illo scripta traderētur quia manducauit et bibit: dormiuit: ambulauit: exhilaratus est: contristatus ē. sermocinatꝰ est. non hesisse carnē illam ꝟbo tuo. nisi cum anima ꝛ mēte humana. Nouit hoc omnis qui non incommutabilitatē ꝟbi tui quam ego iam noueram quantum poteram nec omnino de ꝙ inde dubitabā. Etei nūc mouere mēbra corporis ꝑ volūtatē: nūc nō mouere nūc aliquo affectu affici. nunc non affici. nūc proferre per signa sapiētes sn̄ias nūc eē in silētio: propria sunt mutabilitatis aīe ꝛ mētis. Que si falsa de illo scripta essent: etiā oīa periclitarenť mēdacio: neq; i illis literis nulla fidei salꝰ gñi humano remaneret. Quia itaq; vera scripta sūt: totū hominē in Christo agnoscebā. non corpus tm̄ hoīs: aut cū corpore sine mēte animā: sed ipsum hominē nō ꝑsona ꝟitatis: sed magna quadā nature humane excellentia et perfectiore ꝑticipatiōe sapientie preferri ceteris arbitrabar. Alipius aūt deū carne indutum ita putabat credi a catholicis: vt preter deū ꝛ carnem non esset i Christo aīa. mētēq; hoīs non existimabat in eo predicari. Et qm̄ bene persuasum tenebat: ea que de illo memorie mādata sunt sine vitali et rationali creatura non fieri: ad ipsam christianam fidē pigrius mouebať. Sed postea hereticorū apollinaristaꝝ hunc errorem esse cognoscens: catholice fidei colletatus et contēperatus est. Ego aūt aliquanto posterius didicisse me fateor: i eo quod ꝟbum caro factum est. quomō catholica veritas a fotini falsitate dirimať. Improbatio quippe hereticoꝝ facit eminere qd ecclesia tua sentiat. ꝛ qd habebat sana doctrina. Oportuit enī et hereses esse: vt probati manifesti fierent īter infirmos. Sȝ tunc lectis platonicoꝝ illis libris. posteaq; inde admonitus q̄rerē incorpoream veritatē inuisibilia tua ꝑ ea que facta sūt intellecta conspexi. ꝛ repulsus sensi qđ ꝑ tenebras aīe mee cōtēplari nō sinerer certꝰ eē. te ꝛ īfinitū eē. nec tm̄ per locos finitos infinito sue diffundi. ꝛ vere te esse qui semꝑ idē ipē esses ex nulla parte nulloq; motu aliť aut aliť. ceťa ꝟo ex te eē omnia. hoc solo firmissimo documento qꝛ sunt. Certus quidem in istis eraȝ nimis tm̄ infirmus ad fruendū te. Garriebā plane quasi peritus. ꝛ nisi in xp̄o saluatore nostro viā tuā quererē: nō peritꝰ sed periturus essem. Jam enim ceperam velle videri sapiens: plenus pena mea: ꝛ non flebam. Insuper infla-

bar scientia. Ubi eni erat illa edificās charitas a fundamēto humilitatis: qđ est Christus iesus? Aut qñ illi libri me docerēt eā? i quos ꝓpterea priusq̄ scripturas tuas cōsiderarem credo voluisti incurrere: vt imprimeret memorie mee quō ex eis affectus essem. Et cū postea in libris tuis mansuefactus essē ꝛ curantib⁹ digitis tuis contractarent vulnera mea: discernerē atq̄ distinguere qđ interesset inter presumptionem ꝛ confessionē. inter vidētes quo eundum sit nec videntes qua et viā ducentē ad beatificā patriā non tantum cernendā sed inhabitandū? Nā si primo sanctis tuis lr̄is informatus essem: ꝛ in earum familiaritate obdulcisses mihi. ꝛ postea in illa volumina incidissem: fortasse aut abripuissent me a solidamento pietatis aut si in affectu quem salubrem imbiberam perstitissem: putarem etiam ex illis libris eū posse concipi: si eos solos quisq̄ didicisset. ¶ Itaq̄ auidissime arripui venerabilem stilum spirit⁹ tui. ꝛ pre ceteris apostolū paulum. ꝛ perierunt ille questiones. in quib⁹ mihi aliqñ visus est aduersari sibi: ꝛ nō congruere testimoniis legis ꝛ prophetaꝝ textus sermonis eius. Et apparuit mihi vna facies eloquiorum castorum: et exultare cum tremore didici ꝛ cepi: ꝛ inueni quicquid illic verum legerā. Hac cum commendatione gratie tue didici vt qui videt non sic glorietur quasi non acceperit. non solum id quod videt: sed etiam vt videat. Quid enim habet qđ non acceperit? Et vt te qui es semper idem non solum admoneatur vt videat sed etiam sanetur vt teneat. Et qui de longinquo videre non potest viam: tamen ambulet qua veniat et videat ꝛ teneat. Quia ꝛ si condelectetur homo legi dei secundum interiorem hominem: quid faciet de alia lege in membris suis repugnante legi mētis sue: ꝛ se captiuum ducente in lege peccati: qui ē mēbris eius? Quoniam iustus es domine nos autem peccauimus. inique fecim⁹ impie gessimus: et grata est super nos manus tua: et iuste traditi sumus antiquo peccatori preposito mortis: quia ꝑsuasit voluntati nostre similitudinē voluntatis sue qua in veritate tua nō stetit. Quid faciet miser homo? Quis eū liberabit de corpore mortis huius: nisi gratia tua per iesum christum dominū nostrum: quem genuisti coeternū ꝛ creasti in principio viarum tuarum. i quo princeps huius mundi non inuenit q̄cq̄ morte dignum. et occidit eum. ꝛ euacuatum est chirographum quod erat contrarium nobis. ¶ Hoc ille litere non habent. non habēt ille paginevultum pietatis huius. lachrymas cōfessionis. sacrificium tuum spiritum contribulatum. cor contritum ꝛ humiliatū. populi salutem sponsam. ciuitatē arram spiritussancti. poculū precii nostri. Nemo ibi cātat. nonne deo subdita erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Et. n. ipse est deus meus ꝛ salutaris meus: susceptor meus non mouebor amplius. Nemo ibi audit vocantē venite ad me qui laboratis. Dedignantur ab eo discere: quoniā mitis est ꝛ humilis corde. Abscondisti enim hec a sapientibus ꝛ prudētibus et reuelasti ea paruulis. Et aliud est de siluestri cacumine videre patriam pacis: et iter ad eam non inuenire: ꝛ frustra conari per inuia circunobsidentibus ꝛ insidiantibus fugitiuis desertoribus cum principe suo leone et drachone: ꝛ aliud tenere viam illuc ducentem cura celestis iperatoris munitam. vbi non latrocinantur qui celestem militiam deseruerunt. Uitant enim eam sicut suppliciū. Hec mihi inuiscerabantur miris modis: cū minimum apostolorum tuorum legerē: ꝛ consideraueram opera tua et expaueram.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Sequitur octauus.



Eus meus recorder in gratiarum actione tibi. ꝛ confitear mias tuas sup me. Perfundantur ossa mea delectatione tua ꝛ dicant. Domine quis sim ilis tibi? Dirupisti vincula mea sacrificē tibi sacrificium laudis. Quomodo dirupisti ea narrabo: et dicent omnes qui adorent te cū audiūt hec. Benedict⁹ dominus in celo ꝛ in terra: magnum ꝛ mirabile nomen eius. Inserant precordiis meis ỽba tua: et vndiqꝫ circūuallabar abs te. De vita tua eterna certus eram quis eam in enigmate et quasi p speculum videram. Dubitatio tamē ois de incorruptibili substantia q ab illa esset omnis substantia: ablata mihi erat. nec certior de te sed stabilior in te esse cupiebam. De mea vero temporali vita nutabāt oia: et mūdandū erat cor a fermento veteri et placebat via ipse saluator: et ire per angustias adhuc pigebat. Et immisisti in mentem meā: visumqꝫ est bonū in conspectu meo pergere ad simplicianum qui mihi bonus apparebat bonus seruus tuus: ꝛ lucebat in eo gratia tua. Audieram etiam q a iuuētute sua deuotissime tibi viueret. Iā vero tunc senuerat: et longa etate in tam bono studio sectande vie tue: multa exptus: multa edoctus: mihi videbatur: et vere sic erat. Unde mihi vt proferret volebam conferenti secum estus meos: qs esset aptus modus sic affecto: vt ego erā ad ambulandum in via tua. 3

Uidebā enim plenam ecclesiam. ꝛ ali⁹ sic ibat: alius aūt sic. Mihi aūt displicebat quod agebam in seculo: et oneri mihi erat valde: non iam inflammantibus cupiditatibus: vt solebāt spe honoris ꝛ pecunie: ad tolerandam illam seruitem tam grauē. Iā enim me illa nō delectabāt pre dulcedine tua: ꝛ decore domus tue quā dilexi. Sꝫ adhuc tenaciter colligabat ex femina. nec me prohibebat aplus coniugari. quis exhortaret ad melius maxime volens omnes homies sic esse vt ipse erat. Sed ego infirmior eligebā meliorem locū. Et ppter hoc vnum volucbat in ceteris languidus ꝛ tabescens curis marcidis: quod ꝛ in aliis rebus quas nolebā pati congruere cogebar vite coniugali: cui dedit⁹ constringebar. Audieram ex ore veritatis esse spadones qui seipsos absciderunt propter regnū celorū: sed qui pōt inquit cape capiat. Uani sunt certe oēs hoīes quibus non est dei scientia. nec de hisq videntur bona potuerunt inuenire eū qui est. Et ego iā nō erā in illa vanitate. Transcenderā eam: et vniuersa creatura tua inueneram te creatorem nrm et verbū tuū apud te deum tecūqꝫ cum spiritu scō vnum deum per quod creasti omnia. Et aliud genus impiorum q cognoscentes deū nō sicut deū glificauerūt aut grās egerūt. In hoc quoqꝫ incideram ꝛ dextera tua deus suscepit me ꝛ inde ablatum posuisti vbi conualescerem. qr dixisti hoi. ecce pietas est sapiētia et noli velle videri sapiēs. qm dicētes se esse sapiētes: stulti facti sunt. Et iueneram iam bonā margaritā: et vēditis oibus q haberē emēda erat: et dubitabā. Perrexi ergo ad simplicianū patrē in accipiēda gratia tūc episcopi ambrosii: et quē vere patrē diligebat narraui ei circuitus erroris mei. 4

Ubi aūt cōmemoraui legisse me quosdam libros platonicorū quos victorin⁹ quondam rhetor vrbis rome: quē xpianū defunctū esse audierā in latinā linguā transtulisset: gratulat⁹ ē mihi q nō in aliorū phōrum scripta incidissem plena fallaciarū et deceptionum secūdum elemēta huius mūdi: in istis aūt oibus modis insinuari deū et ei⁹ verbū. Deinde vt me exhortaret ad humilitatē xpi sapiētib⁹ abscōditā et reuelatā puulis victorinū ipsum recordat⁹ ē: quē rome cū esset familiarissime nouerat. deqꝫ illo mihi narrauit qd nō silebo. Habꝫ enim magnam laudē gratie tue cōfitēdā tibi quēadmodum ille doctissimus senex et oim liberalium doctrinarū peritissim⁹: quiqꝫ philosophorū tā multa legerat: et diiudicauerat: et dilucidauerat: doctor tot nobilium senatorum: qui etiam ob insigne preclari magisterii: quod ciues

huius mundi eximium putāt: statuam romano foro meruerat & accepat. vsq₃ ad illā et atē venerator idolo℞ sacro℞ꝗ₃ sacrilego℞ particeps: quibus tūc tota fere romana nobilitas inflata spirabat ppl'i vsia₃ & omigenum deū mōstra & anubē latratorē: q̄ aliqñ cōtra neptunum & venerem cōtraq₃ mineruā₃ tela tenuerant. & a se victis iā roma supplicabat q̄ iste senex victorinus tot annos ore terricrepo defensitauerat: non erubuerit esse puer Christi tui: & infans fōtis tui. subiecto collo ad humilitatis iugum: & edomita frōte ad crucis opprobrium. O dñe dñe q̄ inclinasti celos & descēdisti tetigisti montes & fumigauerunt: quibus modis te insinuasti illi pectori. Legebat sicut ait simplician⁹: sāctam scripturā: oēsq₃ christianas litteras iuestigabat studiosissime & perscrutabatur & dicebat simpliciano non palam sed secretius & familiarius. Noueris me iam eē xp̄ianum? Et respondebat ille. Non credam: nec deputabo te inter xp̄ianos nisi in ecclesia Christi te videro. Ille aūt irridebat eū dicēs. A Ergo parietes faciūt christianos? Et hoc sepe dicebat iā se esse christianum & simplicianus illud sepe rñdebat: & sepe ab illo parietū irrisio repetebatur. Amicos enim suos verebatur offēdere superbos demonicolas: quo℞ ex culmine babilōice dignitatis quasi ex cedris libani quas nondum contriuerat dñs grauiter ruituras in se inimicicias arbitrabat. Sed postea ꝙ legendo & inhiando auxit firmitatē timuitq₃ negari a christo coram angelis sāctis si eū timeret coram hominib⁹ cōfiteri: reusq₃ sibi magni criminis apparuit erubescendo de sacramētis humilitatis vbi tui: & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum demoniorum q̄ imitator supbus acceperat: depuduit vanitati & erubuit veritati. subitoq₃ & inopinatus ait simpliciano vt ipse narrabat. Eamus i ecclesiam christian⁹ volo fieri. At ille nō se capiens leticia perrexit cu₃ eo. Ubi autem imbutus est primis instructionum sacramentis non multa post etia₃ nomen dedit: vt per baptismum regeneraretur: mirante roma gaudente ecclesia. Superbi videbant & irascebantur: dentibus suis stridebant & tabescebant Seruo autem tuo dñs deus erat spes eius: & non respiciebat in vanitates & insanitas mendaces. Deniq₃ vt ventu₃ est ad horam profitende fidei: que verbis certis conceptis retentisq₃ memoriter de loco eminentiore in cōspectu populi fidelis rome reddi solet ab eis qui accessuri sunt ad gratiam tuam: oblatu₃ esse dicebat victorino a presbiteris vt secretius redderet: sicut nonnullis q̄ verecundia trepidaturi videbantur offerri mos erat. illum autem maluisse salutem suam in conspectu sancte multitudinis profiteri. C

Non enim erat salus quam docebat in rethorica: & tamen eam publice professus erat. Quanto minus ergo vereri debuit mansuetum gregem tuum pronuncians verbum tuum: qui non verebatur in verbis suis turbas insano℞? Itaq₃ vbi ascēdit vt redderet: omnes sibimet inuicem quisq₃ vt eum nouerat instrepuerunt nomen eius strepitu gratulationis. Quis autem ibi non eum nouerat? Et sonuit presso sonitu p ora cunctorum collectantiū: victorinus victorinus. Cito sonuerunt exultatiōe q₂ videbant eum. & cito siluerunt intentione vt audirent eum. Pronunciauit ille fide₃ & verace₃ preclara fiducia. & volebant eum omnes rapere intro in cor suum: & rapiebant amando & gaudendo. He rapiētium man⁹ erāt. De⁹ bone qd agit in homine vt plus gaudeat de salute desperate anime: & de maiore periculo liberate: ꝙ si spes ei semper affuisset: aut periculu₃ min⁹ fuisset? Etenī tu quoq₃ misericors pater pl⁹ gaudes de vno penitēte. ꝙ de nonaginta nouem iustis quibus nō est opus pnīa. Et nos cū magna iocūditate audim⁹ cū audim⁹: ꝙ exultātis pastoris humeris ⁊ portetur ouis q̄ errauerat. & drachma refera⁊ in thesauros tuos colletantibus vicinis. mulieri q̄ inuenit. Et lachrymas excutit gaudiū solēnitatis dom⁹

tue:cū legiť in domo tua de minore filio
quoniam mortuus erat et reuixit:peri
erat ⁊ inuētus est. Gaudes quippe in
nobis ⁊ in angelis tuis charitate san=
ctis. Nā tu semꝑ idem qui ea que non
semꝑ nec eodē modo sunt:eodem modo
semꝑ nosti omnia. Quid ergo agitur
in anima:cum amplius delectatur inuē
tis aut redditis rebus quas diligit ꝙ̄
si eas semper habuisset. Contestanť ei
⁊ cetera:⁊ plena sunt omnia testimoni
is clamātib⁹.ita est. Triūphat victor i
perator:⁊ non vicisset nisi pugnasset.
D Et quanto maius periculum
fuit in prelio:tanto maius est gaudiū
in triumpho. Jactat tempestas nauigā
tes:minaturqꝫ naufragium:omnes fu
tura morte pallescunt. Trāquillať ce=
lū ⁊ mare ⁊ exultant nimis: quoniam
timuerunt nimis. Eger est carus ⁊ ve=
na eius malum renunciat:oēs qui eum
saluū cupiunt:egrotant simul aio. Fit
ei recte:⁊ nondum ambulat pristinis vi
ribus:⁊ fit tale gaudium quale nō fuit
cū antea salu⁹ ⁊ fortis ābularet. Eas=
qꝫ ipsas voluptates humane vite etiā
non inopinatis ⁊ preter voluntatē irru
entib⁹.sed institutis et volūtariis mole
stiis homines acquirūt. Edendi ⁊ bibē
di voluptas nulla est:nisi precedat esu
riendi ⁊ sitiendi molestia. Et ebriosi q̄
dā salsiuscula comedūt quo fiat mole=
stus ardor:quē dū extinguit potatio fit
delectatio. Et institutū est vt iā pacte
sponse non tradantur statim ne vilem
habeat marit⁹ datā.quā non suspiraue
rit spōsus dilatā. Hoc i turpi ⁊ execrā
da leticia.hoc in ea q̄ concessa et licita
est.hoc est i ipsa sincerissima honestate
amicicie.hoc in eo qui mortuus erat et
reuixit perierat ⁊ iuēt⁹ ē. Vbiqꝫ mai⁹
gaudium molestia maiore preceditur.
Quid est hoc dñe de⁹ me⁹.cū tu eternū
tibi tuipē sis gaudium.et quedā de te
circa te sēp gaudeāt? E Quid ē
ꝙ hoc rerꝫ pars alternat defectu ⁊ ꝓfe
ctu:offensiōib⁹ ⁊ ꝯciliatiōib⁹? An is est
modus earꝫ? ⁊ tm̄ dedisti eis cū a sum=
mis celorꝫ vsqꝫ ad ima terrarū: ab ini=
tio vsqꝫ in finē seculorꝫ.ab angelo vsqꝫ
ad vermiculum:a motū primo vsqꝫ ad ex=
tremū.oīa genera bonorꝫ ⁊ oīa opa tua
suis queqꝫ sedib⁹ locares ⁊ suis q̄qꝫ tē
porib⁹ ageres? Hei mihi ꝙ̄ excelsus es
in excelsis:⁊ ꝙ̄ profundus es in profū
dis:⁊ nusꝙ̄ recedis. ⁊ vix redim⁹ ad
te. Age dñe ⁊ fac et excita ⁊ reuoca nos
accende ⁊ rape flagra:dulcesce iam a=
memus ⁊ curramus. Nonne multi ex
profundiore tartaro cecitatis ꝙ̄ victo=
rinus redeūt ad te:⁊ accedūt et illu=
minanť recipientes lumē. Quod si qui
recipiunt:accipiunt a te potestatem vt
filii tui fiant? Sꝫ si minus noti sint po
pulis min⁹ de illis gaudēt etiā qui no=
uerūt eos. Qñ eni cum multis gaude=
tur:⁊ i singulis vberib⁹ est gaudium.qꝛ
feruere faciūt se.⁊ inflāmāť ex alteru=
tro. Deide ꝙ multis noti multi sunt au
ctoritate ad salutē:⁊ multis preeūt se=
cuturis ideoqꝫ multū de illis et q̄ eos pre
cesserunt letāť:qꝛ nō de solis letāť. Ab
sit ei vt i tabernaculo tuo pre paupib⁹
accipianť psone diuitū.aut pre ignobi
libus nobiles:qñ potius infirma mundi
elegisti vt confunderes fortia et ignobi
lia huius mundi elegisti et contempti=
bilia.et ea que non sunt tanꝙ̄ que sunt
vt ea q̄ sunt euacuares.et tamē idē ipe
minimus apostolorum tuorum:p cuius
linguā tu ista vba sonuisti:cum paulus
proconsul p eius militiam debellata su
perbia sub leui iugo christi tui missus
esset:regis magni prouincialis effect⁹:
ipse quoqꝫ ex priore saulo paulus voca
ri amauit:ob tā magne insigne victorie.
Plus enim hostis vincitur in eo quem
plus tenet:et de plures tenet. Plus au
tem superbos tenet nomine nobilitatis
et de his plures nomine auctoritatis.
F Quanto igitur gratius cogi
tabatur victorini pectus:quod tanꝙ̄ in
expugnabile receptaculum diabolus
obtinuerat: victorini lingua quo telo
grandi ⁊ acuto multos perimerat abū
dantius exultare oportuit filios tuos
quia rex noster alligauit fortem: et vi=
debant vasa eius erepta mundari:et
aptari in honorem tuum:et fieri vtilia
domino ad omne opus bonum. Sed vbi

mihi homo tuus simplicianus de victorino ista narrauit: exarsi ad imitanduꝫ Ad hoc eni ꝛ ille narrauerat. Postea ꝙ vero ꝛ illud addidit ꝙ īperatoris iuliani tpīb⁹ lege data ꝓhibiti sunt christiani docere literaturam ꝛ oratoriam quā legē ille amplexus loquacem scholā deserere maluit: ꝙ verbū tuum quo linguas infantiū facis disertas. nō mihi fortior ꝙ felicior visus est: qꝛ inuenit occasionē vacādi tibi. Cui rei ego suspirabā ligatus non ferro alieno sed mea ferrea volūtate. Velle meū tenebat inimicus: ꝛ inde mihi cathenā fecerat ꝛ cōstrinxerat me. Quippe ex volūtate peruersa facta est libido. Et dum seruitur libidini facta est cōsuetudo. Et dū consuetudini nō resistit᷑ facta est necessitas Quibus quasi ansulis quibusdam sibimet innexis vn̄ cathenā appellaui: tenebat obstrictū dura seruit⁹. Volūtas aūt noua q̄ mihi esse ceperat vt gratis colerem. fruiqꝫ te vellem deus sola certa iocundes: nōdū erat idonea ad superandā priorē vetustate roboratam. Ita due volūtates mee: vna vetus: alia noua illa carnalis: illa spiritalis cōfligebāt inter se atqꝫ discordādo dissipabāt animā meā. ¶ Sic intelligebā i me ipso experimēto id qđ legerā: quō caro cōcupisceret aduersus spirituꝫ: ꝛ spūs aduersus carnē. Ego quidem in vtroqꝫ sed magis ego in eo quod in me approbabā: ꝙ in eo qđ in me iꝓbabam. Ibi enim magis iam non ego: qꝛ ex magna parte id patiebar inuitus ꝙ faciebā volens. Sed tn̄ consuetudo aduersus me pugnatior ex me facta erat: qm̄ volens quo nollē ꝑuenerā. Et qs iure cōtradiceret: cū peccātē iusta pena sequeretur Et nō erat iā vlla excusatio qua videri mihi solebā ꝓpterea nōdū me ꝯtēpto seculo seruire tibi: qꝛ incerta mihi esset ꝑceptio ꝟitatis. Iam eni ꝛ ipsa certa erat. Ego autē adhuc terra obligatus militare tibi recusabā: ꝛ īpedimentis oib⁹ sic timebā expediri quēadmodum impediri timendū est. Ita sarcina seculi velut sumno assolet dulciter premebat. ꝛ cogitatiōes quib⁹ meditabar in te: similes erant conatibus expgiscī volētiū: qui tn̄ superati soporis altitudine remergunt᷑. ¶ Et sic nemo est qui dormire semꝑ velit: oīmqꝫ sano iudicio vigilare pstat: differt tamē plerūqꝫ hō somnū excutere cuꝫ grauis torpor i mēbris est: eūqꝫ iam displicēteꝫ carpit libētius: ꝙuis surgēdi tēpus aduenerit: ita certū habebā esse meli⁹ tue charitati me dedere ꝙ mee cupiditati cedere. Sed illud placebat et vincebat hoc libebat ꝛ vinciebat. Non eniꝫ erat quod tibi respōderē dicēti mihi. surge qui dormis et exurge a mortuis: ꝛ illuminabit te dn̄s: ꝛ vndiqꝫ ostēdēti vera te dicere: nō erat omnino quid respōderē veritate cōuictus: nisi tn̄ ꝟba lēta ꝛ sōnolēta. Modo esse mō: sine paululum. Sed modo et modo non habebat modū ꝛ sine paululū in longum ibat. Frustra condelectabar legi tue secūdū interiorē hoiem cum lex alia in mēbris meis repugnaret legi mentis mee: ꝛ captiuū me duceret in lege peti que in membris meis erat. Lex eni peti est violentia cōsuetudinis qua trahit᷑ ꝛ tenetur etiā inuit⁹ anim⁹. eo merito quo in eam volens illabit᷑. Miserū ergo me qs liberaret de corpore mortis huius: nisi gratia tua ꝑ Iesum christū dn̄m nr̄m. Et de vinculo qđē desiderii concubitus quo arctissime tenebar: ꝛ a seculariū negociorū seruitute: quēadmodum me exemeris narrabo: ꝛ cōfitebor nomini tuo domine adiutor meus ꝛ redētor meus. Agebā solita crescente anxietudine: et quotidie suspirabā tibi. Frequētabam ecclesiā tuā ꝙtū vocabat ab eis nego ciis sub quoꝝ pōdere gemebā. Mecuꝫ erat alipi⁹ ociosus ab ope iurisperitoꝝ post assessionē tertiā: expectās qb⁹ iterū cōsilia vēderet sicut ego vēdebā dicēdi facultatē si q̄ docēdo pstari pōt. Nebridius autē amicitie nostre cesserat vt oīm nostrum familiarissimo verecūdo mediolanensi ꝛ ciui grāmatico subdoceret vehemēter desideranti ꝛ familiaritatis iure flagitāti de numero nostro fidele adiutoriū quo indigebat nimis. Non itaqꝫ nebridiū cupiditas commo

dorũ eo traxit. maiora eni posset si vellet de literis agere: sz officio beniuolentie petitionẽ nostram contẽnere noluit. amicus dulcissimus ꝛ mitissimus.

I Agebat aũt illud prudentissime cauẽs inotescere personis scdm hoc seculũ maioribus: deuitans in eis omnẽ inquietudinem animi: quez volebat habere liberũ: et ꝙ multis posset horis feriatũ ad querendũ aliqd vel legenduz vel audiendũ de sapia. Quodaz igitur die non recolo causam qua erat absens nebridius: cũ ecce ad nos domuz venit ad me: et alipiũ ponticianus quidaz ciuis noster inquantum afer: preclare in palacio militãs: nescio quid a nobis volebat: et consedimus vt colloqueremur Et forte supra mensam lusoriaz q̃ ante nos erat attendit codicẽ. tulit: aperuit inuenit aplm paulum: inopinate sane. putauerat enim aliqd de libris quoruz ꝓfessio me cõterebat. Tũ ṽo arridens meqꝫ intuens gratulatorie miratus est ꝙ eas et solas pre oculis meis lr̃as repente comperisset. Christianus quippe et fidelis erat. et sepe tibi deo nostro ꝓsternebatur in ecclesia crebris et diuturnis orõnibus. Cui ego cum indicassem illis me scripturis curã maximã impẽderet ortus est sermo ipso narrante de anthonio egyptio monacho. cuius nomẽ excellẽter clarebat apud seruos tuos. nos aũt vsqꝫ in illam horam latebat Q̃d ille vbi cõperit: immoratus est in eo sermone insinuans tantũ virũ ignorantibus: et admirans tandem nostraz ignorantiã. Stupebamus autem audientes tã recenti memoria: et ꝓpe nr̃is tꝑibus testatissima mirabilia tua in fide recta et catholica ecclesia.

R Oẽs mirabantur: et nos qꝛ tã magna erant: et ille quia inaudita nobis erant Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorũ greges: et mores suaue olentie tue et vbera deserta heremi: quorũ nos nihil sciebamus. Et erat monasteriũ mediolani plenum bonis fratribus extra vrbis menia sub ambrosio nutritore: et nõ noueram⁹. Pertendebat ille et loquebatur adhuc et nos intẽti tacebamus. Vñ incidit vt diceret nescio qñ se et tres alios contubernales suos nimirum apud treueros cum imperator pro meridiano circensium spectaculo teneretur: exisse deambulatum in ortos muris contiguos: atqꝫ illic vt forte conbinati spaciabantur. vnum secum seorsum ꝛ alios duos itidem seorsũ pariter ꝙ digressos. Sed illos vagabundos irruisse i quãdã casam vbi habitabant qdã serui tui spiritu pauperes: qualiũ ẽ regnum celorum: et inuenisse ibi codicẽ i quo scripta erat vita anthonii. Quaz legere cepit vnus eorum: ꝛ mirari ꝛ accendi: et inter legendum meditari arripere talẽ vitã: ꝛ relicta militia sclr̃i seruire tibi. Erant autem ex eis quos dicũt agentes in rebus. Tunc subito repletꝰ amore sancto et sobrio pudore: iratus sibi coniecit oculos in amicum et ait illi. Dic queso te: omnibus istis laboribꝰ nostris quo ambimꝰ peruenire? Quid querimus? Cuius rei causa militamus Maior ne esse poterit spes nostra in palacio: ꝙ vt amici imperatoris simus? Et ibi quid non fragile: plenumqꝫ periculis? Et per quot pericula peruenitur ad grandius periculum? Et ꝙdiu istud erit? Amicus autem dei si voluero ecce nũc fio. Dixit hoc ꝛ turbidus parturitiõe noue vite reddidit oc̃los paginis: ꝛ legebat ꝛ mutabat intus vbi tu videbas: ꝛ exuebatur mũdo mẽs eiꝰ vt mox apparuit. Nã qꝫ dũ legit et voluit fluctꝰ cordis sui: ifremuit aliquãdo ꝛ discreuit. decreuitqꝫ meliora: iamqꝫ tuꝰ ait amico suo.

L Ego iã abrupi me ab illa spe nostra: et ideo seruire statui: ꝛ hoc ex hora hac. In hoc loco aggredior: te si piget imitari noli aduersari. Respondit ille adherere se socio tante mercedis tanteqꝫ militie. Et ambo iam tui edificabant turrim sumptu idoneo relinquẽdi omnia ꝛ sequẽdi te. Tum ponticianus ꝛ qui cũ eo ꝑ alias orti partes deambulabant querentes eos: deuenerũt in eodem locum: ꝛ inuenientes admonuerũt vt redirẽt ꝙ iam declinasset dies. At illi narrato placito ꝛ proposito suo: ꝗ modo in eis talis

volũtas orta esset atq; firmata: petiue runt ne sibi molesti essent: si adiungi re cusarent. Isti aũt nichilo mutati a pri stinis fleuerũt se tñ vt dicebat: atq; illis pie congratulati sunt: et commendaue runt se orõibus eoꝝ. et trahentes cor i terram abierũt in palaciũ. Illi aũt affi gentes cor in celo manserunt in causa. Et ambo habebant sponsas. Que po stea qꝫ hoc audierunt: dicauerunt etiã ipse v̄ginitatem tibi. Narrabat hec põ ticianus. Tu aũt domine int̃ v̄ba eius retorquebas me ad meipsum auferens me a dorso meo. vbi me posuerã dũ nol lẽ me attendere. et cõstituebas me ante faciã meam vt viderẽ qꝫ turpis essem. qꝫ distortus et sordidus maculosus et vl cerosus. Et videbã et horrebã: et quo a me fugerem non erat. Et si conabar a me auertere aspectũ: narrabat ille qđ narrabat. et tu me rurs⁹ opponebas mi hi: et impingebas me in occulos meos vt inuenirẽ iniq̃tatẽ meã et odissẽ.

M Nouerã eã sed dissimulabam et cohibebã et obliuiscebar. Tũc v̄o qꝫto ardentius amabam illos de quibus au diebam salubres effectus q̄ se totos ti bi sanãdos dederant: tãto execrabilius me comparatum eis oderam. Qm̄ multi mei anni mecũ effluxerãt: forte duode ci anni: ex quo ab vndeuigesimo anno etatis mee lecto ciceronis hortẽsio: ex citatus eram studio sapientie: et differe bã cõtempta felicitate terrena ad eam innestigandam vacare: cui⁹ nõ inuen tio sed vel sola inquisitio iam p̄ponẽda erat etiam inuẽtis thesauris regnisq; gẽtiũ: et ad nutum circunfluẽtibus cor poris voluptatibus. At ego adolescẽs miser valde: miser in exordio ipsius ado lescẽtie etiã petierã a te castitatẽ. et di xerã. da mihi castitatẽ et cõtinẽtiam: sꝫ noli modo. Timebã enim ne me cito ex audires et cito sanares a morbo concu piscẽtie: quẽ malebã expleri qꝫ extin gui. Et ierã p vias prauas sup̄stitione sacrilega. non quidẽ certus in ea sꝫ q̄si p̄ponens eam cet'is que non pie quere bam: sꝫ inimice opugnabã. Et putaue ram me propt'ea differre de die in diem cõtempta spe seculi te solũ seq: quia nõ mihi appebat certũ aliq̃d quo dirige rem cursum meũ. Et venerat dies quo nudarer mihi: et increparet me consciẽ tia mea. Vbi est ligua? Nempe tu dice bas propt' incertũ v̄um nolle te abiice re sarcinam vanitatis. Ecce iam certũ est: et illa te adhuc p̄mit humerisq; libe rioribus penas recipiũt. qui neq; ita i quirendo attriti sunt: nec decẽnio et am plius ista meditati. Ita rodebar intus et confũdebar pudore horribili vehemẽ ter cũ põtician⁹ talia loq̃ret.

M Terminato aũt sermõe et cã q̃ vene rat: abiit ille. Et ego ad me. Que nõ in me dixi: quibus sentẽtiarum verberib⁹ non flagellaui aĩam meam: vt sequeret me conantem post te ire: et retinebatur Recusabat: et non se excusabat. Cõsum pta erant et conuicta argumẽta oĩa. Re manserat muta trepidatio et quasi mor tem reformidabat retringi a fluxu con suetudinis quo tabescebat in mortem. Tum in illa grandi rixa int'ioris dom⁹ mee quam fortit' excitaueram cũ ãima mea in cubiculo nr̃o corde meo: tã vul tu qꝫ mẽte turbatus inuado alipiũ: et exclamo. Quid patimur? Quid ẽ hoc? Quid audisti? Surgũt indocti et celũ rapiunt: et nos cũ doctrinis nostris si ne corde ecce vbi volutamur i carne et sãguine? An q2 p̄cesserũt pudet sequi. et nõ pudet nec saltẽ sequi. Dixi nescio q̃ talia et abripuit me ab illo estus me⁹ cum taceret attonitus me intuẽs. Ne q; eniꝫ solita sonabam. Plus loq̃bãtur aĩam meã frõs: gene: oculi: calor: mod⁹ vocis: qꝫ v̄ba q̃ p̄mebã. Ortulus q̃dã erat hospitii nr̃i: quo nos vtebamus si cut tota domo. Nã hospes ibi non ha bitabat dominus domus. Illuc me ab stulerat tumultus pectoris vbi nemo i pediret ardentem liteꝫ quaꝫ mecuꝫ ag gressus eram: donec exiret qua tu scie bas. Ego aũt non sciebam. Sed tamẽ insaniebam salubrit': et moriebar vitali ter ignarus quid mali esseꝫ. et ignarus quid boni post paululum futurus es sem Abscessi ergo in ortum: et alipius pedem post pedem. Neq; enim secretũ

meum non erat: vbi ille aderat. Aut qñ me sic affectum desereret. ¶ Sedimus q̃tum potuimus remoti ab edibus. Ego fremebã spũ idignãs idignatiõe turbulentissima: qđ nõ irẽ i placitũ ⁊ pactũ tecũ deus meus: in qđ eũdũ esse oia ossa mea clamabãt: ⁊ in celũ tollebant laudibus: ⁊ non illuc ibatur nauibus. aut quadrigis: aut pedib⁹: q̃tum saltem de domo in eum locũ ieraȝ vbi sedebamus. Naȝ nõ solũ ire: veruȝ etiam puenire illuc: nihil erat aliud q̃ velle ire sed velle fortiter ⁊ integre nõ semisauciã hac atq̃ hac ꝟsare ⁊ iactare volũtateȝ: parteȝ assurgẽteȝ cũ alia perte cadẽte luctãtẽ. Deniq̃ tã multa faciebã corpore i ipsis cũctationibus esti b⁹ q̃ aliqñ volũt hoies ⁊ nõ valẽt. si aut ipsa membra nõ habeãt aut ea vel colligata vincul' vel resoluta lãguore: vl' quomodo i pedita sit. Si vulsi capillũ: si percussi frõteȝ: si cõsertis digitis amplexat⁹ sum genu: q: volui feci. Potui aũt velle ⁊ nõ facere si mobilitas mẽbrorũ nõ obsequeretur. Tã multa ergo feci vbi nõ hoc erat velle qđ posse: ⁊ nõ faciebã qđ ⁊ incõpabili affectu ã plius mihi placebat. ⁊ mox vt vellẽ possẽ: q: mox vt vellẽ vtiq̃ vellẽ. ¶ Ibi eniȝ facultas ea q̃ volũtas: ⁊ ipm velle iã facere erat: ⁊ tñ nõ fiebat facilius q̃ obtempabat corpus tẽuissime volũtati aie vt ad nutũ mẽbra mouerẽtur q̃ ipsa sibi aia ad volũtatẽ suã magnã in sola volũtate perficiẽdã. Unde hoc mõstrũ? ⁊ quare istud? Luceat mia tua: ⁊ iterrogẽ si forte mihi respõdere possint latebre penaꝝ hoiȝ ⁊ tenebrosissime cõtritiões filioꝝ adã. Unde hoc mõstrũ: ⁊ quare istud? Imperat animus corpori ⁊ paret statiȝ: imperat animus sibi ⁊ resistitur. Imperat ãimus vt moueatur manus ⁊ tãta est facilitas vt vix a seruitio discernatur imperiuȝ. Et ãimus ãimus: manus aũt corpus est. Impat ãimus vt velit ãimus. nec alr' est nec facit tñ. Unde hoc monstruȝ: ⁊ quare istud? Imperat inq̃ vt velit: qui nõ imperaret nisi vellet: ⁊ nõ fit quod imperat. Sȝ nõ ex toto vult. nõ ẜ ex toto imperat. Naȝ intãtuȝ imperat inq̃tum vult. ⁊ intãtuȝ non fit quod imperat in q̃tuȝ non vult. Quoniaȝ voluntas imperat vt sit voluntas: nec alia sed ipsa. Nõ igitur mõstruȝ partiȝ velle partiȝ nolle: sed egritudo ãimi est: quia nõ totus assurgit veritate subleuatus cõsuetudie ꝓ̃grauatus. Et ideo sũt due volũtates quia vna earuȝ tota nõ est: ⁊ hoc adest alt'i quod deest alteri. Pereãt a facie tua deus sicuti pereũt vãiloqui ⁊ mẽtis seductores. qui cuȝ duas volũtates in deliberãdo ãimaduerterint duas naturas duarum mẽtium esse asseuerãt: vnam bonam alterã malã. Ipsi veri mali sũt cum ista mala sentiunt ⁊ ideȝ ipsi boni erũt si vera sẽserit: verisq̃ cõsenserint. vt dicat i eis apostolus tuus. Fuistis aliquando tenebre: nũc autẽ lux in domino. Illi eniȝ duȝ volũt esse lux in domino sed i sei psis: putando ãime naturaȝ hoc esse quod de⁹. ita facti sũt densiores tenebre qm̃ lõgius a te recesserũt horrẽda arrogãtia. a te vero lumie illuminãte oẽm hoieȝ veniẽtẽ i hũc mũduȝ. ¶ Attẽdite qđ dicatis ⁊ erubescite: ⁊ accedite ad euȝ ⁊ illumiamini: ⁊ vultus vr̃i nõ erubescẽt. Ego cũ deliberabã vt iã seruirẽ dñõ deo meo sicut diu disposuerã ego eraȝ q̃ volebã: ego q̃ nolebã ego ego eraȝ. Nec plene velebaȝ: nec plene nolebaȝ. Ideo mecuȝ contẽdebam: ⁊ dissipabar a meipso. Et ipsa dissipatio me inuito quideȝ fiebat. nec tñ ostendebat naturam mentis aliene: sed penam mee. Et ideo nõ iaȝ ego operabar illã sed quod habitabat in me peccatum de supplicio liberioꝛi pcti: quia eram filius adȝ. Naȝ si tot sunt contrarie natur e quot voluntates sibi resistunt. non iaȝ due sed plures erunt. Si deliberet quisq̃ vtruȝ ad conuenticulum eoꝛuȝ pergat: an ad theatruȝ: clamant isti. Ecce due nature: vna bona hac adducit: altera mala illac reducit. ¶ Naȝ vnde ista cunctatio sibimet aduersãtium voluntatum? Ego autem dico ambas malas: ⁊ que ad illos ducit: ⁊ que ad theatrum reducit. Sed

non credunt nisi bonaꝫ esse qua itur ad eos. Quid si ergo quisꝗ nostrum deliberet: ⁊ secū altercātibus duabus volūtatibus fluctuet: vtrū ad theatrū pgat an ad ecclesiā nostrā? Nōne ⁊ illi quid respōdeant fluctuabūt? Aut enim fatebūtur q͛d volūt bona voluntate pergi in ecclesiā in nostrā sicut in eam pergunt qui sacramentis eius imbuti sunt atqꝫ detinenꝭ: aut duas malas naturas: et duas malas mentes in vno homine confligere putabūt: ⁊ nō erit verꝫ q͛d solent dicere vnā bonā ⁊ alterā malā. aut cōuertētur ad verū ⁊ nō negabūt cū quisꝗ deliberat animā vnā diuersis voluntatibus estuare. ℞ Iā ergo nō dicāt cū duas volūtates in hoie vno aduersari sibi sentiunt: duas contrarias mentes de duabus contrariis pricipiis cōtēdere vnā bonā: alterā malaꝫ. Nam tu deꝰ verax iprobas eos et redarguis atqꝫ cōuincis eos: sicut in vtraqꝫ mala voluntate. cū quisꝗ deliberat vtruꝫ hominem veneno interimat an ferro: vtrū fundū alienū illū an illum inuadat. qñ vtrūqꝫ non pōt. vtrum emat voluptatē luxuria: an pecuniam seruet auaricia. vtrū ad circū pergat an theatrū. si vno die vtrūqꝫ exhibeaꝭ: addēdo etiaꝫ tertiuꝫ an ad furtum de domo aliena si subest occasio. addo ⁊ quartum an ad cōmittendum adulteriū si ⁊ inde simul facultas aperiꝭ: si oia cōcurrant ī vnū articulū tpis pariterqꝫ capiāꝭ oia q̄ simꝭ agi nequeunt discerpunt enim animum sibimet aduersantibus quattuor voluntibus vel etiā pluribus in tanta copia rerū q̄ appetunꝭ: nec tamen tantā multitudinē diuersaꝝ substātiarū solēt dicere. Ita et in bonis voluntatibus. Nā q̄ro abs te vtrū bonū sit delectari lectione apl̄i: ⁊ vtrū sit bonū delectari psalmo sobrio: ⁊ vtrū bonū sit euangeliū disserere. Respondebunt ad singula: bonū Quid si ergo pariꝭ delectēt oia simulqꝫ vno tpe? Nōne diuerse volūtates distendunt cor hominis cum deliberaꝭ q̄d potissimū arripiamꝰ? Et oēs bone sunt et certant secū donec eligatur vnū quo feratur tota voluntas vna. q̄ in plures diuidebaꝭ. S Ita etiaꝫ cum eternitas delectat supiꝰ ⁊ tpalis boni voluptas retentat iferiꝰ. eadē aīa ē nō tota volūtate illud aut hoc volens et iō discerpiꝭ graui molestia: dū illud veritate p̄ponit hoc familiaritate non ponit. Sic egrotabam et excruciabar accusans memetipsum solito acerbiꝰ nimis ac voluēs et versans me in vinculo meo donec abrūpereꝭ totū quo iam exiguo tenebar. Sed tenebar tñ: et instabas tu in occultis meis dn̄e seuera mia flagella ingeminans timoris et pudoris: ne rursus cessarē et nō abrūpereꝭ idipm exiguū et tenue q͛d remanserat: et reualesceret iterū et me robustius alligaret Dicebaꝫ ei apud me intus. Ecce modo fiat: modo fiat. Et cū v̄bo iaꝫ ibaꝫ ī placitū: iaꝫ pene faciebaꝫ et non faciebaꝫ nec relabebar tñ in pristina: sed de proximo stabaꝫ et respirabaꝫ. Et itē conabar et paulominus ibi eraꝫ: et paulominus iaꝫ iamqꝫ attingebaꝫ et tenebaꝫ: et nō ibi eraꝫ nec attigebaꝫ nec tenebam. hesitans mori morti: et vite viuere. ¶ Plusꝗ in me valebat deterius inolitū q̄ melius insolitū: punctūqꝫ ipm tēpis quo aliud futurus eram q̄to propius admouebaꝭ: tanto ampliorē icutiebat horrorem: sed nō repcutiebat retro: nec auertebat: sed suspēdebat. Retinebant nuge nugaꝝ: et vanitates vanitatuꝫ antique amice mee: et succutiebant vesteꝫ meaꝫ carneaꝫ submurmurabāt. Dimittis ne nos? et a momēto isto nō erimus tecum vltra ineternum: et a momento isto non tibi licebit hoc et illud vltra in eternum? Et q̄ suggerebant ī eo quod dixi hoc ⁊ illud q̄ suggerebāt deꝰ meus auertat ab aīa serui tui ī misericordia tua: quas sordes suggerebant? q̄ dedecora. Et audiebā eas iam longe minꝰ q̄ dimidius: non tanꝗ libere cōtradicētes eūdo in obuiā: sꝫ veluti a dorso mussitantes. ⁊ discedente quasi furtiꝫ vellicantes vt respicerē: retardabant tñ me cunctantem abripere atqꝫ excutere ab eis ⁊ transilire quo vocabar: cū diceret mihi cōsuetudo violenta. Putasne sine istis poteris? Sed iam tepidissime

hoc dicebat. Aperiebatur eniȝ ab ea pte
qua intenderã faciẽ: et quo trãsire tre
pidabã: casta dignitas cõtinentie. sere
na et nõ dissolute hylaris: honeste blan
diens vt venirẽ neq3 dubitarem. et extẽ
deãad me suscipiendũ et amplectẽdũ
pias manus plenas gregib⁹ bonorum
exemplorum. V Ibi tot pueri et
puelle ibi iuuentus multa et oĩs etas ⁊
graues vidue: et virgines anus et ĩ oĩ
bus ipsa cõtinẽtia neq̃q̃ sterilis sed
fecunda mater filiorum gaudiorum de
marito te dñe. Et irridebat me irrisiõe
exhortatoria. quasi diceret. Tu non po
teris qd isti et iste? An vero isti et iste in
semetipsis possũt: ac non in domino deo
suo? Dominus deus eorum me dedit eis
Quid in te stas et non stas? Proice te
in eũ noli metuere: non se subtrahet vt
cadas. Proice te secur⁹: excipiet te et
sanabit te. Et erubescebã nimis q2 illa
rum nugarũ murmur adhuc audiebã
et cunctabũdus pendebã. Et rursus il
la. q̃si diceret. Obsurdesce aduersus im
mũda illa mẽbra tua sup terrã vt mor=
tificentur. Narrant tibi delectationes:
sed nõ sicut lex dñi dei tui. Ista cõtro=
uersia in corde meo: non nisi de meipõ
aduersus meipsũ. At alipius affixus la
teri meo: inusitati motus mei exitum ta
citus operiebatur. Ubi vero a fũdo ar
chano alta consideratio cõtraxit et cõ
gessit totã miseriã meã in cõspectu cor
dis mei: aborta est pcella ĩgens: ferens
ingentem imbrem lachrymarum. X
Et vt totum effunderem cum vocibus
suis: surrexit ab alipio. Solitudo mihi
ad negociũ flendi aptior suggerebatur
Et secessi remoti⁹ q̃ vt posset mihi one
rosa esse etiã eius presentia. Sic tunc
erã: et ille sensit. nescio. Quid enĩ puto
dixerã: in quo apparebat sonus vocis
mee iam fletu grauidus et sic surrexe=
rã. Mansit q̃ ille vbi sedebamus: ni=
mis stupens. Ego sub quadã fici arbo
re straui me nescio quomodo: et dimisi
habenas lachrymis: et pruperũt flumi
na oculorum meorum. acceptabile sacrifici=
um tuũ. Et nõ quidem his verbis sed ĩ
hac sententia multa dixi tibi Et tu dñe

vsq3 quo? Usq3 quo dñe. irasceris ĩ finem
Ne memor fueris iniquitatum nostra=
rum antiquarum. Sentiebã eniȝ ab eis
me teneri et iactabam voces miserabi=
les. Quãdiu q̃diu cras et cras? Qua
re nõ modo? quare non hac hora finis
turpitudinis mee? Dicebã hec et flebã
amarissima contritione cordis mei. Et
ecce audio vocem de vicina domo cũ cã
tu dicẽtis et crebro repetẽtis quasi pue
ri an puelle nescio. Tolle lege: tolle le=
ge. Statimq3 mutato vultu intentissi=
mus cogitare cepi. vtrum nam solerent
pueri in aliquo genere ludendi canta=
re tale aliqd: nec occurrabat oĩno audi
uisse me vsq̃. Y Repressoq3
impetu lachrymarum surrexi: nihil aliud ĩ
terptans diuinitus mihi iuberi: nisi vt
aperirem codicẽ et legerem quod primũ
capitulum inuenissem. Audierã enĩ de
anthonio q ex euangelica lectione cui
forte supuenerat admonit⁹ fuerit tãq̃
sibi diceretur qd legebatur. vade vẽde
oĩa q̃ habes et da pauperibus: et habe
bis thesaurum ĩ celis: et veni sequere me.
et tali oraculo confestim ad te esse cõu
sum. Itaq3 cõcitus redii ad eũ locũ vbi
sedebat alipi⁹. ibi eniȝ posuerã codicem
apostoli cũ inde surrexerã. Arripui: a=
perui: et legi in silentio capitulum quo
primũ coniecti sunt oculi mei. Non in
comesationibus et ebrietatib⁹: nõ in cu
bilibus et impudicitiis: nõ ĩ contentio
ne et emulatione. sȝ induite dñm nostrũ
iesum Christum. et carnis puidẽtiã ne
feceritis ĩ cõcupiscẽtiis. Nec vltra vo=
lui legere nec opus erat. Statim quippe
cũ fine huiusce sẽtẽtie quasi luce securi
tatis infusa cordi meo: oẽs dubitatio=
nis tenebre diffugerunt. Tũ interiecto
aut digito aut nescio quo alio signo co
dicem clausi: et trãqllo iam vultu indi
caui alipio. At ille qd ĩ se ageretur quod
ego nesciebã sic indicauit. Z Petit
videre quid legissem. Ostendi: et atten
dit etiam vltra q̃ ego legeram: et igno
rabã quid sequeretur. Sequebatur vero
Infirmũ autem in fide recipite. Quod
ille ad se retulit. mihiq3 aperuit. Sed
tali admonitione firmatus est. placi=

toq3 ac proposito bono ꝛ congruentissimo suis moribus quib⁹ a me in melius iam olim valde longeq3 distabat: sine vlla turbulentia cunctatione coniunct⁹ est. Inde ad matrem ingredimur idicamus. gaudet. narramus quẽadmodu3 gestum sit. Exultat ꝛ triumphat ꝛ bñdicebat tibi qui potens es vltra q̃ petimus aut intelligimus facere: q2 tanto amplius sibi a te cõcessum de me videbat: q̃ paterne solebat miserabilib⁹ ei⁹ flebilibusq3 gemitib⁹. Conuertisti enim ita me ad te: vt nec vxorẽ quererẽ: nec aliquã spem seculi hui⁹: stans in ea regula fidei in qua me añ tot annos ei reuelaueras. Et cõuertisti luctum eius in gaudium multo vberius q̃ voluerat ꝛ multo charius atq3 chastius q̃ de nepotibus carnis mee requirebat.

¶ Explicit liber octauus

¶ Incipit nonus



Domine ego seru⁹ tuus ego seruus tuus ꝛ filius ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiam laudis. Laudet te cor meum ꝛ ligua mea. et oĩa ossa mea dicant: domine quis similis tibi? dicant et responde mihi: et dic aĩe mee. sal⁹ tua ego sum. Quis ego: et qualis ego? q̃d non mali ego autem facta mea aut si non facta dicta mea. aut si non dicta voluntas mea fuit. Tu autem domine bonus et misericors et dextera tua respiciens profunditatem mortis mee: ꝛ a fundo cordis mei exhauriens abyssum corruptionis. Et hoc erat totum nolle quod volebas: et velle quod nolebas. s3 vbi erat tam annoso tempore: et de quo imo altoq3 secreto euocatum est in momento liberum arbitrium meum quo subderem ceruicem leni iugo tuo: et humeros leui sarcine tue Christe iesu adiutor meus et redemptor meus? Quam suaue mihi subito factum ẽ carere suauitatibus nugaꝝ: et quas amittere metus fuerat: iam dimittere gaudium erat. eiciebas enim eas a me vera tu et summa suauitas: eiciebas et intrabas pro eis omni voluptate dulcior: sed non carni et sanguini. omni luce clarior: sed omni secreto interior: omnĩ honore sublimior: sed non sublimibus ĩ se. B Iam liber erat animus meus a curis mordacibus ambiẽdi et acquirendi et volutandi atq3 scalpandi scabiem libidinum. et garriebã tibi claritati mee et diuitiis meis et saluti mee domino deo meo. Et placuit mihi in conspectu tuo non tumultuose abrupere: sed leniter subtrahere ministerium lingue mee nũdinis loquacitatis: ne vlterius pueri meditantes. nõ legẽ tuam. non pacem tuam: sed insanias mendaces ꝛ bella forensia mercarẽtur ex ore meo arma furori suo. Et opportune iam paucissimi dies supererãt ad vindemiales ferias: ꝛ statui tolerare illos vt solemniter absceederem et redemptus a te iam non redirem venalis Consilium ergo nostru3 erat coram te coram hominibus aute3 nisi nostris nõ erat. Et cõuenerat inter nos ne passi3 cuiq̃ effunderetur. q̃q̃ tu nobis a conualle plorationis ascendentibus ꝛ cantantibus canticum graduum dederas sagittas acutas. ꝛ carbões vastatores aduersus linguam subdolam. velut consulendo contradicentem. ꝛ sicut cibum as solet amãdo cõsumẽtẽ. Sagittaueras tu cor nostrũ charitate tua: ꝛ gestabamus ꝟba trãsfixa visceribus: et exempla seruoꝝ tuorum quos de nigris lucidos: de mortuis viuos feceras cõgesta in signum cogitatiõis nostre vrebãt ꝛ absumebant grauem torporem: ne in ima vergeremus: ꝛ accendebãt nos valde vt omnis ex lingua subdola cõtradictionis flatus inflammare nos acrius posset: nõ extinguere. Veruntamen q2 propt̃ nomen tuũ qd̃ sãctificasti per terras etia3 laudatores. vtiq3 haberet votum ꝛ propositu3 nr̃m: iactantie simile videbat̃: non opiri ta3 proximum feria

rũ tẽpus:sed de publica confessiõe atq;
añ oculos oim sita añ discedere:vt con
uersa in factũ meũ ora cũctoꝝ intuẽtiũ
q̃ vicinum vindemialium diem preue-
nire voluerim:multa dicerent ꝙ quasi
appetissem magnus videri. C

Et quo mihi erat istud vt putaret̃ ⁊ dis
putaret̃ de aio meo:⁊ blasphemaret̃ bo
nũ nr̃m:Quinetiam ꝙ ista estate litte-
rario labori nimio pulmo meus cedere
ceperat: ⁊ difficulter trahere suspiria
doloribusq; pectoris testari se saucium
vocẽq; clariorẽ productiorẽve recusare
primo perturbauerat me:q2 magisterii
illius sarcinam pene iam necessitate de
ponere cogebar.aut si curari et conua
lescere potuissem certe intermittere.s3
vbi plena voluntas vacandi et vidẽdi
quoniam tu es dominus:oborta mihi ẽ
atq; firmata:nosti deus meus etiã gau
dere cepi:ꝙ hec quoq; suberat non mẽ
dax excusatio que offensionem hominũ
tẽperaret:q̃ propter liberos suos me li-
berũ esse nunq̃ volebãt.Plenus igitur
tali gaudio tollerabã illud interuallu3
tpis:donec decurreret:nescio vtrũ vel vi
ginti dies erãt:s3 tñ fortit̃ tollerabãtur
q2 recesserat cupiditas q̃ mecũ solebat
ferre graue negocium.et ego premen-
dus remanseram nisi patiẽtia succede
ret.Peccasse me in hoc quisq; seruoru3
tuoꝝ fratrũ meoꝝ dixerit:ꝙ iam pleno
corde militia tua passus me fuerim vel
vna hora sedere i cathedra mẽdacii. at
ego nõ cõtẽdo.Sed tu domine miseri-
cordissime:nonne et hoc peccatum cum
ceteris horrendis ⁊ funereis in aqua
sctã ignouisti ⁊ remisisti mihi. D

Macerabat̃ anxietudine verecundus de
isto nr̃o bono:ꝙ propter vincula sua q̃-
bus tenacissime tenebatur deseri se no
stro consortio videbat nondum christia
nus coniuge fideli:ea ipsa tamẽ arctio
re pre ceteris cõpede ab itinere qđ ag-
gressi eramꝰ retardabatur.Nec christi
anum esse ab alio modo se velle dicebat
q̃ illo quo nõ poterat.Benigne sane ob
tulit:vt q̃diu ibi essemꝰ in rure eiꝰ esse-
mus.Retribues illi domine in resurre
ctione iustoꝝ:q2 iam ipã3 sortẽ retribui
sti ei.Quãuis.n.absẽtibus nobis cũ ro
me iam essemus: corporali egritudine
correptus ⁊ i ea christianꝰ ⁊ fidelis fa
ctus ex hac vita migrauit:ita misertus
es non solũ eiꝰ:sed etiã nostri:ne cogitã
tes egregiam circa nos amici humani
tatem.nec eum in grege tuo numeran-
tes: dolore intollerabili cruciaremur.
Gratias tibi dñe deus noster.tui sumꝰ
indicant hortationes ⁊ indicationes
tue.Fidelis promissor reddes verecun
do pro rure illo eiꝰ cassiaco:vbi ab estu
seculi requieuimus in te:amenitatẽ sẽ-
piterne virẽtis padisi tui:quoniam di-
misisti ei peccata sup terrã i mõte inca
seato monte tuo.monte vberi.Angebat̃
ergo tũc ipẽ. nebridius autem collebat̃
Quamuis enim ⁊ ipse nõdum christia
nus in illã foueam pniciosissimi erroris
inciderat:vt veritatis filii tui carnem fã
tasma crederet:tñ inde emergens sic si
bi erat:nondum imbutꝰ vllis ecclie tue
sacris:sed inquisitor ardẽtissimus veri
tatis.Quẽ non multo post cõuersionẽ3
nostrã regenerationẽ per baptismũ tu
um:ipsum etiam fidelem catholicũ ca-
stitate pfecta atq; continẽtia tibi serui
entẽ i africa apud suos.postq̃ tota do-
mꝰ eiꝰ p eũ christiana facta esset: carne
soluisti ⁊ nunc ille viuit in sinu abrahe
E Quicq̃d illud est quod illo si-
gnificat̃:ibi nebridius meꝰ viuit dulcis
amicus:tuus autẽ domine adoptiuus
ex liberto filiꝰ ibi viuit.Nã quis alius
tali aie locꝰ?Ibi viuit.vñ me multa int̃
rogabat homũcionẽ inexptum. Iã nõ
ponit aurẽ ad os meum s3 spũale os ad
fontẽ tuum.⁊ bibit q̃tum põt sapia3 p
auiditate sua sine fine felix.Nec eũ sic
arbitror inebriari ex ea vt obliuiscatur
mei cum tu domine.quẽ potat ille.nr̃i
sis memor.Sic ergo eramus verecun
dum consolantes tristẽ salua amicitia
de tali cõuersatiõe nr̃a:⁊ exhortantes
ad fidẽ gradꝰ sui.vite sc3 coniugalis ne
bridium aũt opientes quando sequere
tur:quod de tã primo poterat:⁊ erat ia3
iamq; facturus.Cum ecce euoluti sunt
dies illi tãdẽ nã longi ⁊ multi videbant̃
pre amore libertatis otiose:ad cantan-

dū de medullis oīb⁹ : tibi dixit cor meū
quesiui vultū tuū: vultū tuū dn̄e requi=
rā . Et venit dies in quo etiam actu sol
uerer a pfessione rhetorica:vn̄ iam co=
gitatu solutus erā. Et factū est. Et erui
sti liguā meā vnde iā erueras cor meū
et benedicebam tibi gaudēs profectus
in villam cum meis omnib⁹ . Ibi quid
egerim in litteris iā quidem seruiētib⁹
tibi:sed adhuc in supbie scholam tanq̄
in pausatione anhelantib⁹ :testant̄ libri
disputati cū presentibus. et cū ipso me
solo corā te F Que aūt cū absē
te nebridio testant̄ epistole. Et qn̄ mihi
sufficiat tp̄s commemorandi om̄ia ma=
gna erga nos beneficia tua ī illo tēpore
presertim ad alia maiora properanti?
Reuocat enī me recordatio mea. ⁊ dul=
ce mihi fit dn̄e cōfiteri tibi. quib⁹ inter=
nis me stimulis perdomueris. et quem
admoduz me cōplanaueris humiliatis
montibus et collibus cogitationū mea=
rū:et tortuosa mea direxeris. et aspera
lenieris:quoquo mō ip̄m etiam alipiuz
fratrē cordis mei subegeris nomini vni
geniti tui dn̄i ⁊ saluatoris nr̄i iesu xp̄i ⁊
quod primo dedignabatur inseri litte=
ris nostris. Magis enī eas volebat re=
dolere gymnasiorū cedros:quas iā con
triuit dn̄s:q̄ salubres herbas ecclesia=
sticas aduersas serpentibus. Quas ti=
bi deus meus voces dedi cum legerem
psalmos dauid:cantica fidelia et sonos
pietatis excludētes turgidū spūm: ru=
dis in germano amore tuo cathecumi=
nus in villa cum cathecumino alipio fe
riatus:matre adherente nobis mulie=
bri habitu:virili fide:anili securitate.
materna charitate:christiana pietate.
Quas tibi voces dabam in psalmis il=
lis. ⁊ quomō in te inflāmabar ex eis. et
accendebar eos recitare si possem toto
orbe terraꝝ aduersus typū generis hu
mani? Et tn̄ toto orbe cantant̄. et nō est
qui se abscondat a calore tuo. Quam
vehementer et acri dolore indignabar
manicheis. et miserebar eos rursus q̄
illa sacramenta: illa medicamenta ne=
scirent. et insani essent aduersus antido
tum quo sani esse potuissent. Vellem
vt alicubi iuxta essent : tunc ignorante
me vtrum audirent: ⁊ me nesciēte q̄ ibi
essent:intuerētur faciem meam ⁊ audi=
rent voces meas qn̄ legi quartum psal=
mum:in illo tunc ocio q̄d de me fecerit
ille psalmus cum īuocarem te:exaudi=
sti me de⁹ iusticie mee ī tribulatiōe dila
tasti mihi G Miserere mei
dn̄e:⁊ exaudi orationē meam. Audirēt
ignorante me:vtrū audirent. ne me pro
pter se illa dicere putarēt. q̄ īter hec ver
ba dixeri. q2 ⁊ reuera nec ea dicerē:nec
sic ea dicerē si me ab eis audiri videriq̄
sentirem. nec si dicerē sic acciperēt quō
mecum ⁊ mihi corā te de familiari affe
ctu animi mei:inhorrui timendo. ibidez
q̄ inferbui sperando ⁊ exultando in tua
mīa pater. ⁊ hec oīa exibant per oculos
meos et vocem meā cum conuersus ad
nos spūs tuus bon⁹ ait nobis. Filij ho=
minū quousq̄ graues corde:vt q̄d dili=
gitis vanitatē:⁊ queritis mendacium?
Dilexeram enim vanitatem:⁊ quesierā
mendaciū. Et tu dn̄e iam magnificaue=
ras sanctum tuū. suscitans eum a mor=
tuis ⁊ collocans ad dexteram tuā vnde
mitteret ex alto promissionē suā para=
clitū spiritū v̄itatis. ⁊ miserat eū iā. sed
ego nesciebā. Miserat eum quia iā ma=
gnificatus erat resurgēs a mortuis ⁊ a
scendēs in celū. Ante autē spiritus non
dū erat datus. quia iesus nondum erat
clarificatus. Et clamat pp̄heta. Quo=
usq̄ graues corde? Ut q̄d diligitis va
nitatē ⁊ q̄ritis mēdaciū? Et scit ote qm̄
domin⁹ magnificauit sctm̄ suū. Clamat
quousq̄ clamat scitote Et ego tādiu ne
sciens vanitatē dilexi:et mendaciū q̄si=
ui. ⁊ ideo audiui ⁊ contremui : qm̄ tali=
bus dicit̄ qualē me fuisse reminiscebar
In fantasijs enī quas p veritate tenue
ra vanitas erat ⁊ mendacium. Et inso=
nui multa grauiter ⁊ fortiter:in dolore
recordatiōis mee. Que vtinā audissēt
qui adhuc diligunt vanitatē ⁊ q̄rūt mē=
daciū Forte cōturbarent̄:⁊ euomuissēt
illud: ⁊ exaudires eos cum clamarent
ad te:qm̄ v̄a morte carnis mortuus est
p nobis:q̄ te īterpellat p nobis.
H Legebā. irascimini ⁊ nolite pec

care. Et quō monebar deꝰ meꝰ: q̄ iā di-
diceram irasci michi de preteritis vt de
cetero non peccarē? Et merito irasci q̄r
non alia natura gentis tenebrarum de
me peccabat: sicut dicunt q̄ sibi non ira
scunt̄ ⁊ thesaurisant sibi iram in die ire
et reuelatiōis iusti iudicij tui. Nec iam
bona mea foris erāt nec oculis carneis
in isto sole querebantur. Volētes enim
gaudere forinsecus facile euanescūt. et
effundunt̄ in ea q̄ vidētur et tpalia sunt
et imagines eorū famelica cogitatione
lambūt. Et o si fatigent̄ inedia ⁊ dicāt.
Quis ostendit nobis bona? Et dicamꝰ
et audiant. Signatum est super nos lu-
men vultus tui dn̄e. Non enim lumen
nos sumꝰ qd̄ illuminat oēm hoīem ve-
nientē ī hūc mundū. sed illuminamur a
te: vt qui fuimꝰ aliqn̄ tenebre simꝰ lux
in te. O si viderēt internū lumen eter-
nū qd̄ ego q̄r gustauerā frēdebam. qm̄
nō eis poterā ondere si afferrent ad me
cor ī oclīs suis foris a te: et dicerēt. q̄s
on̄dit nobis bona Ibi eī: vbi mihi iratꝰ
erā intꝰ ī cubili vbi cōpūctꝰ erā: vbi sa-
crificauerā mactās vetustatē meā: ⁊ in
choata meditatione renouationis mee
sperans in te. ibi mihi dulcescere ceperas
et dederas leticiā in corde meo. Et ex-
clamabā legēs hec foris: et agnoscens
intꝰ. Nec volebā multiplicari terrenis
bonis deuorās tpa ⁊ deuoratꝰ tēporali
bus cum haberem in eterna simplicita-
te aliud frumētū ⁊ vinū et oleum. J
Et clamabā in cōsequenti versu: clamo
re alto cordis mei. O in pace. O in id-
ipm. O quid dixit. obdormiā et sōnum
capiā? Qm̄ quis resistet nobis: cum fiet
sermo qui scriptꝰ est. absorpta est mors
in victoria. Et tu es in idipsum valde: q̄
non mutaris ⁊ in te requies obliuiscens
laborē oīm qm̄ nullus alius tecum: sed
nec ad alia multa adipiscenda que non
sunt qd̄ tu. sed tu dn̄e singularit̄ in spe
constituisti me. Legebam ⁊ ardebā nec
inueniebā q̄d facerem surdis mortuis
ex quibus fuerā pestis latrator amarus
⁊ cecus aduersus litteras de melle celi
melleas. et de lumine tuo luminosas et
super inimicis scripture huius tabesce-
bam quādo recordabar omnia dierum
illorū feriatorū. Sed nec oblitꝰ sum: nec
silebo flagelli tui asperitatem: ⁊ miseri
cordie tue mirabilē celeritatē. Dolore
dentium tunc excruciabas me. ⁊ cum in
tantum ingrauasceret vt nō valerē loq̄
ascendit in cor meū admonere omnes
meos q̄ aderant vt deprecarent̄ te pro
me deum salutis oīmode. Et scripsi hoc
in cera. ⁊ dedi eis vt legerēt. Mox vt ge
nua supplici effectu fiximus fugit dolor
ille. Sed quis dolor? aut quomodo fu-
git. Expaui fateor domine meus deꝰ me
us. nichil enim tale ab ineunte etate ex
pertus fueram. Et insinuati sunt michi
in profundo nutus tui: et gaudens in fi
de laudaui nomē tuum. Et ea fides me
securū esse non sinebat de preteritis pec
catis meis. que michi p baptismum tu-
um remissa nondum erāt. Renunciaui
peractis vindemialibus vt scholasticis
suis mediolanenses venditorē verborū
aliū prouiderent. qd̄ et tibi ego seruire
delegissem et illi professioni pre difficul
tate suspirandi ac dolore pectoris non
sufficerē. K Et īsinuari per lite
ras antistiti tuo viro sctō ambrosio pri-
stinos errores meos ⁊ presens votū me
um: vt moneret quid mihi potissimum
de libris tuis legēdum esset. quo perci
piende tāte gratie parator aptior q̄ fie
rē. At ille iussit esaiā pphetā: credo q̄
pre ceteris euangelij vocationisq̄ gēti-
um sit prenunciatior aptior. Verūtamē
ego primā huius lectionē nō ītelligens
totūq̄ talē arbitrans distuli repetendū
exercitatior in dn̄ico eloquio. Inde vbi
tps aduenit quo me nomen dare opor-
teret relicto rure mediolanum remeaui
mus. Placuit et alipio renasci in te me
cum iam induto humilitate sacramētis
tuis congrua: ⁊ fortissimo domitori cor
poris: vsq̄ ad italicum solū glaciale nu
do pede obterendum insolito ausu. Ad
iunximus etiā nobis puerū adeodatum
ex me natum carnaliter de pecato meo.
Tu bene feceras eum. Annorū erat fer
me quindecim: et ingenio preueniebat
multos graues et doctos viros. Mune
ra tua tibi confiteor domine deus meus

creator oim et multum potes reformare nostra deformia. Nā ego in illo puero preter delictū nichil habebā. Quod enim enutriebatur a nobis i disciplina tua: tu inspirauera nobis: null' alius. Munera tua tibi cōfiteor. Et liber noster qui inscribit de magistro. Ipse ibi mecum loquit. Tu scis illius esse sensa oia que inserunt ibi ex psona collocutoris mei. cū esset in annis sexdecim: multa eius alia mirabiliora expertus sum. Horrori michi erat illud ingenium. Et quis pter te taliū miraculorum opifex? Cito de terra abstulisti vitā eius: et securior eum recordor: non timēs qcq̄ pueritie nec adolescētie: nec oīno homini illi. Sociauimus eū coeuū nobis in grā tua educandū in disciplina tua et baptisati sumus. et fugit a nobis sollicitudo vite preterite. Nec satiabar illis dieb' dulcedine mirabili cōsiderare altitudinē consilij tui sup salutē generis humani. Quantum fleui in himnis et cāticis tuis suaue sonātis ecclie tue vocib' cōmotus acrit? Voces ille influebant auribus meis. et eliquabat veritas tua in cor meū. et ex ea estuabat inde affectus pietatis et currebant lachrymē: et bn̄ michi erat cum eis. L Non longe ceperat mediolanēsis ecclia genus hoc cōsolationis et exhortationis celebrare magno studio fratrū cōcinentiū vocib' et cordibus. Nimirū annus erat aut nō multo amplius: cū iustina valentiniani regis pueri mat hominē tuū ambrosiū psequeret heresis sue cā qua fuerat seducta ab arrianis. Excusabat pia plebs in ecclia: mori parata cum epō suo suo tuo. Ibi mater mea ancilla tua sollicitudinis et vigiliarum primas partes tenens orationib' viuebat. Nos adhuc frigidi a calore spirit' tui excitabamur tamen ciuitate attonita atq̄ turbata. Tunc himni et psalmi vt canerentur secūdum morē oriētaliū ptium: ne populus meroris tedio cōtabesceret īstitutū est. et ex illo ī hodiernū retentū: multis iā ac pene oībus gregib' tuis et p cetera orbis imitātib'. Tūc memoratio antistiti tuo per visum aperuisti quo loco laterent martyrum corpora protasij et geruasij: q̄ per tot annos incorrupta in thesauro secreti tui recondideras vnde opportune promeres ad coercendā rabiē femineā: sed regiā. Cū em̄ propalata et effossa digno cum honore transferrent ad ambrosianā basilicā: non solum quos immundi vexabāt spūs confessis eisdē demonibus sanabant verū etiam quidā plures annos cec' ciuis ciuitati q̄ notissim' cū ppli tumultuātis leticie causā quesisset atq̄ audisset exiliuit. eo q̄ se vt duceret suum ducem rogauit. Quo pductus impetrauit admitti: vt sudario tangeret feretrū preciose in cōspectu tuo mortis sctōr tuor. Quod vbi fecit a tq̄ admouit oculis: confestim aperti sunt. Inde fama discurrens: inde laudes tue feruentes lucētes: inde illius inimice animus et si ad credendi sanitatē nō applicat': a psequēdi tn̄ furore cōpressus est. Grās tibi de' me'. Vn̄ et quo eduxisti recordationē meā vt hoc etiā cōfiterer tibi q̄ magna oblitus preterierā? M Et tn̄ tunc cū ita flagraret odor vnguētor tuor: non currebam' post te. et iō pl' flebā int cātica himnor tuor olim suspirās tibi. et tandem respirās quātū patet aura in domo fenea. Qui habitare facis vnanimes in domo: consociasti nobis et enodiū iuuenē ex nr̄o municipio. Qui cū agēs in rebus militaret: prior nobis ad te conuersus est et baptisatus. et relicta militia secularis: accinct' est in tua: simul eram' simul habitabamus placito sctō. Querebam' qnā locus nos vtilius haberet et seruientes tibi pariter remeabamus in africā. Et cum apud ostia tiberina essemus mater defūcta est. Multa ptereo q̄ multū festino. Accipe cōfessiōes meas et gratiarū actiones de' me': de rebus innumerabilib' etiā in silētio. Sed non preteribo qcqd michi aīa parturit de illa famula tua que me parturiuit et carne vt in hanc temporalē: et corde vt in eternam lucem renascerer. Non eius sed tua dicam dona in ea. Neq̄ enim se ipsam fecerat: aut educauerat seipsam. Tu creasti eam: nec pater nec ma=

ter sciebat q̄lis ex eis illa fieret. Et erudiuit eam ī timore tuo virga xp̄i tui: regimen vnici filij tui in domo fideli bono mēbro ecclesie tue. nec tanta erga suam disciplinā diligentiam matris predicabat. q̄ tam famule cuiusdā decrepite: q̄ patrem eius infantem portauerat. sicut dorso grādiuscularū puellarum paruuli portari solent. Cuius rei gr̄a ꝛ propter senectā ac mores optimos ī domo xp̄iana satis a dn̄is honorabatur. Vn̄ etiam curā dn̄icaꝝ filiaꝝ commissam sibi diligēter gerebat. ꝛ erat in eis coercendis cum opus esset sctā seueritate vehemēs atq̧ in docēdis sobria prudentia. Nam eas preter illas horas quibus ad mensam parentum moderatissime alebant᷑: etiā si exardescerēt siti nec aquā bibere sinebat: p̄caueēs cōsuetudinē malam: et addens v̄bū sanū. Modo aquā bibitis q: in ptāte vinū nō habetis. Cū autem ad maritos veneritis. facte dn̄e apothecarum ꝛ cellariorum aqua sordebit. sed mos potandi preualebit. H Hac ratiōe precipiēdi ꝛ auctoritate impetrādi frenabat auiditatē tenerioris etatis et ip̄am puellaꝝ sitim formabat ad honestū modū: vt iā nec liberet qd̄ non deceret. Et subrepserat tn̄: sicut mihi filio famula tua narrabat: subrepserat ei vinolentia. Nam cum de more tan̄q̄ puella sobria iuberet᷑ a parentibus de cupa vinū depromere: summisso poculo qua desup patet priusq̄ in lagūculā funderet merū: primoribus labris sorbebat exiguū: q: non poterat ampli⁹ sensu recusante. Non eni͂ vlla temulēta cupidine faciebat hoc: s; quibusdā supfluētibus etatis excessib⁹: q̄ ludicris motib⁹ ebulliūt. ꝛ in puerilib⁹ aīs maioꝝ pōdere p̄mi solent. Itaq̧ ad illud modicū quotidiana modica addēdo: qm̄ qui modica spernit paulatim decidit: in ea cōsuetudine lapsa erat. vt ꝑpe iā plenos mero caliculos inhianter hauriret. Vbi tunc sagax anus: et vehemēs illa prohibitio Nunquid valebat aliquid aduersus latentem morbum: nisi tua medicina dn̄e vigilaret super nos? Absente patre et matre et nutritoribus: tu presens: qui creasti. q̄ vocas: q̄ etiam per prepositos homines boni aliq̄d agis ad saīarum salutē. q̄d tunc egisti de⁹ me⁹. Vn̄ curasti Vn̄ sanasti? Nonne ꝓtulisti duꝝ ꝛ acutū ex altera aīa cōuiciū tan̄q̄ medicinale ferrū ex occultis ꝓuisionibus tuis. et vno ictu putredinem illam p̄cidisti? Ancilla eni; cum qua solebat accedere ad culpā litigās cū dn̄a minore: vt fit: sola cum sola obiecit hoc crimen amarissima insultatione vocās meri bibulam. Quo illa stimulo ꝑcussa respexit feditatē suā: cōfestimq̧ dānauit atq̧ exuit. Sicut amici adulantes peruertunt: sic inimici litigantes plerunq̧ corrigunt. Nec tu qd̄ ꝑ eos agis: sed qd̄ ip̄i voluerunt retribuis eis. O Illa eni͂ irata exagitare appetiuit minorē dn̄am non sanare. ꝛ iō clanculo. aut q: ita eas inuenerat locus ꝛ tp̄s litis. aut ne forte et ip̄a periclitaret᷑ qd̄ tā sero ꝓdidisset. At tu dn̄e rector celitū et terrenoꝝ ad vsus tuos cōtorquens profunda torrentis fluxum seculorū ordinans turbulentum etiā de alterius aīe insania sanasti alteram. Nec quisq̄ cum hoc aduertit potentie sue tribuat. si verbo eius alius corrigatur que; vult corrigi. Educata itaq̧ pudice ac sobrie potiusq̄ a te subdita parētibus: q̄ a parētibus tibi. vbi plenis annis nubilis facta est. tradita viro seruiuit veluti dn̄o. et sategit eum lucraui tibi. loquens te illi morib⁹ suis: quib⁹ eā pulchrā faciebas: et reuerent᷑ amabilē atq̧ mirabilē viro Ita autem tolerauit cubilis iniurias vt nullam de hac re cū marito haberet vn̄q̄ simultatem. Expectabat enim m̄iam tuā super eum: vt in te credens castificaret᷑. Erat vero ille p̄terea sicut beniuolētia precipuus. ita ira feruid⁹. Sed nouerat hec non resistere irato viro. non tantū facto sed ne v̄bo quidē. Iā v̄o refracto ꝛ q̄eto cu; opportunū viderat rōnē facti sui reddebat. si forte ille incōsideranti⁹ cōmot⁹ fuerat. Deniq̧ cum matrone multe: quarum viri mansuetiores erant plagarum vestigia etia; dehonestata facie gererent. inter amica colloquia ille arguebant maritorum vitā: hec earū lin-

gnā velut per iocū grauiter admonens ex quo illas tabulas q̄ matrimoniales vocant recitari audissent. tanq̄ instrumenta quibus ancille facte essent deputare debuissent. proinde memores conditionis superbire aduersus dn̄os non oportere. Cūq̄ mirarent̄ ille scientes q̄ ferocē coniugem sustineret nunq̄ fuisse auditum. aut aliquo indicio claruisse q̄ patricius ceciderit vxorem. aut q̄ ea se inuicem vel vnum diē domestica lite dissenserint & causam familiariter q̄rerent docebat illa institutū suū qd̄ supra memoraui. Que obseruabant experte gratulabant̄: q̄ non obseruabāt subiecte vexabant̄. Socrū etiā suā primo susurriis malarum ancillarū aduersus se irritatā sic vicit obsequiis pseuerans tolerantia & mā suetudine. vt illa vltro filio suo medias linguas famularū pderet quibus inter se & nurum pax domestica turbabatur: & expeteret vindictam. P

Itaq̄ postea q̄ ille & mr̄i obtemperans et curās familie disciplinā & cōcordie suorū cōsulens: pditas ad pdentis arbitrium verberibus coercuit. pmisit illa talia de se premia sperare debere. quecunq̄ de sua nuru sibi quo placeret mali aliqd loq̄ret̄: nullaq̄ iam audente memorabili inter se beniuolentie suauitate vixerunt. Hoc quoq̄ illi bono mancipio tuo: id cuius vtero me creasti deus meus mīa mea munus grande donaueras: q̄ inter dissidentes atq̄ discordes quaslibet aīas vbi poterat tam se prebebat pacificā. vt cū ab vtraq̄ multa de inicem audiret amarissima: qualia solet eructare turgens atq̄ indigesta discordia: q̄n presenti amice de absente inimica per acida colloquia crudelitas exalat odiorū: nihil tn̄ alteri de altera proderet: nisi q̄ ad eas reconciliandas valeret. Q

Paruū hoc bonū mihi videret̄: nisi turbas innūerabiles tristis experirer: nescio q̄ horrēda pestilentia pctōrū latissime peruagāte: non solū iratorū inimicorū iratis inimicis dicta pdere: sed etiā q̄ non dicta sunt addere: cum contra aīo humano parū esse debeat inimicicias hominū nec excitare nec augere male loquendo nisi eas etiā extinguere bn̄ loquēdo studuerit: qualis illa erat docēte te magr̄o intimo i schola pectoris. Deniq̄ etiā virū suū iam in extrema vita tpali eius lucrata est tibi nec in eo iā fideli planxit: qd̄ in nondum fideli tolerauerat Erat etiā serua seruorum tuorū. Quisqs eorū nouerat eā. n̄: multum in ea laudabat et honorabat & diligebat te. q2 sentiebat presentiam tuam in corde eius sctē cōuersationis fructibus testib'. Fuerat em̄ vni' viri vxor mutuā vicē parentibus reddiderat: domū suā pie tractauerat. i operib' bonis testimoniū habebat. Nutrierat filios totiēs eos parturiēs quotiens a te deuiare cernebat. Postremo nobis dn̄e oībus qui ex mūere tuo sinis loq' seruis tuis qui an̄ dormitionē ei' in te iā cōsociati viuebamus: pcepta gr̄a baptismi tui: ita curā gessit quasi oēs gēuisset. ita seruiuit q̄si ab oīb' genita fuisset. Imminēte aūt die quo ex hac vita erat exitura: quē diē tu noueras ignorātib' nobis: puenerat vt credo pcurante te occultis tuis modis: vt ego & ipsa soli staremus incūbētes ad quandā fenestram vn̄ ortus intra domū q̄ nos habebat prospectabat̄ illic apud ostia tiberina. vbi remoti a turbis post lōgi itineris laborē instaurabam' nos nauigationi. Colloq̄bamur ergo soli valde dulcit̄: & p̄terita obliuiscētes in ea q̄ an̄ sunt extēti q̄rebamus int̄ nos apud presentem veritatem quod tu es: q̄lis futura esset vita eterna sctōrū. quā nec ocul' vidit. nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit.

R Sed inhiabam' ore cordis in supna fluēta fontis tui: fontis vite: q̄ est apud te: vt inde p captu nr̄o asp̄si quo'quō rē tantā cogitarem'. Cūq̄ ad eum finē sermo pduceret̄: vt carnaliū sensuū delectatio q̄talibet in quantalibet lucē corporea pre illius vite iocūditate nō cōparatiōe s3 ne cōmemoratiōe quidē digna videret̄. erigentes nos ardentiore affectu in idipsū perambulauimus gradatim cuncta corporalia & ipsum celū vn̄ sol & luna & stelle lucent sup terram. Et adhuc ascendebamus interi' cogitā

do ꝛ loquando te te mirando opera tua et venim⁹ in mẽtes nr̃as ꝛ trãscẽdim⁹ eas vt attingerem⁹ regionẽ vbertatis indeficientis. vbi pascis isrl̃ in eternum ueritatis pabulo: ꝛ ibi vita sapia est: p quã fiunt oĩa ista et q̃ fuerũt ꝛ q̃ futura sunt. ꝛ ipsa non fit: sz sic est vt fuit. et sic erit semp: quin poti⁹ fuisse ꝛ futurũ eẽ non est in ea: sz esse solũ: qm̃ eterna est Nã fuisse et futurũ esse nõ est eternum. Et dũ loq̃mur et inhiamus illi: attingimus eã modice toto ictu cordis: et suspirauimus et reliq̃m⁹ ibi religatas primitias spũs: et remeauimus ad strepitũ oris nostri: vbi verbũ ꝛ incipitur ꝛ finitur. Et q̄d simile verbo tuo dñ̃o nostro in se pmanenti sine vetustate atq; innouãti oĩa? Dicebam⁹ ergo. Si cui sileat tumult⁹ carnis: sileant fantasie terre ꝛ aquaꝝ et aeris. silant ꝛ poli: et ipsa sibi aĩa sileat: et transeat se non se cogitando. Sile aũt somnia ꝛ imaginarie reuelationes. om̃is lingua et omne signũ. et q̄cq̄d transeundo fit si cui sileat omnino qm̄ si q̄s audiat: dicunt hec oĩa. non ipsa nos fecim⁹: sed fecit nos q̄ manet ĩeternum. S His dictis si tam taceãt qm̄ erexerunt aurẽ in eũ q̄ fecit ea: et loquať ipe sol⁹ nõ p ea sz p seipsum. vt audiamus verbũ ei⁹ non p linguã carnis neq; p vocẽ angeli: neq; per sonitum nubis: neq; p enigma similitudinis: sed ipsum quẽ in his amamus ipsum sine his audiam⁹: sicut nunc extendimus nos et rapida cogitatione attingimus eternaz sapientiã sup omnia manẽtẽ: si cõtinuetur hoc ꝛ subtrahantur alie visiones lõge imparis generis. ꝛ hec vna rapiat ꝛ absorbeat ꝛ recondat in interiora gaudia spectatorẽ suũ vt talis sit sempiterna vita quale fuit hoc nomen tuũ intelligentie cui suspiram⁹. Nõne hoc est. intra in gaudiũ dñ̃i tui? Et istud qñ? An cũ oẽs resurgem⁹: sed non oẽs imutabimur? Dicebam⁹ talia: ꝛ si non isto mõ ꝛ his verbis. tñ dñe tu scis q illo die cuz talia loq̃remur ꝛ mũdus iste nobis inter verba vilesceret cũ omnibus delectationibus suis. Tunc ait illa. T Fili quantũ ad me attinet nulla re iam delector in hac vita. Quid hic faciã adhuc ꝛ cur hic sim nescio: iam consumpta spe huius seculi. Unũ erat ppter qđ in hac vita aliquantũ ĩmorari cupiebam. vt te xp̃ianũ catholicũ viderez priusq̃ morerer. Cumulatius hoc mihi de⁹ me⁹ prestitit: vt te etiã contempta felicitate terrena seruũ eius videã. Quid hic facio? Ad hec ei q̄d rn̄derim non satis recolo Tum interea vix intra quinq; dies aut non multo amplius decubuit febribus. Et cũ egrotaret quodam die defunctuz aĩe passa est. ꝛ paululuz subtracta a presentib⁹. Nos concurrim⁹. Sz cito reddita est sensui. et aspexit astantes me et fratrem meũ. ꝛ ait nobis quasi querenti similis. Ubi eram? Deinde nos intuens merore attonitos: ponetis hic inq̄t matrem vestram? Ego silibã ꝛ fletũ frenabam Frater autẽ meus quiddã locutus est quo eã nõ pegre: sed in patria defundi tanq̃ felicius optaret. Quo audito illa vultu anxio reuerberans eũ oculis q talia sapet atq; inde me intuẽs vide ait q̄d dicit. Et mox ambobus: ponite inq̄t hoc corpus vbicunq;. nihil vos eius cura conturbet. Tantũ illđ vos rogo: vt ad dñ̃i altare memineritis mei vbi fueritis. Cunq; hanc sniam verbis quibus poterat explicasset: cõticuit: ꝛ ingrauescente morbo exercebať. Ego vero cogitans dona tua deus inuisibilis que inmittis in corda fidelium tuorum. ꝛ prouenirunt inde fruges admirabiles: gaudebam ꝛ gratias agebam tibi recolens q noueram. quanta cura semper estuasset de sepulchro quod sibi prouiderat et preparauerat iuxta corpus viri sui. Qz enim valde cõcorditer vixerãt. id etiã volebat vt est animus humanus min⁹ capax diuinoꝝ: adiũgi ad illã facilitatẽ ꝛ cõmemorari: ab hoĩb⁹ ꝛ concessũ sibi esse post transmarinã pegrinationẽ vt cõiuncta terra amboꝝ coniugũ terra tegereť Quando autem isto ĩanitas plenitudine bonitatis tue cepat in eius corde nõ esse nesciebam ꝛ letabar admirãs q sic michi apparuisset: q̃q̃ et illo sermone nostro ad fenestram cum dixit: iam q̄d hic facio? nõ appuit desiderare ĩ patria

mori. Audiui etiam postea q̄ iā cū ostiis essemus cū quibusdam amicis meis materna fiducia colloquebat̄ quodam die de contēptu vite hui⁹: ⁊ bono mortis vbi ipse non aderam. ¶ Illisq̄ stupentibus virtutem femine quā tu dederas ei querētibus vtrū non formidaret tam longe a sua ciuitate corpus relinquere nihil inqt longe est deo neq̄ timēdum est ne ille nō agnoscat in fine seculi vnde me resuscitet. Ergo die nono egritudinis sue: quinquagesimo ⁊ sexto anno etatis sue trigesimo et tertio etatis mee anima illa religiosa et pia corpore soluta est. Premebā oculos eius ⁊ confluebat in precordia mea mestitudo ingens ⁊ trāsfluebat in lachrymas. ibidē q̄ oculi mei violento animi imperio resorbebant fontem suum vsq̄ ad siccitatē. ⁊ in tali luctamine valde male michi erat. Tū vero vbi efflauit extremū spiritū puer adeodatus exclamauit in plāctū atq̄ ab omnib⁹ nobis coercitus tacuit. Hoc mō etiā meū quadam puerile qd̄ habeat̄ i fletus iuuenili voce cordis coercebat̄ ⁊ tacebat. Neq̄ enim decere arbitrabamur funus illud questub⁹ lachrymosis gemitibusq̄ celebrare. quia his plerūq̄ solet deplorari quedā miseria morientium aut quasi omnimoda extinctio. At illa nec misere moriebat̄ nec omnino moriebatur. Hoc ⁊ documētis mor̄ eius: et fide nō ficta: rōnibusq̄ certis tenebamus. Quid erat ergo q̄ int⁹ mihi grauiter dolebat: nisi ex consuetudine simul viuendi dulcissima ⁊ charissima repente simul dirupta: vulnus recens? Gratulabar quidē testimonio ei⁹ q̄ in ea ipsa vltima egritudīe obsequijs meis interblandiēs appellabat me piū: et commemorabat grandi dilectionis affectu numq̄ se audisse ex ore meo iaculatum in se durum aut contumeliosum sermonem. Sed tamen quid tale deus meus qui fecisti nos? Quod comparabile habebat honor a me delatus illi ⁊ seruitus ab illa mihi? Quoniam itaq̄ deserebar tam magno eius solatio saucibatur anima mea: ⁊ quasi dilaniabat̄ vita q̄ vna facta erat ex mea ⁊ illius. Cohibito ergo a fletu illo puero psalterium aperuit euodius: ⁊ cantare cepit psalmū. Cui respondebamus omnis domus. Misericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi domine. Audito aūt quid ageretur conuenerunt multi fratres ac religiose femine: et de more illis quorū officium erat funus curantibus ⁊ ego in parte vbi decenter poterā cū eis qui me non deserēdum esse censebāt: quod erat tpi congruum disputabam: eoq̄ fomēto veritatis mitigabam cruciatum tibi notum. illis ignorantibus ⁊ intente audientibus. ⁊ sine sensu doloris me esse arbitrantibus. ¶ At ego in auribus tuis vbi eorum nullus audiebat. increpabā molliciem affectus mei et constringebam fluxum meroris cedebatq̄ mihi paululum. rursusq̄ impetu suo ferebat̄ non vsq̄ ad eruptionem lachrymarum. nec vsq̄ ad vultus mutationē. sed ego sciebam quid corde premerē. Et q2 mihi vehementer displicebat tm̄ in me posse hec humana. que ordine debito ⁊ sorte cōditiōis nostre accidere necesse est. alio dolore dolebā dolorem meum. ⁊ duplici tristicia macerabar. Cum ecce corpus elatū est: imus ⁊ redim⁹ sine lachrymis. Nam neq̄ in eis precibus quas tibi fudimus: cum offerretur pro ea sacrificium precij nostri. iam iuxta sepulchrum posito cadauere priusq̄ deponeretur: sicut illic fieri solet: nec in eis ergo precibus fleui: sed toto die grauiter in occulto mest⁹ er in et mente turbata rogabam te vt poteram q̄ sanares dolorem meum. nec faciebas credo commendans memorie mee: vel hoc vno documento omnis cōsuetudinis vinculum etiam aduersus mentem: que iam non fallaci verbo pascitur. Uisum etiam mihi est vt ire m lauatum: q̄ audieram inde balneis nomen inditum. quia greci balanion dixerint: q̄ anxietatem pellat ex animo. Ecce ⁊ hoc cōfiteor misericordie tue pater orphanorū: qm̄ laui: ⁊ talis eram qualis priusq̄ lauissem. neq̄ enī exudauit de corde meo meroris amaritudo.
Deinde dormiui ⁊ euigilaui: et nō par

ua ex parte mitigatū īueni dolorē meū. atq3 vt eram in lecto meo solus recordat⁹ sum veridicos ỽsus ambrosij tui. Tu es enī deus creator oīm: poliq3 rector. vestiēs diē decoro lumine: noctem sobris gr̄a. artus solutos vt quies reddat laboris vsui. mentesq3 fessas alleuet: luctusq3 soluat anxios. Atq3 inde paulatim reducebā in pristinū sensum ancillā tuā: cōuersationēq3 eius piā in te ꝛ sanctā: in nos blandā atq3 morigerā. q̄ subito destiturus sū. ꝛ libuit flere in conspectu tuo de illa ꝛ pro illa. de me ꝛ pro me. Et dimisi lachrymas quas cōtinebam vt effluerēt quātū vellent substernēs eas cordi meo: ꝛ requieuit ī eis q̄m ibi erāt aures tue: nō cuiusq̄ hoīs superbe interpretātis ploratū meū. y


Et nūc dn̄e ɔfiteor tibi ī lr̄is. legat qui volet ꝛ interpretet vt volet. ꝛ si pctm̄ inuenerit fleuisse me matrem exigua parte hore: matrē oclis meis interim mortuam q̄ me multos annos fleuerat: vt oculis tuis viuerē: non irrideat. s3 poti⁹ si est grandi charitate ꝓ pctīs meis fleat ipse ad te patrē oīm fratrum xp̄i tui. Ego aūt iam sanato corde. ab illo vulnere in quo poterat redargui carnalis affect⁹: fundo tibi deus noster pro illa famula tua longe aliud lachrymaꝝ genus: qd̄ manat de cōcusso sp̄u: consideratione periculoꝝ oīs aīe q̄ ī adam morit. Quāq̄ illa in xp̄o viuificata etiam nondū carne resoluta sic vixerit vt laudet nomē tuum in fide moribusq3 eius. non tn̄ audeo dicere ex quo eā p baptismū regenerasti nullū verbum exisse ab ore eius cōtra preceptū tuū. Et dictū est a veritate filio tuo. Si quis dixerit fratri suo fatue. reus erit gehēne ignis. Et ve etiā laudabili vite hoīm si remota mīa discutias eā. Quia vero non exquiris delicta vehemēter: fiducialit sperامus aliquem apud te locum inuenire indulgentie. Quisquis aūt tibi enumerat vera merita sua. qd̄ tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscāt se omnes homines. et qui gloriatur in domino glorietur. Ego itaq3 laus mea et vita mea deus cordis mei. se positis paulisper bonis eius actibus: pro quibus tibi gaudēs gratias ago. nunc pro peccatis matris mee deprecor te: exaudi me per medicinā vulnerum nostrorum que pependit in ligno. et sedens ad dexteram tuam te interpellat pro nobis. Scio misericorditer operatam: ꝛ ex corde dimisisse debita debitoribus suis: dimitte illi ꝛ tu debita sua. si qua etiā contraxit per tot annos pn̄st aquam salutis. Dimitte domīe: dimitte obsecro ne intres cum ea in iudicium. Super exaltet misericordia iudicium: quoniā eloquia tua vera sunt. ꝛ promisisti misericordiam misericordibus. Quod vt essent tu dedisti eis. qui misereberis cui misertus eris. et misericordiam prestabis cui misericors fueris. z

Et credo iam feceris quod te rogo. sed voluntaria oris mei approba domine. Namq3 illa imminente die resolutionis sue nō cogitauit suum corpus sumptuose contegi: aut condiri aromatibus: aut monumentum electum concupiuit aut curauit sepulchrum patrium. Non ista mandauit nobis: sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desyderauit. cui nullius diei pretermissione seruierat vnde sciret dispensari victimā sanctam: qua delectum est chirographū qd̄ erat cōtrariū nobis qua triumphatus est hostis: computans delicta nostra. ꝛ querens quid obijciat. ꝛ nihil inueniens in illo in quo vincimus. Quis ei refundet innocentē sanguinem? Quis ei restituet precium quo nos emit: vt nos auferat ei. Ad cuius precij nostri sacramentum: ligauit ancilla tua aīam suam vinculo fidei. Nemo a ꝓtectione tua dirumpat eam. Non se interponat nec vi nec insidijs leo ꝛ draco. Neq3 enī respondebit illa nihil se debere ne conuicatur ꝛ obtineatur ab accusatore callido. sed respondebit dimissa debita sua ab eo cui nemo reddet quod pro nobis non debens reddidit. Sic ergo in pace cum viro ante quem nulli et post quem nulli nupta est. cui seruiuit fructum tibi afferens cum tollerantia vt eum quoq3 lucraret tibi. Et inspira do=

mine de⁹ meus: inspira seruis tuis fratrib⁹ meis filijs tuis: dñis meis: quib⁹ ꝛ voce et corde ꝛ litteris seruio: vt quot quot hec legerint meminerint ad altare tuum. Monice famule tue cuz patricio quondã eius coniuge. per quoꝝ carnē introduxisti me in hanc vitã quēadmodum nescio. Meminerint cū affectu pio parentū meorū in hac luce transitoria: ꝛ fratrū meorū sub te patre ĩ matre catholica: ꝛ ciuium meorum in eternaz hierusalē: cui suspirat pegrinatio ppl̃i tui ab exitu vsq; ad reditum. vt quod a me illa poposcit extremum: vberius ei prestet ĩ multoꝝ orationib⁹ tam p confessiones q̃ per orationes meas.

Explicit liber nonus.

Incipit liber decimus A



Ognoscam te cognitor meus: cognoscã te sicut et a te cognit⁹ sum. Uirt⁹ anime mee intra ĩ eam: ꝛ coapta tibi vt hēas et possideas sine macula et ruga. Hec est mea spes: iō loquor et in ea spe gaudeo qñ sanū gaudeo. Cetera ṽo vite hui⁹ tanto minus flenda q̃to magis fletur ꝛ tãto magis flēda q̃to min⁹ flet in eis. Ecce em̃ veritatē dilexisti: qm̃ q̃ facit eã venit ad lucē. Uolo eã facere in corde meo corã te ĩ ꝯfessione: ĩ stilo aũt meo corã multis testib⁹. Et tibi q̃dem dñe cui⁹ ocl̃is nuda est abyss⁹ humane ꝯscientie. q̃d occultū esset in me etiaz si nollem confiteri tibi. Te ei mihi abscōderam: nō me tibi. Nūc aũt q̃ gemitus me⁹ testis est displicere me mihi: tu refulges ꝛ places: ꝛ amaris et desideraris: vt erubescã de me ꝛ abijciã me atq; eligaz te: ꝛ nec tibi nec mihi placeã nisi de te. Tibi ergo dñe manifest⁹ sum quicunq; sim. ꝛ quo fructu tibi confitear dixi. Neq; enim id ago verbis carnis et vocib⁹: sed verbis anime ꝛ clamore cogitationis: quem nouit auris tua. Cum eni malus sum: nichil est aliud confiteri tibi q̃ displicere michi. Cum vero pius nihil est aliud cōfiteri tibi q̃ hoc nō tribuere mihi: qm̃ tu dñe benedicis iustuz sed prius eū iustificas impium. Confessio itaq; mea deus meus in conspectu tuo tibi tacite fit: ꝛ nō tacite. Tacet ei strepitu: clamat affectu. Neq; eni dico recti aliq̃t homibus quod non a me tu prius audieris: aut etiam tu aliq̃d tale audies a me q̄d non mihi tu prius dixeris. Quid mihi ergo ē cū hoibus vt audiant cōfessiones meas: quasi ipsi sanaturi sunt oms̃ languores meos? B Curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam: desidiosum ad corrigēdã suã. Quid a me querūt audire qui sim qui nolūt a te audire qui sint? Et vnde sciunt cum a meipso de meipso audiunt an verū dicam. qñquidē nemo scit hoĩm q̃d agatur in hoie nisi sp̃us hoīs q̃ in ipso est. Si aũt a te audiunt de seipsis: nō poterunt dicere mentit̃ dñs. Quid est eni a te audire de se: nisi cognoscere se? Quis porro cognoscit ꝛ dicit falsum ē: nisi ipse mentiat̃? Sed q̄ charitas oĩa credit: inter eos vtiq; quos connexos sibi bibet vnū facit. ego quoq; dñe etiam sic tibi cōfiteor vt audiant hoies quib⁹ demonstrare nō possum an vera cōfitear: sed credunt michi quorum michi aures charitas aperit. Ueruntamen tu medice meus intime quo fructu ista faciam eliqua mihi. Nam cōfessiones preteritoꝝ maloꝝ meoꝝ que remisisti ꝛ texisti vt beares me in te: mutãs aĩam meam fide ꝛ sacro tuo: cū legūtur et audiūtur excitant cor ne dormiat in desperatione et dicat: nō possum: sed euigilet in amore misericordie tue et dulcedine gratie tue: qua potēs est oĩs infirmus qui sibi p ipsam fit consci⁹ infirmitatis sue. Et delectat bonos audire p̃terita mala eorum qui iam carent eis. nec ideo delectat quia mala sunt: sed q̄ fuerunt ꝛ nō sunt. Quo itaq; fructu domine de⁹ meus cui quotidie confitetur conscientia mea: spe misericordie tue securior q̃ i=

nocentia sua. Quo fructu queso etiam hominibus corã te cõfiteor per has litteras adhuc qs ego sim: nõ qs fuerim. Nam illũ fructũ vidi et cõmemoraui.
¶ Sed qs adhuc sim: ecce in ipso tpe cõfessionũ mearũ: ꝛ multi hoc nosse cupiũt q me nouerũt ꝛ nõ me nouerunt. q ex me vel de me aliqd audierũt: sed auris eorũ nõ est ad cor meũ: vbi ego sum quicunqȝ sum. Volunt ergo audire confitentem me quid ipe intus sim: qui nec oculũ/ nec aurē/ nec mentem/ possunt intendere: credituri tñ volunt: nunquid cognituri? Dicit enĩ eis charitas qua boni sunt: nõ mentiri me de me confitentem: et ipsa in eis credit mihi. Sed quo fructu id volunt? An cõgratulari mihi cupiunt cũ audierint quantum ad te accedã munere tuo: ꝛ orare pro me cum audierint quantum retarder pondere meo? Judicabo talibus. Non enĩ paruus est fructus dñe deus meꝰ: vt a multis tibi gratie agantur de nobis ꝛ a multis rogeris pro nobis. Amet in me fraternꝰ animꝰ qd amandum doces: ꝛ doleat in me quod dolendũ doces. Animus ille hoc faciat fraternus non extraneus. nõ filiorum alienorum: quorum os loquutũ est vanitatē: ꝛ dextera eorum dextera iniquitatis sed fraternus ille qui cum approbat me gaudet de me. Cum autem improbat me contristatur pro me: quia siue approbet siue improbet: diligit me. Judicabo me talibus: respirent in bonis meis: suspirent in malis meis. Bona mea instituta tua sunt et dona tua. mala mea delicta mea sunt et iudicia tua. Respirent in illis: suspirent in his. Et hymnus ꝛ fletus ascēdant in cõspectũ tuũ de fraternis cordibus thuribulis tuis. Tu autē dñe delectatus odore sancti templi tui: miserere mei ẜm magnã misericordiã tuam: propter nomen tuũ: ꝛ nequaquam deserens cepta tua consumma imperfecta mea. ¶ Hic est fructus confessionũ mearum: non qualis fuerim: sed qualis sim: vt hoc confitear: nõ tantũ corã te secreta exultatione cum tremore: et secreto merore cum spe: sed etiam in auribus credentium filiorum hominum: sociorum gaudiĩ mei: et cõsortium mortalitatis mee: ciuium meorum ꝛ mecũ peregrinorũ precedentium ꝛ consequentium: et comitum vie mee. Hi sunt serui tui fratres mei qs filios tuos esse voluisti dños meos. qbꝰ iussisti vt seruiam: si volo tecũ de te viuere. Et hoc mihi verbũ tuũ parũ erat si loquendo preciperet: nisi ꝛ faciendo preiret. Et ego id ago factis et dictis. id ago sub alis tuis nimis cum ingenti periculo: nisi qr sub alis tuis tibi subdita est aĩa mea: et infirmitas mea tibi nota est. Paruulꝰ sum: sed viuit semper pater meꝰ: ꝛ idoneus est mihi tutor meus. Idem ipse ẽ enĩ qui genuit me ꝛ tuetur me: ꝛ tu ipse es omnia bona mea. tu omnipotẽs qui mecum es: ꝛ priusquam tecum sim. Indicabo ergo talibus qualibus iubes vt seruiam: non quis fuerim: sed quis iã sim: ꝛ quid adhuc sim: sed neqȝ meipsum diiudico. Sic itaqȝ audiar. Tu enim dñe diiudicas me. Quia et si nemo scit hominum que sunt hominis: nisi spiritus hominis q in ipso est: tñ est aliquid hominis qd nec ipse scit spũs hominis qui ĩ ipso est. ¶ Tu autẽ dñe scis eius omĩa qui fecisti eũ. Ego vero quamuis pre tuo cõspectu me despiciã: ꝛ estimem me terram ꝛ cinerem: tñ aliqd de te scio qd de me nescio. Et certe nũc videmus per speculum ĩ enigmate nondum facie ad faciem. Et ideo quamdiu peregrinor abs te mihi sum presentior quam tibi: ꝛ tñ te noui nullo modo posse violari. Ego vero quibus tẽtationibus resistere valeã: qbus siue nõ valeam nescio. Et spes est: qr fidelis es: qui nos nõ sinis tentari supra quam possumꝰ ferre: sed facis cum tentatiõe etiã exitũ vt possumus sustinere. Cõfitear ergo qd de me sciã: cõfitear ꝛ quid de me nesciã. Quoniã et qd de me scio te michi lucente scio: ꝛ qd de me nescio tãdiu nescio donec fiant tenebre mee sicut meridies ĩ vultu tuo: nõ dubia sed certa cõscientia. Domine amo te. Percussisti cor meum verbo tuo ꝛ amaui te. Sed et celum ꝛ terra et omnia que in eis sunt: ecce vndiqȝ michi dicunt vt te amem. nec cessant dicere omibꝰ vt sint

inexcusabiles. Altius autem tu misereberis cui misertus eris: et misericordiam prestabis cui misericors fueris. Alioquin celum et terra surdis loquuntur laudes tuas. Quid autem amo cum te amo? Non speciem corporis: nec decus temporis nec candorem lucis. ecce istis amicum oculis: non dulces melodias suauium cantilenarum omnimodarum. non florum et vnguentorum et aromatum suaue olentia. non manna et mella. non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hec amo cum amo deum meum: et tamen amo quandam lucem et quandam vocem et quendam odorem. et quendam cibum: et quendam amplexum cum amo deum meum: lucem vocem: odorem cibum amplexum interioris hominis mei. vbi fulget anime mee quod non capit locus. et vbi sonat quod non rapit tempus. et vbi olet quod non spargit flatus et vbi sapit quod non minuit edacitas. et vbi heret quod non diuellit satietas. F Hoc est quod amo cum deum meum amo. Et quid est hoc? Interrogaui terram: et dixit non sum. et quecunque in eadem sunt: idem confessa sunt. Interrogaui mare et abyssos: et reptilia animarum viuarum: et responderunt. Non sumus deus tuus quere super nos. Interrogaui auras flabiles: et inquit vniuersus aer cum incolis suis. Fallitur anaximenes: non sum deus tuus. Interrogaui celum solem lunam stellas neque nos sumus deus quem queris inquiunt. Et dixi omnibus his qui circunstant fores carnis mee: dicite michi de deo meo quod vos non estis dicite michi de illo aliquid Et exclamauerunt voce magna. ipse fecit nos. Interrogatio mea: intentio mea: et responsio eorum species eorum. Et direxi me ad me et dixi michi. Tu quis es? Et respondi. homo. Et ecce corpus et anima in me michi presto sunt. vnum exterius et alterum interius. Quid horum est vnde querere debui deum meum quem iam quesiueram per corpus a terra vsque ad celum quousque potui mittere nuncios radios oculorum meorum Sed melius quod interius Et quippe renunciabant omnes nuncii corporales presidenti et iudicanti de responsionibus celi et terre et omnium que in eis sunt dicentium: non sumus deus et ipse fecit nos Homo interior cognouit hec per exterioris ministerium. ego interior cognoui hec ego ego animus per sensus corporis mei. G Interrogaui mundi molem de deo meo et respondit mihi. Non ego sum sed ipse me fecit. Nonne omnibus quibus integer sensus est apparet hec species? Cur non omnibus eadem loquitur? Animalia pusilla et magna vident eam. sed interrogare nequeunt. Non enim preposita est in eis nunciantibus sensibus iudex ratio. Homines autem possunt interrogare: vt inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciantur. Sed amore subduntur eis. et subditi iudicare non possunt. Nec respondent ista interrogantibus nisi iudicantibus. nec vocem suam mutant. i. speciem suam si alius tantum videat. alius autem videns interroget: vt aliter illi appareat aliter huic. sed eodem modo vtique apparens. illi muta est: hic loquitur: immo vero omnibus loquitur. sed illi intelligunt qui eius volem acceptam foris intus cum veritate conferunt. Ueritas enim dicit michi: Non est deus tuus celum et terre neque omne corpus. Hoc dicit eorum natura. Uide. En moles minor est in parte quam in toto. Iam tu melior es. tibi dico anima quoniam tu vegetas molem corporis tui: prebens ei vitam quod nullum corpus prestat corpori. Deus autem tuus etiam tibi vita est. Quid ergo amo cum deum meum amo? Quis est ille super caput anime mee? Per ipsam animam meam ascendam ad illum. Transibo vim meam qua hereo corpori et vitaliter compagem eius repleo. non ea vi reperio deum meum. Nam reperiret equus et mulus quibus non est intellectus. et est eadem vis qua viuunt et eorum corpora. Est alia vis non solum qua viuifico: sed etiam qua sensifico carnem meam quam michi fabricauit dominus: iubens oculo vt non audiat et auri vt non videat sed illi per quem videam. huic per quam audiam: et propria singulatim ceteris sensibus sedibus suis et officiis suis que diuersa per eos ago: vnus ego animus. Transibo et istam vim meam. Nam et hanc habet equus

et mulus. Sentiūt enī etiā ipsi p corp⁹ Trāsibo ergo ꝛ ista natura mee gradibus ascēdēs ad eū q̄ fecit me: ꝛ venio in cāpos ꝛ lata pretoria memorie mee vbi sunt thesauri īnumerabilium imaginū de huiuscemodi rebus sensib⁹ īuectarū Ibi reconditum est quicq̄d etiam cogitam⁹ vel augēdo vl' minuēdo vel vtcūq̄ variando ea q̄ sensus attigerit. Et si q̄d aliud cōmēdatū ꝛ repositū est: quod nō dum absorbuit et sepeliuit obliuio. Ibi quando sum posco vt pferat quicq̄d volo. Et q̄dam statim pdeunt: quedā req̄runt diutius ꝛ tanq̄ de abstrusioribus quibusdā receptaculis eruunt: quedam cateruatim se proruunt: ꝛ dum petit ꝛ q̄rit: prosiliunt in medium quasi dicētia. Ne forte nos sumus? Et abigo ea manu cordis a facie recordationis mee do nec enubilet illud qd̄ volo: atq̄ incōspectum pdeat ex abditis. Alia facilit atq̄ īperturbata serie sicut poscunt sugge runtur. et cedūt p̄cedētia cōsequētib⁹ et cedendo cōdunt. iterū cū voluero pcessura. I Qd̄ totū fit cū aliq̄d narro memorit. Ibi sunt omīa distīcte gñatimq̄ seruata: q̄ suo q̄q̄ aditu ingesta sunt. sicut lux atq̄ omnes colores formeq̄ corporum p oculos. per aures autem omnia gñā sonorum: omnesq̄ odores p aditū narium: omnes sapores per oris aditum. ad sensum autē toti⁹ corporis q̄d durū: q̄d molle: q̄d calidum frigidūue: lene aut aspeꝝ: graue seu leue: siue extrinsec⁹ siue ītrīsec⁹ corpori. Hec oīa recipit recolēda cum op⁹ est ꝛ retractanda grandis memorie recess⁹: ꝛ nescio q̄ secreti atq̄ ineffabiles sinus eius: que omnia suis quecunq̄ foribus intrāt ad eā. et reponuntur in ea. Nec ipsa tamē ītrāt: sed reꝝ sēsaꝝ imagines illic p̄sto sunt cogitationi reminiscēti eas. Que quō fabricate sint quis dicit: cum appeat qb⁹ sensib⁹ rapte sint interiusq̄ recondite? Nā et in tenebris atq̄ in silentio dum habitor in memoria mea pfero si volo colores et discerno īter album ꝛ nigrum: ꝛ inter quos alios volo. Nec incurrūt soni atq̄ perturbāt quod per oculos haustum considero: cū et ipsi ibi sint: ꝛ quasi seorsuz repositi lateant. Nam ꝛ ipsos posco si placet: atq̄ adsunt ilico. Et quiescente lingua ac silente gutture canto q̄tum volo imaginesq̄ ille colorum que nichilominus ibi sunt non se interponunt neq̄ interrumpunt: cum thesaurus alius retractatur qui influxit ab auribus. Ita cetera que per sensus ceteros ingesta atq̄ cōgesta sunt recordor prout libet: ꝛ auram liliorum discerno a violis: nichil olfaciens ꝛ mel defruto leue aspero nil tum gustādo neq̄ contractando: sed reminiscēdo antepono. K Int⁹ hec ago in aula ingenti memorie mee. Ibi enī michi celū ꝛ terra ꝛ mare presto sūt cum oībus que in eis sentire potui: preter illa que oblitus sum. Ibi michi ꝛ occurro: meq̄ recolo quid quando et vbi egerim: quoq̄ modo cum agerem affectus fuerim. Ibi sunt omnia que siue expta a me siue credita memini. Ex eadē copia etiam similitudines reꝝ vel exptaꝝ vel ex eis quas expertus sum creditarum alias atq̄ alias ꝛ ipse contexo p̄teritis: atq̄ ex his etiam futuras actiones: ꝛ euenta ꝛ spes: ꝛ hec omnia rurs⁹ quasi presentia meditor. Faciam hoc aut illud: dico apud me in ipso ingenti sinu animi mei pleno tot et tantarum rerum imaginibus. et hoc aut illud sequetur. O si esset hoc aut illud. Auertat deus hoc aut illud. Dico apud me ista Et cum dico presto sunt imagines omnium que dico ex eodem thesauro memorie. nec omnino aliquid eorum dicerem si defuissent. Magna ista vis est memorie. magna nimis deus meus penetrale amplum et infinitum. Quis ad fundum ei⁹ peruenit. Et vis est hec animi mei atq̄ ad meam naturaz pertinet. nec ego ipse capio totum quod sum. Ergo animus ad habendum seipsum angust⁹ est vt vbi sit quid sui non capiat. Nunquid extra ipsum ac non in ipso? Quomodo ergo nō capit? Multa mihi sup hoc aboritur admiratio: stupor apprehēdit me. Et eūt hoīes admirari alta montiū et īgētes fluct⁹ maris: ꝛ latissimos lapsus fluminū: ꝛ oceani ambituz: et giros

siderũ. ꝛ relinquũt seipsos nec mirãtur. Q꞉ cũ dicerẽ hec oĩa nõ ea videbã ocu-lis. nec tñ dicerẽ nisi montes et fluctus et flumina ꝛ sidera q̃ vidi et oceanũ quẽ credidi intus ĩ memoria mea viderem spacijs tñ ingentibus quasi foris vide-rem? Nec ea tñ videndo absorbui quan do vidi oculis. nec ipsa sunt apud me sꝫ imagines eorum. Et noui q̃d ex quo señ su corporis impressum sit mihi: sed non ea sola gestat immensa ista capacitas memorie mee. L Hinc sunt et illa oĩa q̃ de doctrinis liberalibꝰ precepta nõdũ exciderũt quasi remota interiore loco nõ loco. nec eoꝶ imagines sed res ipsas gero. Naꝫ q̃d sit litteratura: quid peritia disputãdi. quot genera. q̃stionũ quicq̃d hoꝶ scio sic est in memoria mea vt nõ retenta imagine rẽ foris reliquerim: aut sonuerit ꝛ p̃terierit. sicut vox ĩ-pressa per aures vestigio quo coleretur q̃si sonaret cum iam non sonaret. aut si-cut odor dũ transit ꝛ euanescit in vẽtos olofactũ afficit. vñ traijcit in memoriaꝫ imaginẽ sui. quã reminiscendo repeta-mꝰ aut sicut cibꝰ q̃ certe in vẽtre iaꝫ nõ sapit: ꝛ tñ in memoria q̃si sapit. aut sicut aliquid q̃d corpore tangendo sentit̃ q̃d etiam separatũ a nobis imaginat̃ memo ria. Iste quippe res nõ intromittunt̃ ad eam: sed earũ sole imagines mira cele-ritate capiũtur: ꝛ miris tanq̃ cellis re-ponuntur: ꝛ mirabiliter recordando ꝓ-feruntur. At vero cũ audio tria genera esse q̃stionũ: an sit: q̃d sit: quale sit. sono-rũ quidẽ q̃bus hec verba confecta sunt imagines teneo: ꝛ eos ꝑ aures cum stre pitu transisse: ac iam non esse scio. Res ṽo ipsas q̃ illis significant̃ somnis neq̧ vllo sensu corporis attigi; neq̧ vspiam vidi p̃ter animũ meũ: et in memoria re-condidi non imagines earum sed ipsas. Que vnde ad me intrauerint: dicant si possunt. Nã ꝑcurro ianuas omnis car-nis mee: nec inuenio qua earũ ingresse sint. Quippe oculi dicunt. Si colorate sunt nos eas nonciauimꝰ. Aures dicũt. Si sonuerunt a nobis indicate sunt. Nares dicũt. Si oluerũt ꝑ nos transie-rũt. Dicit etiã sensus gustãdi. Si sapor nõ est: nihil me interroges. Tactꝰ dicit Si corpulentũ nõ est: nõ ꝯtractaui. Si nõ ꝯtractaui nõ iudicaui. M Vñ ꝛ qua hec intrauerũt in memoriã meã. Nescio quõ. Nã cum ea didici nõ credi-di alieno cordi: sed in meo recognoui et vera esse approbaui: ꝛ commendaui ei tanq̃ reponẽs vnde ꝓferrẽ cũ vellem. Ibi ergo erãt: ꝛ añq̃ ea didicissem: sed ĩ memoria nõ erãt. Vbi ergo aut q̃recũ dicerent̃ agnoui: ꝛ dixi ita est et verũ est nisi q꞉ iam erãt in memoria: sed tam re-mota et retrusa quasi ĩ cauis abditiori-bus: vt nisi admonente aliquo eruerent̃ ea fortasse cogitare non possem? Quo circa ĩuenimus nichil esse aliud discere ista quorũ non ꝑ sensus haurimus ima-gines: sed sine imaginibꝰ sicuti sunt per seipsa intus cernimꝰ; nisi ea que passim atq̧ indisposite memoria cõtinebat co-gitando q̃si colligere atq̧ aĩaduerten-do curare: vt tanq̃ ad manum posita in ipsa memoria: vbi sparsa prius ꝛ negle-cta latitabãt. iam familiari intẽtioni fa cile ocurrant. Et q̃ multa hmõi gestat memoria mea: q̃ iam inuenta sunt. et si-cut dixi q̃si admanũ posita: que et didi-cisse et nosse dicimur. Que si modestis tempoꝶ interuallis recolere desiueros ita rursꝰ demergũtur: et quasi in remo-tiora penetralia dilabũtur: vt denuo ve-lut noua excogitanda sint in idem iterꝶ. Neq̧ enĩ est alia regio eorũ recogenda rursus vt sciri possint. i. velut ex quadã dispsione colligẽda vñ dictũ est cogita-re. Nam cogo ꝛ cogito: sic est vt ago et actito: facio et factito. Verũtñ sibi ani-mus hoc verbũ ꝓprie vendicauit: vt nõ q̃d alibi: sed in aĩo colligit̃: cogitari pro prie iam dicat̃. Item cõtinet memoria numerorum dimensionũq̧ ratiões ꝛ le-ges innumerabiles: quarũ nullam cor-poris sensus impressit: q꞉ nec ipse colo-rate sunt: aut sonãt/ aut olẽt/ aut gusta-te/ aut cõtracte sunt. N Audiui sonos verboꝶ quibꝰ significantur: cum de his disserit̃: sed illi alij sunt. Naꝫ illi aliter greca: aliter latine sonant. iste ṽo res nec grece nec latine sunt. nec aliud eloquiorũ genus. Vidi lineas fabroruꝫ

amplitudines. plenas miris modis copiarum innumerabilium: et consideraui et expaui: et nihil eorum discernere potui sine te: et nihil eorum esse te inueni. nec ego ipse inuentor qui peragraui omnia et distiguere et pro suis queque dignitatibus estimare conatus sum: excipiens alia nunciantibus sensibus et interrogans alia mecum commixta sentiens ipsosque nuncios dinoscens atque dinumerans. iamque in memoria elatis opibus alia pertractans alia recondens: alia eruens. Nec ego ipse cum hec agerem id est vis mea qua id agebam: nec ipsa eras tu: quia lux es tu permanens: quam de omnibus consulebam an essent: quid essent: quanti pendenda essent. Et audiebam dicentem ac iubentem: et sepe istud facio. Hoc me delectat et ab actionibus necessitatis quantum relaxari possum ad istam voluptatem refugio. Neque in his omnibus que percurro consulens te inuenio tutum locum anime mee nisi in te: quo colligantur sparsa mea. nec a te quicquam recedat ex me. Et aliquando intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem que si perficiatur in me: nescio quid erit quod vita ista non erit. X Sed recido in hec erumnosis ponderibus: et resorbeor solitis et teneor: et multum fleo: sed multum teneor. Tantum consuetudinis sarcina digna est. Hic esse valeo nec volo. illic volo nec valeo. miser vtrobique. Ideoque consideraui languores peccatorum meorum in cupiditate triplici. et dexteram tuam inuocaui ad salutem meam. Vidi enim splendorem tuum corde saucio: et repercussus dixi. Quis illuc potest? Proiectus sum a facie oculorum tuorum. Tu es veritas super omnia presidens. At ego per auariciam meam non amittere te volui: sed volui tecum possidere mendacium. sicut nemo vult ita falsum dicere vt nesciat ipse quid verum sit. Itaque amisi te: quia non dignaris cum mendacio possideri. Quem inuenirem qui me reconciliaret tibi. An eundum mihi fuit ad angelos. Qua prece. Quibus sacramentis. Multi conantes ad te redire: neque per seipsos valentes sicut audio: tenteuerunt hec. et inciderunt in desiderium curiosarum visionum. et digni habiti sunt illusionibus. Elati enim te querebant doctrine fastu exerentes potius quam tundentes pectora: et adduxerunt sibi per similitudinem cordis sui conspirantes: et socias superbie sue potestates aeris huius a quibus per potencias magicas deciperentur: querentes mediatorem per quem purgarentur: et non erat. Diabolus enim erat transfigurans se in angelum lucis. Et multum illexit superbam carnem quod carneo corpore ipse non esset. Erant enim illi mortales et peccatores tu autem domine cui reconciliari superbe querebant immortalis et sine peccato. Y Mediator autem inter deum et homines oportebat vt haberet aliquid simile deo: aliquid simile hominibus: ne in vtroque hominibus similis longe esset a deo. aut in vtroque deo similis longe esset ab hominibus: atque ita mediator non esset. Fallax itaque ille mediator quo secreta iudicia tua superbia meretur illud: vnum cum hominibus habet. id est peccatum. aliud videri vult habere cum deo: vt quia carnis mortalitate non tegitur: pro immortali se ostentet. Sed quia stipendium peccati mors est: hoc habet commune cum hominibus vnde simul damnetur in mortem. Verax autem mediator: quem secreta tua misericordia demonstrasti humilibus. et misisti vt eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem: mediator ille dei et hominum homo christus iesus inter mortales peccatores et immortalem iustum apparuit: mortalis cum hominibus. iustus cum deo: vt quoniam stipendium iusticie vita et pax est. per iusticiam coniunctam deo euacuaret mortem iustificatorum impiorum. quam cum illis voluit habere communem. Hic demonstratus est antiquis sanctis: vt ita ipsi per fidem future passionis eius sicut nos per fidem preterite salui fierent. Inquantum enim homo intantum mediator. inquantum autem verbum non medius: quia equalis deo. et deus apud deum. et simul cum spiritusancto vnus deus. Quomodo nos amasti pater bone qui filio tuo vnico non pepercisti: sed pro nobis impiis tradidisti eum. Quomodo nos amasti pro quibus ille qui non rapi

nam arbitrat⁹ est ec equalis tibi: fact⁹ est subditus vsqȝ ad mortem crucis vn⁹ ille in mortuis liber: potestatem habẽs ponendi animam suam: et potestatem habens iterum sumẽdi eam. pro nobis tibi victor et victima: ꝛ ideo victor quia victima. pro nobis tibi sacerdos ꝛ sacrificium. ꝛ ideo sacerdos quia sacrificiuȝ faciẽs tibi nos de seruis filios. de te nascendo nobis seruiẽdo. Z

Merito michi spes valida in illo est: qꝺ sanabis omnes languores meos p eum qui sedet ad dexterã tuã: ꝛ te iterpellat pro nobis. Alioquin desperar ẽ. Multi enim ꝛ magni sunt iidez languores mei multi sũt ꝛ magni: sed amplior est medicina tua. Potuimus putare verbũ tuum remotum esse a coniunctione hominis ꝛ desperare de nobis: nisi caro fieret et habitaret in nobis. Cõterrit⁹ peccatis meis ꝛ mole miserie mee agitauerã in corde: meditatusqȝ fueram fugam in solitudinem: sed prohibuisti me ꝛ cõfirmasti me dicẽs. Ideo pro omnib⁹ christus mortuus est: vt qui viuunt iam nõ sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortu⁹ est. Ecce domine iacto in te curam meam vt viuam: et considerabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperitiam meam et ĩfirmitatem meã: doce me ꝛ sana me. Ille tuus vnicus ĩ quo sunt omnes thesauri sapientie ꝛ scientie absconditi redemit me sanguine suo. Non calumniẽtur michi superbi: quoniam cogito p̄cium meum: ꝛ manduco et bibo ꝛ erogo: et paup cupio saturari ex eo inter illos qui edunt ꝛ saturantur ꝛ laudabunt dominum qui requirunt eum.

¶ Explicit liber decimus.

¶ Incipit vndecimus. A



Unquid domine cũ tua sit eternitas ignoras q̃ tibi dico: aut ad tempus vides qꝺ fit ĩ tẽpore? Cum ergo tibi tot rerũ narrationes digero? Nõ vtiqȝ vt p me noueris ea: sȝ affectũ meũ ex cito ĩ te: ꝛ eoꝝ q̃ hec legũt: vt dicam⁹ oẽs. magn⁹ dñs ꝛ laudabilis valde. Iã dixi ꝛ dicã amore amoris tui facio istud Nã ꝛ oram⁹ ꝛ tñ veritas ait Nouit pr̃ vr̃ q̃d vobis op⁹ sit pri⁹ q̃ petatis a deo. Affectũ ergo nr̃ȝ patefacim⁹ ĩ te cõfitẽdo tibi miserias nr̃as ꝛ mĩas tuas sup nos: vt libes nos oĩno qm̃ cepisti vt desinam⁹ eẽ miseri ĩ nobis ꝛ btificemr̃ ĩ te: qm̃ vocasti nos vt sim⁹ paupes spũ ꝛ mites ꝛ lugẽtes ꝛ esuriẽtes: ac sitiẽtes iusticiã ꝛ misericordes ꝛ mũdicordes et pacifici. Ecce narraui tibi multa q̃ potui ꝛ q̃ volui. qm̃ tu p̄or voluisti vt cõfiterer tibi dño deo meo: qm̃ bon⁹ es: qm̃ ĩ seculũ mĩa tua. Qñ aũt sufficio lĩgua calami enunciare oĩa hortamẽta tua: et oẽs terrores tuos ꝛ cõsolatiões ꝛ gubernationes q̃b⁹ me pduxisti p̄dicare verbuȝ tuũ: ꝛ sacr̃m tuũ dispẽsare pplo tuo. Et si sufficio hec enũciare ex ordĩe caro michi: valẽt stille tẽpoꝝ ꝛ olĩ iardesco meditari in lege tua: ꝛ ĩ ea tibi cõfiteri sciẽtiã ꝛ ĩperitiã meã p̄mordia illuĩationis tue: ꝛ reliq̃as tenebraꝝ meaꝝ: q̃usqȝ deuoreẽ a fortitudĩe ĩfirmitas. Et nolo in aliud defluãt horeq̃s inuenio liberas a necessitatib⁹ reficiẽdi corpis ꝛ ĩtẽtiõis animi: ꝛ seruitutis quã debem⁹ hoĩb⁹: ꝛ ꝛ quã nõ debem⁹: ꝛ tñ reddim⁹.

B Dñe de⁹ me⁹ intẽde orõni mee et mĩa tua exaudiat desideriũ meũ: qm̃ non mihi soli estuat: sȝ vsui vult esse fraterne charitati. ꝛ vides ĩ corde meo q̃ sic est: vt sacrificẽ tibi famulatũ cogitationis ꝛ lingue mee: ꝛ da qꝺ offeram tibi. Inops enĩ ꝛ pauper sum. tu diues ĩ omnes inuocantes te: qui securus curã nostri geris. Circũcide ab omni temeri

ta te ab omniq3 mendacio interiora ⁊ ex
teriora labia mea. Sit caste delicie mee
scripture tue. Nec fallar in eis: nec fal-
lam ex eis. Domine attende ⁊ miserere
domine deus meus: lux cecorū ⁊ virtus
infirmorū: statimq3 lux vidētiū ⁊ virtus
fortium: attēde animā meā: ⁊ audi cla-
mantē de ꝓfundo. Nam nisi adsint: ⁊ in
ꝓfūdo aures tue: quo ibim⁹ ⁊ clamabi-
mus? Tuus est dies: ⁊ tua est nox. Ad
nutum tuum momēta transuolant. Lar
gire inde spacium meditationibus no-
stris in abdita legis tue: neq3 aduersus
pulsantes claudas eā. Neq3 enī frustra
scribi voluisti tot paginarum opaca se-
creta. Aut non habent ille silue ceruos
suos recipientes se in eas: ⁊ resumētes
ambulantes et pascentes recumbentes
⁊ ruminantes. O dn̄e ꝑfice me ⁊ reuela
michi eas. Ecce vox tua gaudiū meum
vox tua sup affluētiā voluptatum. Da qđ
amo. Amo enī. Et hoc tu dedisti. Nec do
na tua deseras nec herbā tuā spnas sitiē
tē. Confitear tibi quicquid inuenero in li
bris tuis: ⁊ audiā vocē laudis: ⁊ te bibā
⁊ cōsiderē mirabilia de lege tua ab vsq3
principio in quo fecisti celū ⁊ terrā: vsq3
ad regnū tecū perpetuū sācte ciuitatis
tue. Domine miserere mei: ⁊ exaudi de
sideriū meū. Puto enī ꝙ non sit de ter
ra: non de auro ⁊ argento et lapidibus:
aut decoris vestibus: aut honorib⁹ ⁊ po
testatibus: aut voluptatibus carnis. ne
q3 de necessariis corpori ⁊ huic vite pe-
regrinationis nr̄e: q̄ oīa nobis apponūtur
q̄rētib⁹ regnū ⁊ iusticiā tuā. ¶
Uide dn̄e de⁹ meus vn̄ sit desideriū me
um. Narrauerūt michi iniusti delectatio
nes suas: sꝫ nō sicut lex tua dn̄e. Ecce vn̄
est desideriū meū. Uide pr̄ aspice ⁊ vide
⁊ approba: ⁊ placeat in cōspectu miseri
cordie tue inuenire me gratiā an̄ te: vt
aperiant̄ pulsāti mihi iteriora sermonū
tuoꝝ. Obsecro ꝑ dn̄m nr̄m iesum xp̄m
filiū tuū virū dextre tue filiū hoīs: quē
confirmasti tibi mediatorē tuum ⁊ nr̄m
ꝑ quē nos q̄sisti non querentes te: q̄sisti
aūt vt q̄reremus te: verbū tuū ꝑ qđ fe-
cisti oīa in quib⁹: et me vnicū tuū ꝑ quē
vocasti in adoptionē populū credentiū

in quo ⁊ me: ꝑ eum te obsecro qui sedet
ad dexterā tuā ⁊ te iterpellat pro nobis
in quo sunt oēs thesauri sapiētie ⁊ scien
tie absconditi. Ipm̄ quero ī libris tuis.
Moyses de illo scripsit. Hoc ipe ait. hoc
veritas ait. Audiā ⁊ intelligam quō in
principio fecisti celū ⁊ terrā. Scripsit
hoc moyses. scripsit ⁊ abijt: trāsiuit hīc
ad te. Neq3 enim nunc ante me est. Nā
si esset: tenerem eum: ⁊ rogarem eum: ⁊
ꝑ te obsecrarē vt mihi ista pāderet: ⁊ p̄
berē aures corporis mei sonis erūpēti-
bus ex ore eius. Et si hebrea voce loq̄-
ret̄: frustra pulsaret sensum meum nec ī
de mentem meam quicq̄ tangeret. Si
aūt latine: scirē q̄d diceret. Sed vn̄ sci-
rem an verum diceret? Q̄ si et hoc sci-
rem nū ⁊ ab illo scirē? Intus vtiq3 mihi
intus in domicilio cogitationis: nec he-
brea nec greca: nec latina: nec barbara
veritas sine oris et lingue organis: sine
strepitu syllabarum diceret: verum di-
cit: ⁊ ego statim certus cōfidēter illi ho-
mī tuo dicerē: verum dicis. Cū ergo il-
lum interrogare non possim: te quo ple-
nus vera dixit veritas rogo te deus me
us rogo parce peccatis meis: ⁊ qui illi
seruo tuo dedisti hec dicere da et michi
hec itelligere. Ecce sūt celū ⁊ terra: cla
mant ꝙ facta sint. Mutātur enī atq3 va
riant̄. Quicq̄d aūt factū nō est: et tn̄ est
non est in eo quicq̄ qđ an̄ non erat. qđ ē
mutari atq3 variari. D ¶ Cla
mant etiam ꝙ seipsa non fecerint: ideo
sumus quia facta sumus. Nō ergo era-
mus anteq̄ essemus vt fieri possemus a
nobis. Et vox dicentiū est ipa euidētia
Tu ergo domine fecisti ea qui pulcher
es: pulchra sunt enim: qui bonus es: bo
na sunt enim: qui es: sunt enim. Nec ita
pulchra sunt: nec ita bona sunt: nec ita
sunt: sicut tu cōditor eorum: cui compa-
rata nec pulchra sunt: nec bona sūt: nec
sunt. Scimus hec: gratias tibi. Et sci-
entia nostra scientie tue cōparata: igno
rantia est. In principio fecit deus celū
⁊ terram. Quomodo autē fecisti celum
⁊ terram? ⁊ q̄ machina tā grandis opa-
tiōis tue? Nō eī sicut hō artifex formās
corpus de corpore arbitratu anime va

lentis imponere vt cũq; speciẽ quã cernit in semetipsa interno oculo. Et vnde hoc valere nisi q: tu fecisti eam? Et ipo nit speciẽ iam existenti & habẽti vt esset velnti terre aut lapidi aut ligno aut auro: aut id genus rerũ cuilibet. Et vnde ista essent nisi tu fecisses ea? Tu fabrũ corpus: tu animum membris imperitãtem fecisti. tu materiã vnde facit aliq̃d tu ingeniũ quo artẽ capiat et videat intus quid faciat foris. tu sensum corporisquo interp̃te traijciat ab animo ad materiã id q̃d facit: & renũciet aĩo quid factũ sit: vt ille intus cõsulat presidentẽ sibi veritatẽ an bñ factũ sit. Te laudãt hec omĩa creatorẽ omniũ. Sed tu quo modo facis ea. Quõ fecisti deus celum et terrã? Nõ vtiq; in celo neq; in terra fecisti celũ & terram: neq; in aere aut in aquis: qm̃ & hec p̃tinent ad celũ & terrã neq; in vniuerso mundo fecisti vniuersum mundũ: q: non erat vbi fieret añq̃ fieret vt esset. nec manu tenebas aliq̃d vñ faceres celũ & terrã. Nam vnde tibi hoc q̃d tu nõ feceras vñ aliq̃d faceres. Quid enĩ est nisi q: tu es? Ergo dixisti et facta sunt: atq; ĩ verbo tuo fecisti ea. ¶ Sed quõ dixisti. Nunquid illo modo quo facta est vox de nube dicens hic est filius meus dilectus. Illa enim vox acta atq; transacta est: cepta et finita. Sonuerunt syllabe atq; transierunt secunda post primam: tertia post secundam: atq; inde ex ordine donec vltima post ceteras silentiumq; post vltimam. Unde claret atq; eminet quod creature motus expressit eam seruiens eterne voluntati tue ipse tẽporalis. Et hec ad tẽpus facta verba tua nũciauit auris exterior menti prudenti. cuius auris interior posita est ad eternũ verbũ tuũ. At illa cõparauit hec v̄ba tẽporailiter sonãtia cũ eterno in silentio verbo tuo. et dixit. Aliud est longe: longe aliud est. Hec longe infra me sunt: nec sunt: quia fugiunt & pretereunt. Verbũ autẽ dñi mei supra me manet in eternũ. Si ergo verbis sonantib⁹ & pretereuntibus dixisti vt fieret celũ & terra: atq; ita fecisti celum & terram. erat iam creatura corporalis ante celũ & terrã. cui⁹ motibus tp̃alibus tẽporaliter vox illa percurret Nullũ autẽ corpus ante celũ & terram. Aut si erat: id certe sine transitoria voce feceras: vñ transitoriã vocẽ faceres qua diceres vt fieret celũ & t̃ra? Quicquid enĩ illud esset: vnde talis vox fieret: nisi abs te factũ esset: oĩno non esset Ut ergo fieret corpus vnde ista verba fierent: quo v̄bo a te dictum est. Uocas itaq; nos ad intelligendum verbũ deũ apud te deũ: q̃d sempiterne dicit̃: & eo sempiterne dicuntur oĩa. Neq; enĩ finitur q̃d dicebat̃. & dicitur aliud vt possint dici omĩa: sed simul ac sempiterne oĩa. Alioq̃n iam tẽpus & mutatio: & non v̄a eternitas nec vera imortalitas. ¶

Hoc noui deus meus & grãs ago. Noui ɔfiteor tibi dñe mecũq; nouit & benedicit te quisquis ingrat⁹ non est certe veritati. Nouimus dñe nouimus: qm̃ inq̃tũ quicq̃d nõ est q̃d erat & est quod non erat: intantũ morit̃ & oritur. Nõ ergo quicq̃ verbi tui cedit atq; succedit: qm̃ vere immortale atq; eternũ est. Et ideo verbo tibi coeterno: simul & sempiterne dicis omĩa q̃ dicis. & fit q̃cquid dicis vt fiat. Nec aliter q̃ dicendo facis nec tñ & simul & sempiterna fiunt omĩa q̃ dicendo facis. Cur queso te dñe deus me⁹: vtcũq; video. sed quõ id eloquar nescio: nisi q: omne q̃d esse incipit & esse desinit. tunc esse incipit & tunc desinit: qñ debuisse incip̃e vel desinere in eterna rõe cognoscit̃ vbi nec incipit aliquid nec desinit. Ipm̃ ẽ v̄bum tuum: quod & principium ẽ: qui & loquit̃ nobis. Sic ĩ euãgelio p̱ carnẽ ait: & hoc insonuit foris auribus hoĩm vt crederet̃: & intus quereret̃ & inueniret̃ in eterna veritate vbi oẽs discipulos bonus et solus magister docet. Ibi audio dñe vocẽ tuam dicentẽ michi. qm̃ ille loquitur nobis q̃ docet nos. Qui aũt non docet nos etiã si loquit̃ non nobis loquit̃. Quis porro nos docet nisi stabilis veritas. Quia et p̱ creaturã mutabilem nõ admouemur ad veritatem stabilem ducimur. vbi vere discimus cum stamus & audimus eũ et gaudio gaudemus propter vocem

sponsi. reddētes nos vñ sum⁹. Et ideo pricipiū: qr nisi maneret cum errarem⁹ nō esset quo rediremus. Cum aūt redimus ab errore: cognoscendo vtiqꝫ redimus. Ut autez cognoscam⁹ docet nos: qr principiū est et loquit̄ nobis. In hoc principio deus fecisti celum ꝛ terraz in verbo tuo/ in filio tuo / in virtute tua/ ī sapientia tua/ in veritate tua: miro mō dicens. ꝛ miro modo faciens. Quis cōprehendet? Quis enarrabit? Quis est illud quod interlucet mihi. et percutit cor meū sine lesione. ꝛ inhorresco ꝛ inardesco? B Inhorresco inq̄tum dissimilis ei sum: inardesco inq̄tū similis ei sum. Sapientia ipsa est q̄ interlucet mihi discindēs nubilū meum quod me rursus cooperit deficiente ab ea caligine atqꝫ aggere penarū mearum. qm̄ sic infirmatus est in egestate vigor meus: vt non sufferā bonū meū donec tu dñe q̄ propicius factus es omnib⁹ iniquitatibus meis etiaz sanes omēs languores meos. qr ꝛ redimes de corruptione vitam meā ꝛ coronabis me ī miseratione et misericordia ꝛ satiabis in bonis desiderium meū: quoniā renouabit̄ iuuentus mea sicut aquile. Sepe enī salui facti sum⁹: ꝛ promissa tua ꝑ patientiā expectam⁹. Audiat te intus sermocinantem qui potest. Ego fidēter ex oraculo tuo clamabo. Quam magnificata sunt opera tua dñe. oīa in sapientia fecisti. et illa principium. ꝛ in eo principio fecisti celum ꝛ terrā. Nōne ecce pleni sunt vetustatis sue qui nobis dicunt. Quid faciebat deus añq̄ faceret celū ꝛ terraz? Si enī vacabat inquiunt et non operabatur aliquid: cur non sic sp et deinceps. quemadmodū retro semper cessauit ab opere. Si enī vllus motus in deo nou⁹ extitit. ꝛ voluntas noua vt cōderet creaturam quā nunq̄ ante cōdiderat: quō ī im vera eternitas vbi oritur voluntas q̄ non erat. Neqꝫ enī voluntas dei creatura est: sed añ creaturam: qr non crearetur aliq̄d nisi creatoris voluntas precederet. Ad ipaz ergo dei substātiā ptinet voluntas ei⁹. Q. si exortū est aliq̄d in dei suba qð pri⁹ nō erat: nō veraciter dicit̄ eterna illa substātia. Si aūt voluntas dei sempit̄na erat: vt esset creatura: cur non sempiterna creatura? Qui hec dicunt nondum te intelligunt. O sapīa dei. lux mentiū: nondum ītelligunt quō fiant que ꝑ te atqꝫ in te fiunt: ꝛ conātur eterna sape: sz adhuc in preteritis ꝛ futuris rerū motib⁹ cor eoꝝ volitat ꝛ adhuc vanū est. D Quis tenebit illō ꝛ figet illud in pabulū stet: ꝛ paululum rapiat splendorē semꝑ stantis eternitatis: ꝛ comparet cū tpibus nunq̄ stantibus: ꝛ videat esse incōparabilē: ꝛ videat longū tēpus nisi ex multis ꝓtereūtibus motibus qui simul extendi non pñt longū nō fieri. non aūt preterire quicq̄ in eterno: sed totū esse pñs. nullu3 vero tēpus totū esse pñs. ꝛ videat omne preteritū ꝓpelli ex futuro. ꝛ omne futurū ex preterito consequi: ꝛ omne preteritū ac futurū ab eo qð semꝑ est pñs creari ꝛ excurrere? Quis tenebit cor hoīs vt stet et videat quō stans dictet futura et ꝓterita tēpora: nec futura nec preterita eternitas? Nunquid manus mea valet hoc. aut manus oris mei ꝑ loquelas agit tam grandē rem? Ecce rñdeo dicēti q̄d faciebat de⁹ anteq̄ faceret celum ꝛ terrā. rñdeo non illud qð quidā respondisse ꝑhibet̄ ilocaliter eludens q̄stionis violentiā. Alta inquit scrutantib⁹ gehēnas parabat. Aliud est videre: aliud ridere. Hec nō respondeo. libentius enī responderē nescio qð nescio: q̄ illud vnde irridetur qui alta interrogauit: ꝛ laudatur qui falsa respondit. Sed dico te deus noster oīs creature creatorem: ꝛ si celi ꝛ terre nomine omnis creatura intelligit̄ audacter dico. anteq̄ faceret deus celū ꝛ terrā non faciebat aliquid. Si enī faciebat: quid nisi creaturam faciebat? Et vtinā sic sciā quicq̄d vtiliter scire cupio. quēadmodum scio q̄ nulla fiebat creatura anteq̄ fieret vlla creatura. Aut si cuiusq̄ volatilis sensus vagat̄ ꝑ imagines retro tēporū: ꝛ te deum oīpotentē ꝛ oīcreantē et oītenentē: celi ꝛ terre artificem: ab opere tanto anteq̄ id faceres ꝑ innumerabilia secula cessasse mirat̄. euigilet atqꝫ attendat: quia

falsa miratur. Nam vnde poterat innumerabilia secula preterire que ipse nõ feceras: cum scis omniũ seculoꝝ auctor et conditor? Aut que tẽpora fuissẽt que abs te condita nõ essẽt? Aut quomodo p̃terissẽt si nunq̃ fuissẽt? Cum ergo sis operator omnium tẽporum si fuit aliq̃d tẽpus anteq̃ faceres celum ⁊ terrã: cur dr̃ q̃ ob ope cessabas? Idipm̃ enĩ tẽp⁹ tu feceras nec p̃terire potuerũt tpa anteq̃ faceres tpa. I Si aũt añ celũ ⁊ terrã nullũ erat tẽpus: cur q̃ritur q̃d tũc faciebas? Non enĩ erat tunc vbi nõ erat tẽp⁹. nec tu tpe tpa p̃cedis: alioq̃n nõ oĩa tẽpora p̃cederes. Sed p̃cedis oĩa tpa p̃terita. celsitud ne sẽper p̃sentis eternitatis: ⁊ supas oĩa futura: quia ⁊ illa futura sunt ⁊ cũ venerint preterita erunt. tu autẽ idẽ ipse es: et anni tui non deficient. Anni tui nec eunt nec veniunt. isti enim nostri ⁊ eunt ⁊ veniũt vt omnes veniãt. Anni tui omnes simul stant: quoniam stant. nec euntes a venientibus excludunt̃: q̃r non transeunt. Isti autem nostri omes erũt: cũ oẽs nõ erũt Anni tui dies vnus: ⁊ dies tu⁹ nõ quotidie sꝫ hodie: q̃r hodiernus tuus non cedit crastino: neq̃ enim succedit hesterno. Hodiern⁹ tu⁹ eternitas: ideo coeternũ genuisti: cui dixisti. ego hodie genui te. omnia tpa tu fecisti: ⁊ añ omnia tpa tu es. nec aliquo tpe nõ erat tp̃s Nullo ergo tpe nõ feceras aliquid: quia ipsum tẽpus tu feceras: ⁊ nulla tẽpora tibi coeterna sũt: q̃r tu p̃manes At illa si p̃manerẽt nõ essent tpa. Quid est enĩ tẽpus Quis hoc facile breuiterq̃ explicauerit? Quis hoc ad verbũ de illo proferẽdum vel cogitatione cõp̃hẽderit? Quid aũt familiarius ⁊ notius in loquẽdo cõmemoramus q̃ tẽpus? Et intelligimus vtiq̃ cum id loq̃mur. intelligimus etiã cum alio loquente id audimus. Quid est ergo tẽpus? Si nemo ex me q̃rat scio si querenti explicare velim nescio. Fidẽter tamẽ dico scire me: quod si nichil p̃teriret nõ esset preteritũ tẽp⁹. ⁊ si nihil adueniret non esset futurum tempus: ⁊ si nichil esset nõ esset p̃ns tp̃s Duo ergo illa tẽpora preteritũ ⁊ futurum quõ sũt quando ⁊ preteritũ iã nõ est: ⁊ futurum nondum est? Presens aũt si sẽp esset p̃sens nec ĩ p̃teritũ trãsiret: iã nõ esset tp̃s sꝫ eternitas. II Si ergo presens vt tẽp⁹ sit ideo fit q̃r in preteritum transit. quomodo ⁊ hoc esse dicim⁹ cui causa vt sit illa est quia nõ erit: vt scilicet nõ vere dicam⁹ tẽp⁹ esse nisi quia tendit ĩ nõ esse? Et tamẽ dicim⁹ longuꝫ tẽpus ⁊ breue tẽpus: neq̃ hoc nisi de p̃terito aut futuro dicimus. Preterituꝫ tempus longũ verbi gratia vocam⁹ ante cẽtum annos: futurum itidẽ longum post cẽtum annos. Breue aũt preteritũ sicut putta dicim⁹ ante decẽ dies: et breue futurum post decẽ dies. Sed quo pacto longum est aut breue quod non est? Preteritũ enim iam non est: ⁊ futuruꝫ nondum est. Non ita dicamus longum est: sed dicam⁹ de preterito: longum fuit: ⁊ de futuro longum erit. Domine deus meus lux mea nõne ⁊ hic veritas tua deridebit hominẽ? Q̃ enim lõgum fuit p̃teritum tẽpus cum iam esset p̃teritum longũ fuit: an cũ adhuc p̃sens esset Tunc enim poterat esse longũ quando erat quod esset longũ. Preteritũ vero iam non erat vnde nec lõgũ esse poterat quod omnino nõ erat. Nõ ergo dicam⁹ longum fuit preteritum tẽpus: neq̃ enĩ inueniemus quid fuerit longũ quando ex quo p̃teritũ est nõ est. Sꝫ dicam⁹ longum fuit illud p̃sens tp̃s: q̃r cũ presens esset longum erat. Nondum enim p̃terierat vt nondum esset: ⁊ ideo erat q̃d lõgũ eẽ posset Postea xo q̃ p̃terijt simul et lõgũ esse destitit quod esse destitit Videamus ergo o aĩa humana vtrũ ⁊ p̃ns tp̃s possit esse lõgũ. Datum .n. tibi ẽ sentire moras atq̃ metiri. Quid respondebis michi? An cẽtum anni p̃ntes longũ tp̃s ẽ. Uide prius vtrũ possint p̃sẽtes eẽ centũ anni. Si .n. p̃mus eorum annus agit̃ ip̃e p̃ns ẽ: nonaginta vero ⁊ nouẽ futuri sunt: ⁊ iõ nondum sunt. L Si aũt secundus annus agit̃: iam vnus est p̃terit⁹: alter p̃ñs: ceteri futuri. Atq̃ ita est medioꝝ quẽlꝫ cẽtenariũ huius numeri annũ p̃ñtẽ posuerim⁹: ante illuꝫ p̃citi erũt post illũ futuri. Quocirca cẽ=

tum anni p̄sētes esse nō potuerūt. Uide saltem vtrum qui agit vnus ipse sit presens: te eius enim si primus agitur mensis futuri sunt ceteri. Si secund⁹. iam & prim⁹ preteriit & reliq̄ nōdū sunt. Ergo nec annus q̄ agit totus est presens. Et si non totus est presens: non est ann⁹ p̄sens. Duodecim enim mēses annus est Quoꝝ quilibet vnus mēsis q̄ agit ipse presēs est. ceteri autē p̄teriti aut futuri Quāq̄ neqꝫ mēsis q̄ agit presens est: sꝫ vnus dies. Si primus: futuris cet. s. si nouissimus: p̄teritis ceteris. si mediorum quilibet īter preteritos & futuros. Ecce p̄ns tempus quod solum inueniebamus longum appellandū. vix ad vnius diei spacium cantractuū est. Sed discutiamus etiam ipsum: quia nec vnus dis tot⁹ est p̄ns. Nocturnis eīn et diurnis horis oīb⁹ vigītiq̄ttuor explet Quarū p̄ma ceteras futuras hꝫ: nouissima p̄titas aliqua vero īteriectarū āte se p̄teritas post se futuras. Et ipsa vna hora fugitiuis particulis agitat. Quicq̄d eius auolauit p̄teritū ē. Quicq̄d ei restat futurum. Si quid intelligitur tp̄is quod in nullas iam vel in minutissimas momentorum partes diuidi possit. id solū est quod presens dicat. Quod tñ ita raptim a futuro in preteritū trāsuolat: vt nulla morula extendat. Nam si extenditur diuiditur in preteritum et futurum Presens autem nullum habet spaciū. Ubi est ergo tēp⁹ quod longū dicamus An futuꝝ? Non q̄dē dicim⁹ lōgū est. qꝛ nondū est qd̄ lōgū sit sꝫ dicim⁹ lōgū erit Qñ igit erit? M Si enim & tunc cū adhuc futurū erit. nō erit longū qꝛ q̄d sit lōgū nōdū erit. Si aūt tunc erit longū cū ex futuro: qd̄ nōdū est: esse iam cepit: & presēs factū erit vt possit esse quod longum sit. tam supioꝛib⁹ vocibus clamat p̄ns tēpus lōgū se esse non posse. Et tamē dn̄e sentim⁹ īterualla tēpoꝝ: & cōparam⁹ sibimet: & dicim⁹ alia longiora: & alia breuiora. Metimur etiam q̄to sit breuius aut longius illud tēpus q̄ illud. & respondemus duplum esse hoc vel triplum: illud autem simplū au tantum hoc esse q̄tum illud. Sed p̄tereūtia metimur tēpora cū sētiēdo metimur. Preterita vero q̄ iam non sunt: aut futura q̄ nondum sūt q̄s metiri pōt Nisi forte audebit q̄s dicere metiri posse qd̄ non est Cum ergo preterit temp⁹ sentiri & metiri potest. cum autem p̄terierit qm̄ non est non pōt. Quero pat nō affirmo: deus meus preside michi et rege me. Quisnam est qui dicat michi nō esse tria tēpora: sicut pueri didicim⁹ pueros qꝫ docuimus: preteritum presens & futurum: sed tantum presens: quoniam illo duo nō sunt? An et ipsa sunt? sed ex aliquo procedit occulto cum ex futuro fit p̄ns & in aliqd̄ recedit occultum cū ex p̄nti fit preteritū? Nā vbi ea viderūt qui futura cecinerunt si nondum sunt? Neqꝫ enim potest videri id qd̄ non est. Et qui narrant p̄terita nō vtiqꝫ v̄ba narrarēt: si animo illa non cernerent. Que si nulla essent: cerni omnino non possent Sūt ergo & futura & p̄terita Sine me domine amplius querere. spes mea nō cōturbet intentio mea. N Si enim sunt futura & p̄terita: volo scire vbi sint. Quod si nondum valeo: scio tñ vbicunqꝫ sunt. non ibi ea futura esse aut p̄terita sed presentia. Nam si et ibi futura sunt nondum ibi sunt. Si & ibi p̄terita sunt: iam non ibi sunt. Ubicunqꝫ ergo sunt quecunqꝫ sunt: non sunt nisi p̄sentia: q̄q̄ preterita cum vera narrant ex memoria p̄feruntur: nō res ip̄e q̄ preterierunt: sꝫ v̄ba cō cepta ex imaginib⁹ eaꝝ: que in aīo velut vestigia p sēsus p̄tereūdo fixert Puericia q̄ppe mea que iam nō est. in tp̄e p̄terito est qd̄ iam non est. Imaginem v̄o eius cum eam recolo & narro in p̄nti tp̄e ītueor. quia est adhuc ī memoria mea. Utrū simul sit causa etiā p̄dicandoꝝ futuroꝝ. vt rerum q̄ nondū sunt iā existentes p̄sentat imagines confiteor deus meus nescio. Illud sane scio: nos plerumqꝫ premeditari futuras actiones nostras eamqꝫ premeditationem esse presentem. actionem autem quam premeditamur nondum esse qꝛ futura ē. Quā cū agressi fuerim⁹: et qd̄ p̄meditabamur agē cepim⁹ tūc erit illa actio: qꝛ tūc non futura sed presens

erit. Quoquomõ se ita habeat archana presentia futurorũ: videri nisi quod est non potest. Qđ aũt iã ẽ. nõ futurum sed presens est. Cũ ergo videri dicuntur futura. non ipsa q̃ nondum sunt. id est que futura sunt. sed eorũ cause vel signa forsitan videntur que iam sunt. Ideo non futura sed presentia sunt iam videntibus ex quibus futura predicãtur animo concepta. Que rursus conceptiones iã sũt et eas presentes apud se intuẽtur qui illa predicunt. Loquatur mihi aliquod exemplum tanta rerum numerositas. Intueor auroram orituram solem pronuncio quod ĩtueor p̃sens est quod p̃nũcio futurũ Q Nõ sol futurus qui iam est sed ortus eius q̃ nõdũ est. Tñ etiã ortum ipsum nisi animo imaginarer sicut modo cum id loquor: non eum possem p̃dicere. Sed nec illa aurora quam in celo video solis ortus est q̃uis eum precedat nec illa imaginatio in animo meo. que duo presentia cernũtur: vt futurus ille ante dicatur. Futura ergo nondum sunt. Et si nõdum sunt: nõ sunt. Et si nõ sunt videri omnino nõ possunt. sed predici possunt ex presentibus que iam sũt et videntur. Tu itaq; regnator creature tue quis est modus quo doces animas ea que futura sunt? Docuisti enim prophetas tuos. Quis nam ille modus est quo doces futuras cui futurum quicq̃ nõ ẽ vel potius de futuris doces presentia? Nam quod non est. nec doceri vtiq; potest. Nimis longe est modus iste ab acie mea: Inualuit ex me: nõ potero ad illũ potero autẽ ex te: cum dederis tu dulce lumẽ occultorum oculorum meorum. Quod aũt nunc liquet et claret nec futura sunt nec preterita. Nec proprie dicitur tempora sunt tria. preteritum: presens et futurũ. Sed fortasse proprie diceretur. tempora sunt tria. presens de preteritis presens de presentibus. presens de futuris Sunt enim hec in anima tria. quedam. et alibi ea non video. Presens de preteritis memoria. presens de presentibus contuitus: presens de futuris expectatio. Si hec permittimur dicere: tria tempora video. fateorq; tria sunt. Dicatur etiam tempora sunt tria. preteritum: presẽs et futurũ. sicut abutitur consuetudo. Dicatur. Ecce non curo nec resisto nec reprehendo dum tamẽ intelligatur quod dicitur. neq; id quod futurum est esse iam. neq; id quod preteritum est Pauca sunt enim q̃ proprie loquimur: plura non proprie. sed agnoscitur q̃d velimus. Dixi ergo pauloante q̃ pretereuntia tẽpora metimur: vt possimus dicere duplũ esse hoc temporis ad illud simplum. aut tãtũ hoc quantũ illud: et si q̃d aliud de partibus tẽporum possimus renũciare metiendo. P Quocirca vt dicebã preterẽtia metimur tẽpora Et si quis mihi dicat. vnde scis: respondeam. scio quia metimur: nec metiri que non sunt possumus. et non sunt preterita vel futura. Presens vero tempus quomodo metimur: quãdo non habet spaciũ? Metitur ergo cum preterit cũ autem preterierit non metitur. Quid enim metiatur non erit. Sed vnde et qua et quo preterit cum metitur. Unde nisi ex futuro? qua nisi p̃ presens? quo nisi in preteritum? Ex illo ergo quod nondum est. per illud quod spacio caret: in illud quod iam non est. Quid autem metimur nisi tempus ĩ aliquo spacio? Neq; enim dicimus simpla et dupla et tripla et equalia. et si quid hoc modo in tempore dicimus nisi inter spacia tẽporum. In quo ergo spacio metimur tempus preteriens? Utrũ in futuro vnde preterit? Sed qđ nondum est nõ metitur. An in presenti qua preterit? Sed nullum spaciũ nõ metimur. An ĩ preterito quo preterit/ Sed quod iam non est nõ metimur. Exarsit animus meus nosse istud implicatissimũ enigma. Noli claudere domine deus meus bone pater. p̃ christũ obsecro noli claudere desiderio meo ista et vsitata et abdita quo minus in ea penetret. et dilucescant allucente misericordia tua domine. Quem percũctabor de his/ Et cui fructuosius confitebor imperitiam meam nisi tibi cui nõ sunt molesta studia mea. flammantia vehementer in scripturas tuas.

Q Da qđ amo: amo enim. et hoc tu dedisti. Da pater q̃ vere nosti data bo

na dare filiis tuis. Da quoniam suscepi cognoscere te. et labor est ante me donec aperias. Per christum obsecro in nomine eius sancti sanctorum nemo mihi obstrepat. Et ego credidi: propter quod et loquor. Hec est spes mea ad hanc viuo vt contempler delectationes domini. Ecce veteres posuisti dies meos et transeunt. et quomodo nescio. Et dicimus tempus et tempus. tempora et tempora. Quamdiu dixit hoc ille quamdiu fecit hoc ille. et quam longo tempore illud non vidi. et duplum temporis habet hec syllaba ad illam simplam breuem. Dicimus hec: et audimus hec: et intelligimus. Manifestissima et vsitatissima sunt: et eadem rursus nimis latent: et noua est inuentio eorum. Audiui a quodam homine docto. quod solis ac lune ac siderum motus ipsa sint tempora et non animi. Cur enim non potius omnium corporum motus sint tempora? An vero si cessarent celi lumina et moueretur rota figuli: non esset tempus quo metiremur eos giros. et diceremus aut equalibus morulis agi aut si alias tardius. alias velocius moueretur. alios magis diuturnos esse: alios minus. Aut cum hoc diceremus non et nos in tempore loqueremur. aut essent in verbis nostris alie longe syllabe alie breues nisi quia ille longiore tempore sonuissent iste breuiore? Deus dona hominibus videre in paruo communes noticias rerum paruarum atque magnarum. Sunt et sidera et luminaria celi in signis et in temporibus et in annis et in diebus. Sunt vero: sed nec ego dixerim circuitum illius ligneole rote diem esse: nec tamen ideo tempus non esse ille dixerit. Ego scire cupio vim naturamque temporis quo metimur corporum motus. et dicimus illum motum verbi gratia tempore duplo esse diuturniorem quam istum. Nam quero quoniam dies dicitur non tantum morula solis super terram secundum quod aliud est dies aliud nox: sed etiam totus eius circuitus ab oriente vsque ad orientem: secundum quod dicimus tot dies transierunt. Cum suis enim noctibus dicuntur tot dies nec extra reputantur spacia noctium. Quoniam ergo dies expletur motu solis atque circuitu ab oriente vsque ad orientem quero vtrum motus ipse sit dies an mora ipsa quanta peragitur. an vtrumque.

R Si enim primum dies esset. dies ergo esset etiam si tanto spacio temporis sol cursum illum peregisset. quantum est hore vnius. Si secundum. non ergo esset dies si ab ortu solis vsque in ortum alterum tam breuis mora esset quam est hore vnius. Sed vicies et quater circuiret sol vt expleret diem. Si vtrumque nec ille appellaretur dies si hore spacio sol totum suum girum circuiret. nec illa si sole cessante tantum temporis preteriret quanto peragere sol totum ambitum de mane in mane assolet. Non itaque nunc queram quid sit illud quod vocatur dies: sed quid sit tempus quo metientes solis circuitum diceremus eum dimidio spacio temporis peractum minus quam solet: si tanto spacio temporis peractus esset quanto peraguntur hore duodecim. Et vtrumque tempus comparantes diceremus illud simplum hoc duplum. etiam si aliquando illo simplo aliquando isto duplo sol ab oriente vsque ab orientem circuiret. Nemo ergo michi dicat celestium corporeum motus esse tempora. quia et cuiusdam voto cum sol stetisset vt victor iosue prelium perageret sol stabat sed tempus ibat. Per suum quippe spacium temporis quod ei sufficeret. illa pugna gesta atque finita est. S Video igitur tempus quandam esse distensionem. Sed an video an videre michi videor? Tu demonstrabis lux veritas. Iubes vt approbem si quis dicat tempus esse motum corporis? Non iubes. Nam corpus nullum nisi in tempore moueri audio. Tu dicis. Ipsum autem corporis motum tempus esse non audio. Non tu dicis. Cum enim mouetur corpus tempore metior quamdiu moueatur ex quo moueri incipit donec desinat. Et si non vidi ex quo cepit et perseuerat moueri vt non videam cum desinit: non valeo metiri nisi forte ex quo videre incipio donec desinam. Quod si diu video tantummodo longum tempus esse renuncio. non autem quantum sit: quia et quantum cum dicimus collatione dicimus velut tantum hoc quantum illud. aut duplum hoc ad illud: et si quid aliud isto modo. Si autem notare potuerimus locorum

spacia vnde ⁊ quo veniat corpus quod mouetur: vel partes eius si tanꝙ in. torno mouetur. possumus dicere ꝙtum sit tēporis ex quo ab illo loco vsqꝫ ad illum locum motus corporis vel partis eius effectus est. Cum itaqꝫ aliud sit motus corporis: aliud quo metimur ꝙ diu sit: quis non sentiat quid horum potius tēpus dicendū sit? Nam ⁊ si varie corpus aliqñ mouetur: aliqñ stat: non solum motum eius sed etiam statum tēpore metimur. ⁊ dicimus tm̄ stetit ꝙtum motum est. aut duplo vel triplo stetit ad id qđ motum est. ⁊ si quid aliud nostra dimensio siue comprehēderit siue existimauerit vt dici solet plus minus. Non est ergo tp̄s corporis motus. Et confiteor tibi dn̄e ignorare me adhuc quid sit tempus. ⁊ rursus cōfiteor tibi dn̄e scire me in tempore ista dicere. et diu me iam loqui de tp̄e. atqꝫ idipsum diu non esse nisi morā tp̄is. Quō igit̄ hoc scio: qñ quid sit tempus nescio? An forte nescio quēadmodum dicam qđ scio? Hei mihi qui nescio saltē quid nesciam. Ecce deꝰ meus coram te: q2 nō mētior: sicut loquor ita est cor meum. Tu illuminabis lucernam meā dn̄e deus meus: illumina tenebras meas. Nōne tibi confitetur anima mea confessione veridica metiri me tempora? Ita ne deus meus metior? Et qđ metiar nescio? Metior motum corporis in tempore. item ipsum tempus non metior? An vero corporis motum metirer ꝙ diu sit ⁊ ꝙ diu hinc illuc perueniat nisi tempus in quo mouetur metirer.

¶ Ipsum ergo tempus vnde metior. An tp̄e breuiore metimur lōgius: sicut spacio cubiti spacium trāstri. Sic enī videmur spacio breuis syllabe metiri spaciū longe syllabe. atqꝫ id duplum dicere. Ita metimur spacia carminum spacijs versuum: ⁊ spacia versuum spacijs pedum. ⁊ spacia pedum spacijs syllabarum. ⁊ spacia lōgarum spacijs breuium non in paginis. Nam eo modo loca metimur: non tēpora. Sed cū voces ꝓnunciādo transeunt: ⁊ dicimus longū carmen est: nam tot versibus cōtexitur lōgi versus: nam tot pedibus ꝯstāt lōgi pedes: nā tot syllabis tenduntur. longa syllaba: nā dupla est ad breuē. Sed nec ꝙ ita cōprehēditur certa mensura tp̄is: qñquidem fieri pōt vt ampliori spacio tp̄is ꝑsonet versus breuior si productiꝰ ꝓnuncietur ꝙ longior si correptius. Ita carmen. ita pes. ita syllaba. Inde mihi visum est nichil esse aliud tp̄s ꝙ distentionē. sꝫ cuiꝰ rei nescio: ⁊ mirum si nō ipsius animi. Quid enim metior obsecro deus meus ⁊ dico. aut inde finite longius est hoc tp̄s ꝙ illud. aut etiam definite duplū est hoc ad illud. Tēpus metior scio. Sed non metior futurū: q2 nōdum est. Sed non metior presens: quia nullo spacio tendit̄. Non metior preteritum q2 iā nō est. Quid ergo metior? An pretereūtia tēpora nō preterita. Sic enī dixerā. Insiste aīe meus: ⁊ attēde te fortiter. Deus adiutor noster ipe fecit nos ⁊ nō ipsi nos. Attēde vbi albescit veritas Ecce puta vox corporis incipit sonare ⁊ sonat ⁊ adhuc sonat. et ecce desinit. iam qꝫ silentium est. et vox illa preterita est: et non est iam vox. Futura erat anteꝙ sonaret. ⁊ non poterat metiri. quia nondum erat. ⁊ nunc non pōt q2 iaꝫ non est. Tunc ergo poterat cū sonabat. q2 tunc erat q̄ metiri posset. Sed ⁊ tunc non stabat ibat enī ⁊ p̄teribat. An iđ magis poterat. Preteriens enī tenebat̄ in aliqđ spacium tēporis quo metiri posset qm̄ presens nullū habet spaciū. Si ergo tūc poterat: ecce puta altera cepit sonare ⁊ adhuc sonat: continuato tenore sine vlla distinctione. metiamur eā dum sonat Cum enī sonare cessauerit: iā preterita erit: ⁊ non erit que possit metiri. Metiamur plane ⁊ dicamꝰ quanta sit. ¶ Sed adhuc sonat: nec metiri potest nisi ab initio sui quo sonare cepit vsqꝫ ad finē quo desinit. Ipsum quippe interuallum metimur ab aliquo īitio vsqꝫ ad aliquem finē. Quapropter vox que nōduꝫ finita est metiri non pōt. vt dicat̄ ꝙ longa vel breuis sit. nec dici aut eq̄lis alicui aut ad aliquā simpla vel dupla vł qđ aliud. Cū aūt finita fuerit iam non erit. Quo pacto igitur metiri poterit Et metimur tamē tempora. nec ea que nōduꝫ

sunt: nec ea que iam nō sunt. nec ea que
nulla mora extēdunt. nec ea que termi=
nos non habent. Nec futura ergo. nec
preterita nec presentia : nec pretereun=
tia tp̄a metimur : ⁊ metimur tñ tempo=
ra. Deus creator omniū. Uersus iste octo
syllabarum breuibus ⁊ longis alternat
syllabis. Quatuor itaq̄ breues. prima
tertia/ quīta/ septima simple sunt ad q̄=
tuor longas scd̄m quartam/ sextā/ octa
uam. He singule ad illas singulas du=
plum habēt tēporis. pronuncio ⁊ renun
cio. ⁊ ita est quantum sentit sensu mani=
festo. Quantum sensus manifestus est
breui syllaba lōgam metior : eamq̄ sen=
tio habere bis tm̄. Sed cum altera post
alterā sonat: si prior breuis: longa poste
rior: quō tenebo breuem: ⁊ quō eam lon
gam metiens applicabo: vt inueniā qđ
bis tm̄ habeat. quandoquidē longa so=
nare non incipit nisi breuis sonare desti
terit. Ipsam quoq̄ longā non presentē
metior: qn̄ nisi finitā nō metior. Ei⁹ aūt
finitio preteritio ē. Quid ergo est quod
metiar. Ubi est quam metior breuis.
Ubi est lōga quā metior. Ambe sonue=
rūt/ auolauerūt/ preterierūt. iā nō sunt
et ego metior. Fidenterq̄ rn̄deo qn̄ ex=
ercitato sensu fidit illam simplā esse. il=
lam duplam in spacio. s. tp̄is. Neq̄ hoc
possum nisi quia preterierunt/ et finite
sunt. Non ergo ipsas que iā nō sunt. sed
aliquid ī memoria mea metior qđ īfixū
manet. X In te anime meus tem
pora metior. noli mihi obstrepere quod
est. noli tibi obstrepere turbis affectio=
num tuarū. In te inq̄ tp̄a metior. affe=
ctionē quā res pretereūtes in te faciūt
⁊ cū ille preterierint manet. Ipsam me
tior presentē: non eas que preterierunt
vt fieret. Ipsam metior cū tp̄a metior.
Ergo aut ipsa sunt tēpora : aut non tp̄a
metior. Quid cum metimur silentia. et
dicimus illud silentium tantū tenuisse
tp̄is quantū illa vox tenuit. Nonne co=
gitationē tendimus ad mensurā vocis
quasi sonaret/ vt aliquid de interuallis
silentiorum ī spacio temporis renuncia
re possim⁹. Nam ⁊ voce atq̄ ore cessan=
te peragimus cogitando carmina ⁊ ver
sus ⁊ quēq̄ sermonem: motionumq̄ di=
mensiones quaslibet. et de spacūs tem=
porū quantum illud ad illud sit renūcia
mus. non aliter. ac si ea sonādo dicere=
mus. Si voluerit aliq̄s edere lōgiuscu=
lam vocem: ⁊ cōstituerit premeditando
q̄ longa futura sit : egit vtiq̄ iste spaci=
um tp̄is in silentio: memorieq̄ commen
dans cepit edere illam vocē que sonat:
donec ad propositū terminū pducatur.
Immo sonuit ⁊ sonabit. Nam quod ei⁹
iā peractū est vtiq̄ sonuit. qđ aūt restat
sonabit. atq̄ ita peragit dū presens in=
tentio futurū in preteritū traiicit. de mi
nutione futuri crescēte preterito. donec
consummatione futuri sit totū preteri=
tum. Sed quō minuit aut consumitur
futurū qđ nondum est. Aut quō crescit
preteritū quod iam nō est. nisi q² in aīo
qui illud agit tria sunt Nam ⁊ expectat
et attendit ⁊ meminit. vt id quod expe=
ctat per id qđ attēdit transeat in id qđ
meminerit. Quis igit negat futura nō=
dum esse. Sed tamē iam est in aīo expe
ctatio futurorū. Et quis negat preteri=
ta iā nō esse. Sed tñ adhuc est ī aīo me=
moria preteritorū. Et q̄s negat presens
tēpus carere spacio. q² ī pūcto preterit
Sed tñ pdurat attētio p quam peragat
abesse qđ aderit. Non igit longum tp̄s
futurū qđ non est: sed longū futurū lōga
expectatio futuri est. Neq̄ longū prete
ritum tēpus qđ non est. sed longū prete
ritum longa memoria preteriti est. Di=
cturus sum canticū qđ noui: añq̄ inci=
piā ī totū expectatio mea tendit. Cum
autē cepero quantum ex illo in preteri=
tum decerpsero tendit in memoria mea
atq̄ distendit vita huius actionis mee
in memoriā propter qđ dixi. ⁊ in expe=
ctationē propter quod dicturus sū pre
sens tamē adest attentio mea per quam
traiiciatur qđ erat futurū vt fiat prete=
ritū. Y Quod q̄to magis agit et
agitur: tanto breuiata. expectatiōe pro
longatur memoria: donec tota expecta
tio consummat: cum tota illa actio fini=
ta transierit in memoriam. Et quod in
toto cantico hoc in singulis particulis
eius fit. atq̄ in singulis syllabis eius

hoc in actione longiore cuius forte par
ticula est illud canticum hoc in tota vita
hominis cuius partes sunt omēs actio-
nes hoīs hoc in toto seculo filiorum ho-
minum cuius partes sunt oēs vite hoīz
Sed qm̄ melior est misericordia tua su
per vitas ecce distentio est vita mea. et
me suscepit dextera tua in dn̄o meo me
diatore filio hoīs inter te vnum: et nos
multos in multis per multa vt per eum
apprehendam in quo et apprehensus sū
et a veterib⁹ dieb⁹ colligar sequēs vnū
preterita oblitus: non in ea que futura
et transitura sunt sed ī ea que ante sunt
non distentus: sed intus. Nō scđm distē
sionem: sed scđm intētionem sequor ad
palmam superne vocationis. vbi audiā
vocē laudis tue: et cōtempler delectatio
nem tuā nec venientē nec preterevntem
Nunc vero anni mei in gemitibus: et
tu solatium meū dn̄e pater me⁹ eternus
es. At ego in tp̄a dissilui quorum ordi-
nē nescio. et tumultuosis varietatibus
dilaniant̄ cogitationes mee: intima vi-
scera anime mee donec in te confluam
purgat⁹ et liquidus igne amoris tui. et
stabo atque solidabor in te in forma mea
veritate tua: nec patiar questiones ho-
minum qui penali morbo plus sitiūt q̄
capiunt: et dicunt. Quid faciebat deus
anteq̄ faceret celum et terram? Aut qd
ei venit in mētem vt aliquid faceret: cū
antea nunq̄ aliquid fecerit?
3 Da illis dn̄e bene cogitare quid
dicant: et inuenire quia non dicit̄ nunq̄
vbi non est tp̄s. Qui ergo dicitur nūq̄
fecisse: quid aliud dicit̄ nisi nullo tempo
re fecisse? Videant itaque nullum tp̄s eē
posse sine creatura tua: et desināt ipsam
vanitatē loqui. Extendant̄ etiam in ea
que ante sunt: et intelligant te añ omnia
tp̄a eternum creatorem oīm temporū.
neque vlla tp̄a tibi esse coeterna. nec vllā
creaturam etiā si est aliqua supra tem-
pora. Dn̄e de⁹ meus qs ille sinus est al
ti secreti tui. et q̄ longe inde me proie-
cerunt cōsequētia delictorū meorū? Sa
na oculos meos vt congaudeam luci
tue. Certe si est tam grandi scientia et
prescientia pollens animus. cui cuncta
preterita et futura ita nota sint sicut mi
hi vnum canticum notissimum. nimirū
mirabilis est animus iste. atque ad hor-
rorem stupēdus. Quippe quem ita non
lateat quicquid relictum seculorum est
quemadmodum me non latet cantan-
tem illud canticum: quid et quantum
eius abierit ab exordio: qd et quantum
restet ad finē. Sed absit vt tu conditor
vniuersitatis: cōditor animarum et cor-
porū. absit vt ita noueris omnia futura
et preterita. Longe tu. longe mirabili⁹
longeque secreti⁹. Neque enim sicut nota
cantantis: notumue canticū audientis
expectatione vocū futurarū et memoria
preteritarum variat̄ affectus: sensusque
distendit̄. ita tibi aliquid accidit incom-
mutabiliter eterno: hoc est vere eterno
creatori mētium. Sicut ergo nosti ī prī
cipio celum et terram sine varietate no-
ticie tue. ita fecisti in principio celum et
terrā sine distinctiōe actionis tue. Qui
intelligit confiteat̄ tibi et qui non intelli
git cōfiteat̄ tibi. O q̄ excelsus es: et hu-
miles corde sunt domus tua. Tu enim
erigis elisos et non cadunt. quorum for-
titudo tu es. Amen.

Explicit liber vndecimus.

Incipit duodecimus. A



Multa satagit cor me
um domine in hac inopia vi
te mee pulsatum verbis sā-
cte scripture tue: et ideo ple
rumque ī sermone copiosa est
egestas humane intelligentie. qr plus lo
quit̄ inquisitio q̄ inuentio: et lōgior est pe
titio q̄ impetratio. et operosior est manus
pulsans q̄ sumens. Tenemus promis-
sum: quis corrumpet illud? Si deus pro
nobis quis contra nos? Petite et acci
pietis: querite et inuenietis: pulsate et ape

tur vobis. Ois ei q̄ petit accipit. ⁊ que
rens inuenit: ⁊ pulsanti aperiet. Promis
sa tua sunt. Et q̄s falli timeat cum pro-
mittit veritas? Confitet altitudini tue
humilitas lingue mee: qm̄ tu fecisti ce-
lum ⁊ terrā. hoc celū qd̄ video: terrāq̄
quā calco. Vn̄ est hec terra quā porto.
Tu fecisti. Sz vbi est celū celi dn̄o de q̄
audiuimus ī voce psalmi: celum celi do
mino terrā aūt dedi filiis hoīz? Vbi est
celum qd̄ nō cernim⁹; cui terra est hoc
omne qd̄ cernimus? Hoc eī totū corpo-
reum: nō vbiq̄ totū ita cepit speciē pul-
cram in nouissimis: cui fundus est terra
nostra. sed ad illud celū celi etiam terre
nr̄e celū terra est Et hoc vtrūq̄ magnū
corpus non absurde terra ē ad illud ne
scio quale celū qd̄ dn̄o est non filiis ho-
minū. Et nimirū hec terra erat inuisibi
lis ⁊ incōposita. ⁊ nescio q̄ profunditas
abyssi sup quaz non erat lux quia nulla
spēs erat illi. Vn̄ iussisti vt scriberetur
q̄ tenebre erant super abyssum quid ali
ud q̄ lucis absentia? Vbi eni lux esset si
esset: nisi superesset eminēdo et illustrā
do Vbi ergo lux nondum erat: q̄d erat
adesse tenebras nisi abesse lucem? B
Super itaq̄ erant tenebre: q2 super lux
aberat. sicut sonus vbi non est: silētium
est. Et q̄d est esse ibi silentium: nisi sonū
ibi non esse? Nōne tu dn̄e docuisti hanc
aīam q̄ tibi confitet? Nonne tu dn̄e do-
cuisti me: q̄ priusq̄ istā informen mate
riam formares atq̄ distingueres: non
erat aliquid. non color: non figura. non
corpus. non spūs. nō tū oīno nihil erat
q̄dā informitas sine vlla specie? Quid
ergo vocaret. quo etiā sensu tardiorib⁹-
vtcūq̄ isinuaret: nisi vsitato aliquo vo-
cabulo? Quid aūt in oībus mundi par
tib⁹ reperiri potest ꝓpinquius informi
tati oīmode: q̄ terra ⁊ abyssus? Min⁹
enim speciosa sunt ꝓ suo gradu infimo:
q̄ cetera superiora perlucida ⁊ luculen
ta oīa. Cur ergo non accipiā informita
tē materie quam sine specie feceras. vn
de speciosum mūdū faceres: ita commo
de hominib⁹ intimatā: vt appellaretur
terra inuisibilis ⁊ incomposita. Et cum
in ea querit cogitatio quid sensus attin
gat. ⁊ dicit sibi. nō est intelligibilis for-
ma sicut vita: sicut iusticia: quia mate-
ries est corpoꝝ neq̄ sensibilis: qm̄ quid
videatur ⁊ q̄d sentiatur in inuisibili ⁊ in
com posita non est. Dū sibi hec dicit hu
mana cogitatio: conetur eam vel nosse
ignorando: vel ignorare noscēdo. Ego
vero dn̄e si totuz confitear tibi ore meo
et calamo meo q̄cquid de ista materia
docuisti me. cuius antea nomen audiēs
et non intelligens narrātibus mihi eis
qui non intelligerent eam cum specieb⁹
innumeris et variis cogitabam et ideo
non eam cogitabam. fedas et horribi-
les formas perturbatis ordinibus vo-
luebat animus. sed formas tñ: et infor-
me appellabam non q̄ careret forma: sed
q̄ talē haberet: ⁊ vt si appareret insoli-
tum ⁊ incongruum auersaret sens⁹ me-
us: ⁊ conturbaretur īfirmitas hominis
C Verbum autē illud quod co-
gitabam: non priuatione omnis forme
sed cōparatione formosioꝝ erat īforme
⁊ suadebat vera ratio vt oīs forme qua
lescūq̄ reliquias oīno detraherē: si vel
lem prors⁹ īforme cogitare ⁊ nō poterā
Citius eī nō esse censebam quod omni
forma priuaretur: quā cogitabam q̄d-
dam informe: et nichil formatuz: nec ni
chil īforme ꝓpe nichil Et cessauit mēs
mea īterrogare hinc spūm meū plenuz
imaginibus formatoꝝ corpoꝝ ⁊ eas ꝓ
arbitrio mutantē atq̄ variantē. Et intē
di in ipsa corpora: eorumq̄ mutabilita-
tē altius inspexi qua desinunt esse quod
fuerant: ⁊ incipiunt esse quod nō erant.
Eundemq̄ transitum de forma in for-
mam per informe quiddā fieri suspica-
tus sum: non per omnino nichil. Sz nos
se cupiebam: non suspicari. Et si totum
tibi confiteat vox ⁊ stilus meus quicq̄d
de ista questione enodasti mihi: quis le-
gētium capere durabit? Nec ideo tamē
cessabit cor meū dare tibi honorē ⁊ can
ticum laudis de his que dictare nō suf-
ficit. Mutabilitas enim rerum muta-
bilium capax ipsa est formarum omni-
um in quas mutātur res mutabiles. Et
hec quidem? Nunquid animus? Nun-
quid corp⁹? Nūquid species anime vel

corporis? Si dici posset nil aliquid est ꝛ non est: hoc eam dicerem. Et tamē iam vtcūq; erat vt species caperet istas visibiles ꝛ compositas. Et vnde vtcumq; erat nisi esset abs te a quo sunt omnia in quantumcūq; sunt? Sed tanto a te longius quanto dissimilius. Neq; enim locis itaq; tu domnine qui non es alibi aliud ꝛ alias aliter: sed ipsum ꝛ idipsum et idipsum. sanctus/ sanctus/ sanctus/ dominus deus omnipotens; in principio quod est de te. in sapientia tua que nata est de substantia tua: fecisti aliquid ꝛ de nihilo. D Fecisti enī celum et terrā. non de te. nam esset equale vnigenito tuo. ac per hoc ꝛ tibi. ꝛ nullo modo iustum esset vt equale tibi esset quod de te non esset. Et aliud preter te non erat vnde faceres ea deus vna trinitas et trina vnitas. Et ideo de nichilo fecisti celum ꝛ terram magnum quiddam: et paruum quiddam qm omnipotens et bonus es ad facienda omnia bona: magnum celum ꝛ paruam terrā. Tu eras et aliud nihil vnde fecisti celum ꝛ terrā quo quedam vnum prope te alterū prope nichil. Unum quo superior tu esses alterum quo inferius nichil esset. Sed illud celum celi tibi dn̄e terram aūt quā dedisti filiis hoīm cernandam atq; tangendam non erat talis qualē nūc cernimus ꝛ tangimus. Inuisibilis enī erat ꝛ incomposita ꝛ abyssus erat sup quā non erat lux. aut tenebre erant sup abyssum id est magis q̄ in abysso. Ista quippe abyssus aquarum iam visibilium etiam in profundis suis habet speciei sue lucē vt cunq; sensibilem piscibus: ꝛ repētib9 in suo fundo animantibus. Illud autem totum prope nihil erat quoniam adhuc omnino informe erat. Iam tamen erat quod formari poterat. Tu enim dn̄e fecisti mundū de materia informi quā fecisti de nulla re pene nullā rem: vnde faceres magna q̄ miramur filii hominum Ualde enim mirabile hoc celū corporeū quod firmamentū inter aquā ꝛ aquam secundo die post conditionē lucis dixisti fiat. ꝛ sic factum est. Quod firmamentum vocasti celum. sed celum terre hui9 et maris que fecisti tertio die dando speciem visibilem iformi materie quā fecisti ante omnem diē. E Iam enī feceras ꝛ celum ante omnē diē. sed celum celi huius. quia in principio feceras celum ꝛ terram. Terra autē ipsa quā feceras informis materies erat quia inuisibilis erat et incomposita et tenebre sup abyssum. De qua terra inuisibili ꝛ incō posita: de qua informitate. de quo pene nihilo faceres hec omīa: quibus iste mutabilis mundus constat ꝛ nō constat. in quo ipsa mutabilitas apparet i qua sentiri ꝛ dinumerari pn̄t tēpora: quia rerū mutationibus fiūt tp̄a dū variant ꝛ vertunt spēs quarū materies predicta est terra inuisibilis. Ideoq; spūs doctor famuli tui cum te cōmemorat fecisse in principio celū ꝛ terram. tacet de tēporibus silet de dieb9 Nimirū enī celū celi qđ in principio fecisti creatura est aliqua itellectualis. quāq̄ nequaq̄ tibi trinitati coeterna: particeps tn̄ eternitatis tue valde mutabilitatē suā p̄ dulcedine felicissime cōtēplationis tue cohibet ꝛ sine vllo lapsu ex quo facta est inherendo tibi excedit omnē volubilē vicissitudinē tēpoꝝ. Ista vero informitas terre inuisibilis ꝛ incōposite. nec ip̄a i dieb9 nūerata est. Ubi enī nulla spēs: nullus ordo: nec venit quicq̄: nec p̄terit. Et vbi hoc non fit: nō sūt vtiq; dies. nec vicissitudo spacioꝝ tēporalium. O veritas lumen cordis mei. non tenebre mee loquantur mihi. Defluxi ad ista et obscuratus sum sed hinc etiam hinc adamaui te. Errauī ꝛ recordatus sum tui. Audiui vocem tuam post me vt redirem. et vix audiui propter tumultus impacatorum
Et nunc ecce redeo estuans et anhelās ad fontem tuum: Nemo me prohibeat: hunc bibam et tunc viuam.
Nam non ego vita mea. Si male vixi ex me mors mihi fui: et in te reuiuisco. Tu me alloquere: tu mihi sermocinare. Credidi libris tuis. et verba eorū archana valde. Iā dixisti mihi dn̄e voce forti in aurē interiorem. q; tu eternus es solus habens immortalitatem quia ex nulla specie motu ve mutaris.

nec tpibus variat voluntas tua: qr non est immortalis volūtas que alia et alia est. Hoc in conspectu tuo claret michi. et magis magisqꝫ clarescat oro te: atqꝫ in ea manifestatione persistā sobriꝰ sub alis tuis. F Item dixisti mihi dn̄e voce forti in aurē interiorem: qꝫ oēs naturas atqꝫ substantias que non sunt qḋ tu es ⁊ tn̄ sunt: tu fecisti. ⁊ hoc solū a te non est. qḋ nō est. motusqꝫ voluntatis a te ꝗ es ad id qḋ minus est. qr talis motus delictū atqꝫ peccatum est. Et quod nullius peccatū aut tibi nocet: aut perturbat ordinem imperij tui vel in primo vel in imo. Hoc in conspectu tuo claret michi. et magis magisqꝫ clarescat oro te. atqꝫ in ea manifestatione persistā sobrius sub alis tuis. Item dixisti michi voce forti in aurē interiorem. qꝫ nec illa creatura tibi coeterna est cuius voluntas tu solus es: teqꝫ pseuerantissima castitate hauriens mutabilitatē suā nusqꝫ et nunqꝫ exierit. ⁊ te sibi semper presente ad quem toto affectu se tenet: non habens futurū qḋ expectet. nec ī preteritum traijciēs quod meminerit: nulla vite variat: nec in tēpora vlla distenditur. O beata si qua ista est inherendo beatitudini tue beata sempiterno inhabitatore te atqꝫ illustratore suo. Nec inuenio qḋ libentius appellandum existimē celum celi dn̄o: qꝫ domū tuā cōtēplantem delectationē tuam sine vllo defectu egredīdi in aliud: mentem purā concordissime vnā stabilimento pacis sanctorū spirituum: ciuium ciuitatis tue in celestibꝰ sup ista celestia. Vn̄ intelligat aīa cuius peregrinatio lōginqua facta est. si iā sitit tibi. si iam facte sunt ei lachryme sue panis. dum dicit ei per singulos dies. vbi est deus tuus: si iā petit a te vnam ⁊ hāc requirit: vt inhabitet in domo tua per oēs dies vite sue. Et ꝗ vita eius nisi tu? Et qui dies tui nisi eternitas tua? Sicut anni tui ꝗ nō deficiūt qr idē ipse es. Hinc ergo intelligat aīa mea que pt qꝫ longe super oīa tpa sis eternus. qn̄ tua domꝰ ꝗ peregrinata non est: qꝫuis nō sit tibi coeterna: tn̄ indesinenter ⁊ indeficienter tibi coherēdo nullam patit vicissitudinē tēporū. Hoc in cōspectu tuo claret mihi. ⁊ magis magisqꝫ clarescat oro te. atqꝫ in hac manifestatione persistam sobrius sub alis tuis. G Ecce nescio qḋ informe in istis mutationibꝰ rerū extremarū atqꝫ infimarū. Et quis dicet mihi: nisi quisquis ꝑ inania cordis sui cum suis fantasmatibꝰ vagat et voluit? Quis nisi talis dicet mihi: qꝫ diminuta atqꝫ consumpta omni specie si sola remaneat informitas per quam de specie in speciem res mutabat ⁊ vertebatur possit exhibere vices tēporū. Omnino esse non pōt. qr sine varietate motionū non sunt tpa. ⁊ nulla varietas vbi nulla species. Quibus consideratis qꝫtum donas deꝰ meꝰ: quantū me ad pulsandum excitas. qn̄tūqꝫ pulsanti aperis. duo reperio ꝗ fecisti carentia tpibus. cū tibi neutrū coeternū sit. Vnū qḋ ita formatū est: vt sine vllo defectu cōtēplationis. sine vllo internallo mutationis. qꝫuis mutabile tn̄ non mutatū tua eternitate atqꝫ incōmutabilitate pfruat. Alterū quod ita informe erat: vt ex qua forma in quā formā vel motionis vel stationis mutaret. quo tpe subderet nō haberet. Sꝫ hoc vt informe eēt nō reliquisti: qm̄ fecisti āte oēm diem in pricipio celum ⁊ terrā hec duo ꝗ dicebā. Terra autē inuisibilis erat et incomposita: ⁊ tenebre sup abyssum. Quibꝰ verbis isinuatur informitas: vt gradatim excipiant. ꝗ oīmodā spēi priuationē: nec tn̄ ad nichil peruētionē: cogitare non pn̄t vn̄ fieret alterū celū ⁊ terra visibilis atqꝫ cōposita ⁊ aqua speciosa. ⁊ qcqd deinceps in cōstitutiōe huius mundi non sine diebꝰ factū cōmemorat qr talia sunt vt in eis agant vicissitudines tēporū ppter ordinatas commutationes motionū atqꝫ formarū. Hoc interim sentio deꝰ meꝰ: cū audio loquentem scripturā tuam. in principio fecit deꝰ celū ⁊ terram. terra aūt erat inuisibilis et incomposita. ⁊ tenebre erāt sup abyssū. neqꝫ cōmemorantē qꝫ hodie feceris hec

H Sic interim sentio propter illud celum celi: celum intellectuale: vbi est intellectus nosse simul: non ex parte: non in enigmate. nō per speculum. sed ex toto

to in manifestatione facie ad faciem. nō mō hoc mō illud: sed qd̄ dictum est nosse simul sine vlla vicissitudine tēporꝫ: ꝓpter inuisibilē atqꝫ incompositā terrā sine vlla vicissitudine temporꝫ q̄ solet hr̄e mō hoc ꝛ mō illud. qꝛ vbi nulla species nusq̄ ē hoc aut illud. Propter duo hec primitus formatū penitus informe: illud celū: sꝫ celū celi. hoc vo terram. sed terrā inuisibilē ꝛ incōpositā. ꝓpter duo hec interī sentio sine commemoratione dierū dicere scripturā tuā. in principio fecit deus celū ꝛ terrā. Statim quippe subiecit. quā terram dixerit. Et qd̄ scd̄o die cōmemoratꝰ factum firmamentum ꝛ vocatū celū: insinuat de quo celo prius sine diebꝰ sermo locutꝰ sit. Mira profunditas eloquiorū tuorū: quorū ecce ante nos superficies blandiens paruulis. Sed mira ꝓfunditas deus meus: mira profunditas. Horror est intendere in eam: horror honoris et tremor amoris. Odi hostes eiꝰ vehemēter. O si occidas eos de gladio bis acuto: et non sint hostes eius. Sic enim amo eos occidi sibi vt viuant tibi. Ecce aūt alij nō reprehēsores sed laudatores libri geneseos: nō inquiunt hoc voluit in his verbis itelligi spiritus dei: q̄ p moysen famulū eiꝰ ista cū scripsit. nō hoc voluit intelligi qd̄ tu dicis: sed aliud qd̄ nos dicimus. Quibus ego te arbitro deꝰ oīm nostrorū ita r̄ndeo. Num dicetis falsa esse: que mihi veritas voce forti in aurem interiorē dicit de vera eternitate creatoris: q̄ nequaq̄ eiꝰ substātia p tp̄a varietꝰ. nec eius voluntas extra eiꝰ substantiā sit. Vn̄ non eū mō velle hoc modo velle illud: sed semel et simul ꝛ semp velle oīa que vultꝰ. nō iterū et iterū. neqꝫ nūc ista nunc illa: nec velle postea qd̄ nolebat. aut nolle qd̄ volebat prius. quia talis voluntas mutabilis est et omne mutabile eternū non est. Deus autē noster eternus est. Itē quod michi dicit in aurē interiorē: expectatio rerū venturarū fit cōtuitus cū venerit. idem qꝫ cōtuitus fit memoria cū preterierint omnis porro intētio q̄ ita variatꝰ mutabilis est: ꝛ oē mutabile eternū non est Deus aūt noster eternꝰ est. Hec

colligo atqꝫ coniūgo: ꝛ inuenio deū meum deū eternū. non aliqua noua voluntate cōdidisse creaturā. nec sciam eiꝰ transitoriū aliqd̄ pati. Quid ergo dicetis contradictores? An falsa sunt ista? Nō inquiunt. Quid illud? Nunqd̄ falsū est oēm naturā formatā materiā ve formabilem non esse nisi ab illo q̄ summe bonus est: qꝛ summe est? Neqꝫ hoc negamus inquiunt. Quid igitꝰ? An illud negatis sublimē quandā esse creaturā tā casto amore coherentē deo vero ꝛ vere eterno: vt q̄uis ei coeterna nō sit: in nullā tn̄ temporū varietatē ꝛ vicissitudinē ab illo se resoluat ꝛ defluat: sed in eiꝰ solius veracissima cōtēplatiōe requiescat? Qm̄ tu deus diligēti te q̄tū precipis ostendis ei te et sufficis ei: ꝛ id̄o nō declinat a te nec ad se. Hec est domꝰ dei non terrena: neqꝫ vlla celesti mole corporea. sed spiritualis et pticeps eternitatis tue: qꝛ sine labe in ineternū. Statuisti enī eā in seculū ꝛ in seculū seculi: preceptum posuit ꝛ nō preteribit. Nec tn̄ tibi deo coeterna. qm̄ non sine initio: facta est enī. Nā ꝛ si non inuenimus tēpus an̄ illā: prior q̄ppe omniū creata est sapia. nec vtiqꝫ illa sapia tibi deus noster patri suo plane coeterna et coeq̄lis: ꝛ p quā creata sunt omnia. ꝛ in quo principio fecisti celū ꝛ terrā: sed ꝑfecto sapia que creata est intellectualis natura. s. q̄ cōtēplatiōe luminis lumen est Dicitꝰ ei ꝛ ip̄a (q̄uis creata) sapia. ℞ Sed q̄tū īterest inter lumen qd̄ illuminat ꝛ qd̄ illuminatꝰ: tantū inter sapiētiam q̄ creat: ꝛ istā q̄ creata est. sicut inter iusticiā iustificantē ꝛ iusticiam q̄ iustificatiōe facta est. Nā ꝛ nos dicti sumꝰ iusticia tua. Ait enī quidam seruus tuus: vt nos simus iusticia dei in ipso. Ergo quia prior oīm creata est quedā sapia q̄ creata est mens rōnalis ꝛ intellectualis caste ciuitatis tue matris nostre que sursum est ꝛ libera est ꝛ eterna in celis. Quibꝰ celis nisi qui te laudant celi celorum? Quia hoc est ꝛ celū celi dn̄o. Et si non inuenimus tēpus an̄ illā qꝛ ꝛ creaturam tp̄is an̄cedit: q̄ prior oīm creata est: āte illam tn̄ est ipsius creatoris eternitas. a quo facta sumpsit exordium: q̄uis non

tp̄is q̄ nōdū erat tēpus : ipsius tñ cōdi-
tionis sue. Uñ ita est abs te deo nostro
vt aliō sit plane q̄ tu ⁊ nō idipsū: Cū ⁊
si nō solū añ illam: sed nec in illa inueni-
mus tēpus: q̄ est idonea faciē tuā sp̄ vi
dere: nec vspiam deflectit ab ea: q̄ fit vt
nulla mutatione varietur. Inest ei tñ ipsa
mutabilitas vñ tenebresceret ⁊ frigesce
ret: nisi amore grandi tibi coherens tan
q̄ sp̄ meridies luceret ⁊ ferueret ex te.
O domꝰ luminosa et speciosa dilexi de-
corē tuū ⁊ locum habitationis glīe dñi
mei fabricatoris ⁊ possessoris tui. Tibi
suspiret ꝑegrinatio mea. et dico ei q̄ fe-
cit te vt possideat ⁊ me in te : q̄ fecit et
me. Erraui sicut ouis ꝑdita: sꝫ in hume
ris pastoris mei: structoris tui spero me
reportari tibi. Quid dicitis mihi quos
alloquebar cōtradictores: q̄ tñ ⁊ moysē
piū famulū dei ⁊ libros eiꝰ oracula san
cti spūs creditis. L Est ne ista do-
mus dei nō quidem deo coeterna : sꝫ tñ
ſm modū suū eťna i celis: vbi vicestem
porū frustra q̄ritis q̄ nō inuenietis. Su-
ꝑgredit̄ ei oēꝫ distēsionē: ⁊ oēm spaciuꝫ
etatis volubile : cui sp̄ inherere deo bo-
nū est. Est inquiunt. Quid igr̄ ex his q̄
clamauit cor meū ad deū meum vt au-
diret interiꝰ vocē laudis eius: quid tan
dē falsum esse cōtenditis. An q̄ erat in
formis materies: vbi ꝓpter nullam for-
mā nullus ordo erat. Ubi aūt nullus or
do erat: nulla esse vicissitudo temporum
poterat. ⁊ tñ hoc pene nihil. Inq̄tuꝫ nō
omnīo nihil erat ab illo vtiq̄ erat a quo
est quicq̄d est: qd̄ vtcunq̄ aliq̄d est. Hoc
q̄ꝫ aiūt nō negamꝰ. Cū his enī volo co-
rā te aliq̄d colloq̄ deus meus: q̄ hec oīa
q̄ intꝰ in mente mea nō tacet veritas tua
vera esse cōcedunt. Nā q̄ hec negant la
trent q̄tū volūt ⁊ obstrepant sibi ꝑsua-
dere conabor vt q̄escant: ⁊ viaꝫ prebeāt
ad se verbo tuo. Q̄d si noluerint ⁊ repu
lerint me: obsecro te deus meus ne tu si
leas a me. Tu loq̄re in corde meo vera
citer. Solus eñ sic loq̄ris: ⁊ dimittam
eos foris sufflantes in puluerem: ⁊ exci
tantes terrā in oculos suos. ⁊ intrem in
cubile meū: ⁊ cantem tibi amatoria ge-
mens inenarrabiles gemitꝰ in peregri-

natione mea. ⁊ recordans hierusalē ex-
tento in eā sursum corde: hierusalem pa
triā meam. hierusalē matrē meam. teq̄
super eā regnatorē / illustratorē / patrē /
tutorē / maritū / castas ⁊ fortes delicias
⁊ solidū gaudium: ⁊ oīa bona ineffabilia
simul oīa. q̄ vnū summū ⁊ verum bonū
et nō auertar donec in eius pacem ma-
tris charissime vbi sunt primitie spūs
mei. vñ mihi ista certa sunt: colligas to
tum qd̄ sum: a dispersione ⁊ deformita-
te hac: ⁊ cōformes atq̄ cōfirmes i eter-
nū deus meus mīa mea. Cū his autem
qui cūcta illa q̄ vera sunt falsa esse non
dicūt. honorantes ⁊ in culmine seq̄ēde
auctoritatis nobiscū constituētes illā ꝑ
sctm̄ moysen editā sctām scripturā tuaꝫ
⁊ tñ nobis aliq̄d cōtradicūt. ita loquor.
M Tu esto deus noster arbiter inter
confessiones meas ⁊ contradictiōes eo
rū: Dicunt eniꝫ. Quis vera sint hec non
ea tñ duo moyses intuebat̄: cū reuelan-
te spū diceret. in principio fecit deus ce
lū ⁊ terrā. Nō celi noīe spiritalē vel intel
lectualē illā creaturā: sp̄ faciem dei ↄtē
plantē significauit. nec terre noīe infor
mē materiā. Quid igr̄ qd̄ nos dicimus
inquiunt: hoc ille vir sensit: hoc verbis
istis elocutꝰ est. Quid illud est. Nomi-
ne aiunt celi ⁊ terre: totū istū visibilem
mundū prius vniuersaliter ⁊ breuiter si
gnificare voluit: vt postea digereret di-
erū enumeratione q̄si articulatī vniuer
sa que sancto spūi placuit sic enunciare.
Tales q̄ppe hoīes erāt rudis ille atq̄
carnalis ppl̄us cui loq̄bat̄ vt eius opera
dei nō nisi sola visibilia cōmendanda in
dicaret. Terrā vero inuisibilē ⁊ incompo
sitā tenebrosamq̄ abyssum: vñ consequē
ter ostendit̄ ꝑ illos dies facta atq̄ disposi-
ta esse cūcta ista visibilia q̄ nota sunt oī-
bus: nō incōgruenter informē istam ma-
teriē intelligendā esse cōsentiūt. Quid
si dicat aliꝰ eandē informitatē confusio
nē q̄ materie celi ⁊ terre noīe prius insi
nuatā: q̄ ex ea mūdus iste visibilis cuꝫ
omībus naturis q̄ in eo manifestissime
apparent: q̄ celi ⁊ terre nomīe sepe ap-
pellari solet cōditus atq̄ perfectus est.
Quid si dicat ⁊ aliꝰ celū ⁊ terrā quideꝫ

inuisibilem visibilemq3 naturam inde=
center appellatā ac p hoc vniuersā crea
turam quam fecit in sapiētia .i. in princi
pio deus huiuscemodi duobus vocabu=
lis esse cōprehensā. verūtamen quia nō
de ipsa substātia dei: sed ex nihilo cūcta
facta sunt q2 nō sunt idipm qḋ deus: et
inest q̄dā mutabilitas omnib⁹ siue ma=
neant: sicut eterna dom⁹ dei. siue mutē=
tur sicut aīa hoīs ⁊ corp⁹ cōmunē oīm
rerum inuisibiliū visibiliūq3 materiē ad
huc īformē sed certe formabilē vnde fie
ret celum ⁊ terra .i. īuisibilis atq3 visibi
lis iā vtraq3 formata creatura his nomi
nibus enūciata qb⁹ appellaret terra in
uisibilis ⁊ īcōposita ⁊ tenebre sup abys=
sum ea distinctiōe vt terra īuisibilis ⁊ ī=
cōposita ītelligat materies corpalis añ
qualitatē forme tenebre añt sup abyssū
spūalis materia añ cohibitionē quasi flu
entis īmoderationis ⁊ ante illuminatio
nem sapiētie. N Est adhuc
qḋ dicat si q̄s alius velit: non scz iā pfe
ctas atq3 formatas īuisibiles visibilesq3
naturas celi ⁊ terre noīe significari. cū
legit in principio fecit deus celū ⁊ terrā
sed ipsam adhuc informē īchoationem
rerū formabilē creabilēq3 materiā his
nominib⁹ appellatā: q2 ī ea iā esset ista
confusa: nondum qualitatibus formisq3
distincta: q̄ nūc iam digesta suis ordini=
bus vocant celū ⁊ terra. illa spūalis hec
corporalis creatura. Quibus oīb⁹ au=
ditis ⁊ consideratis nolo verbis contē=
dere. Ad nichil enim vtile est nisi ad sub
uersionem audiētium. Ad edificationē
autem bona est lex si quis ea legitime vta
tur. quia finis ei⁹ est charitas de corde
puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide non ficta
Et nouit magister noster in quibus du=
ob⁹ p̄ceptis totā legē pphetasq3 suspē=
derit. Que michi ardēter cōfitenti de⁹
meus lumen oculorum meorum in oc=
culto: quid michi obest cū diuersa ī his
verbis intelligi possint que tamen vera
sint? Quid inq̄ mihi obest: si aliud ego
sensero q̄ sensit alius eū sēsisse qui scri=
psit? Omēs q̄dē q legimus nitimur hoc
indagare atq3 cōprehēdere quod voluit
ille quē legimus. Et cū eū veridicū credi

mus nihil quod falsum esse vel nouim⁹
vel putamus audemus eum existima=
re dixisse. Dum ergo quisquis conatur
id sentire in scripturis sanctis quod in
eis sensit ille qui scripsit. quid mali est
si hoc sentiat quod tu lux omnium veri=
dicarum mentium ostendis verum esse
etiam si hoc nō sensit ille quem legit. cū
et ille verum nec tamen hoc senserit. Ve
rum est etiam domine fecisse te celum ⁊
terrā. ⁊ verū est esse principium sapien=
tiam tuā in qua fecisti omnia. Item ve=
rū est q2 mundus iste visibilis habz ma=
gnas partes suas celū ⁊ terrā breui cō=
plexione facta z oīm conditarūq3 natu=
rarū. O Et verū est q2
omne mutabile insinuat noticie nostre
quandam infirmitatem qua forma ca=
pit vel qua mutat ⁊ vertitur. Verū est
nulla tpa ppeti quod ita coheret forme
incōmutabili: vt quoduis sit mutabile
nō mutetur. Verū est īformitatem que
prope nichil est: vices tēporum habere
non posse. Verū est q2 vnde fit aliqḋ po=
test quodam genere locutionis habere
iam nomē eius rei que inde fit. vnde po
tuit vocari celum ⁊ terra q̄libet īformi=
tas vnde factum est celū ⁊ terra. Verū
est omnium formatorū nihil esse infor=
mi vicinius q̄ terrā ⁊ abyssum. Verū est
q2 non solū creatū atq3 formatū: sed eti=
am quicquid creabile atq3 formabile est
tu fecisti ex quo sunt omnia. Verum est
omne quod ex informi formatur prius
esse informe: deinde formatum. Et his
omnibus veris de quibus non dubitāt
quorum interiori oculo talia videre do=
sti. ⁊ qui moysen famulum tuum in spū
veritatis locutū esse īmobiliter credūt
ex his ergo omnib⁹ aliud sibi tollit qui
dicit. in principio fecit deus celum ⁊ ter
ram .i. in vbo suo sibi coeterno fecit de⁹
intelligibilē atq3 sensibilem vel spiritua
corporalemq3 creaturam. Aliud qui di
cit in principio fecit deus celum ⁊ terrā
id est ī verbo suo sibi coeterno fecit de⁹
vniuersam istam molē corporei mundi
huius cum oīb⁹ quae continet manife=
stis notisq3 naturis. Aliud qui dicit. in
principio fecit de⁹ celū ⁊ terrā .i. in ver

bo suo sibi coeterno fecit deus informē materiā creature spūalis ꝛ corporalis ℣. Aliud q̄ dicit. ī principio fecit de⁹ celū ꝛ terrā. id est ī ꝟbo suo sibi coeterno fecit de⁹ īformē materiā creature corporalis vbi cōfusuꝫ adhuc erat celum ꝛ terra que nunc iam distincta atq̧ formata in istius mundi mole sentimus. Aliud qui dicit. in principio fecit deus celum ꝛ terrā. id est ī ipso exordio faciendi atq̧ operandi fecit deus informē materiā confuse habētē celum ꝛ terrā. vñ formata nunc eminēt ꝛ apparent cum oīb⁹ q̄ in eis sūt. Itē qđ attinet ad intellectū ꝟboꝝ sequentiū ex illis omnib⁹ ꝟis. Aliud sibi tollit q̄ dicit Terra aūt erat inuisibilis ꝛ incomposita. ꝛ tenebre erāt sup abyssum. i. īcorporale illud qđ fecit deus: adhuc materies erat corporearū rerū īformis sine ordīe sine luce. Aliud qui dicit. Terra auteꝫ erat inuisibilis ꝛ īcomposita: ꝛ tenebre erāt super abyssū. i. hoc totū qđ celum ꝛ terra appellatum est: adhuc informis ꝛ tenebrosa materies erat: vnde fieret celū corporeum ꝛ terra corporea cum oībus que in eis sunt corporeis sensibus nota Aliud qui dicit Terra aūt erat inuisibilis ꝛ incōposita: ꝛ tenebre erāt sup abyssū. i. hoc totū q̧ celū ꝛ terra appellatuꝫ est adhuc informis ꝛ tenebrosa materies erat. vñ fieret celum īntelligibile. qđ alibi đr celū celi. ꝛ terra. s. oīs natura corporea: sub quo nomine intelligat̄ etiam hoc celum corporeum. i. vñ fieret oīs īuisibilis visibilisq̧ creatura. Aliud q̄ dicit. Terra aūt erat inuisibilis ꝛ incōposita: ꝛ tenebre erant sup abyssum nō il lā īformitatē nomīe celi ꝛ terre scriptura appellauit: sꝫ iā erat inq̄t ipsa īformitas quā terrā inuisibilē ꝛ incōpositā tenebrosāq̧ abyssum nominauit: de qua celum ꝛ terram deū fecisse p̄dixerat. spiritalē. i. corpalēq̧ creaturā. ℭ

Ališ q̄ dicit. Terra aūt erat inuisibilis ꝛ incomposita: et tenebre erāt sup abyssū id est īformitas q̄dam iā materies erat vnde celum ꝛ terram deum fecisse scriptura p̄dixit. totaꝫ scilicet corporeā mūdi molē ī duas maximas partes superiorem atq̧ inferiorem distributam cū omnibus q̄ in eis sunt vsitatis notisq̧ creaturis. Cū enī duab⁹ istis extremis sētētiis resistere quisq̧ ita tentauerit: si non vultis hāc īformitatē materie celi ꝛ terre noīe appellatā videri erat ergo aliqđ qđ non fecerat deus vñ celū ꝛ terrā faceret: neq̧ enī scriptura narrauit q̧ istā materiam deus fecerit nisi vt intelligamus eā celi ꝛ terre aut solius terre vocabulo significatā: cū diceret̄. In principio fecit deus celū ꝛ terram. et id quod sequit̄. terra autē erat inuisibilis ꝛ incōposita. Quis informē materiā sic placuerit appellare. non tñ intelligemus nisi eam quam fecit deus ī eo quod scriptū est. fecit celum ꝛ terrā Respōdebunt assertores duarū istarū sētētiarū quas extremas posuim⁹: aut illi⁹ aut illius cuꝫ hec audierint et dicent. Informen quidem istam materiam nō negam⁹ a deo factam: a quo sunt omnia bona valde. q: sicut dicimus amplius bonū eē quod creatū atq̧ formatū est: ita fatemur minus bonū esse qđ factū est creabile atq̧ formabile: sꝫ tñ bonū. Nō aūt cōmemorasse scripturā q̧ hanc informitatem fecerit de⁹ sicut alia multa non cōmemorauit: sicut cherubī ꝛ seraphī ꝛ que apostolus distincte ait sedes: ꝛ dñationes: principatus: potestates: que tamē omnia deum fecisse manifestum est. Aut si in eo quod dictum est fecit celum et terram comprehensa sunt omnia: quid de aquis dicimus super quas ferebatur spiritus dei? Si enim terra nominata simul intelliguntur: quomodo iam terre nomine materies informis accipitur: quando tam speciosas aquas videmus? Aut si ita accipitur: cur ex eadem informitate scriptum est. factum firmamētum ꝛ vocatum celum. neq̧ scriptum est factas esse aquas? Non enim adhuc informes sunt ꝛ inuise: quas et tā decora specie fluere cernimus. Aut si tūc acceperūt istaꝫ speciem cū dixit deus. cōgreget̄ aqua q̄ est sub firmamēto: vt congregatio sit ipsa formatio: quid rñdebūt de aq̄s q̄ sup firmamētum sunt? q: neq̧ informes tam honorabilē sedē accipere meruissent nec

scriptū est qua voce formate sint. R
Nā si aliqd genesis tacuit deum fecisse: qđ tñ deum fecisse: nec sana fides: nec cert⁹ ambigit itellect⁹. nec ideo vlla sobria doctrina dicere audebit istas aquas coeternas deo: qꝛ in libro genesios cōmemoratas qdē audiuim⁹: vbi autē facte sint non inuenim⁹. Cur nō informē q̄ʒ illā materiē quā scriptura hec terrā inuisibilē et incōpositam tenebrosamq̃ abyssum appellat: docēte v̄itate intelligamus ex deo factam esse de nichilo. iō q̃ illi non esse coeternā: q̄uis vbi facta sit omiserit enūciare ista narratio? His ergo auditis atq̃ ꝑspectis ꝓ captu īfirmitatis mee quam tibi confiteor scienti deo meo: duo video dissensionum genera oboriri posse: cū aliqd a nūcijs veracib⁹ ꝑ signa enūciať. vnū si de veritate rerū: alterū si de ipsius q̄ annūciat volūtate dissensio est. Aliter enim querim⁹ de creature cōditiōe qd verū sit. aliter aūt qd in his verbis moyses egregius domesticus fidei tue intelligere lectorē auditorēq̃ voluerit. In illo pmo genere discedāt a me oēs qui ea q̄ falsa sunt se scire arbitranť. In hoc item altero discedant a me oēs q ea q̄ falsa sunt moysen dixisse arbitranť. Coniungar autē illis dñe in te: ⁊ delecter cū eis ī te: qui veritate tua pascūtur in latitudine charitatis: ⁊ accedam⁹ simul ad verba libri tui: ⁊ queram⁹ in eis voluntatem tuam ꝑ voluntatem famuli tui: cuius calamo dispēsasti ea. Sed quis nr̄m sic inueniet eā inter tā multa v̄ba q̄ i illis v̄bis aliē atq̃ aliter itellectis occurrūt querentibus: vt tā fidēter dicat hoc sensisse moysen: atq̃ hoc in illa narratione voluisse intelligi: q̄ fidenter dicit hoc verū esse siue ille hoc senserit siue aliud. Ecce enī de⁹ meus ego seru⁹ tuus qui vouit tibi sacrificiū cōfessionis i his litteris: ⁊ oro vt ex mia tua reddā tibi vota mea. Ecce ego q̄ fidenť dico in tuo verbo incommutabili oīa te fecisse inuisibilia ⁊ visibilia. Nūquid tā fidenter dico nō aliud q̄ hoc attendisse moysen cum scriberet in principio fecit deus celū ⁊ terrā? Qꝛ nō sicut in veritate tua video hoc certū ita in eius mente video id eū cogitasse cū hec scriberet. Potuit enī cogitare ī ipso faciendi exordio cū diceret. in principio. potuit ⁊ celū ⁊ terrā hoc loco nullā iā formatā ꝑfectāq̃ naturā siue spiritalem siue corporalē: sed vtrāq̃ inchoatam ⁊ adhuc informem velle intelligi.

S Video qppe vere potuisse dici qcquid horū diceret. sed qd horum in his verbis ille cogitauerit: nō ita video: q̄nuis siue aliqd hoꝝ: siue aliqd aliō qđ a me cōmemoratū non est: tantus vir ille mente cōspexerit. cū hec verba promeret verū eū vidisse apteq̃ id enunciasse nō dubitē. Nemo mihi iā molestus sit dicēdo mihi: nō hoc sensit moyses qđ tu dicis: sed hoc sensit qđ ego dico. Si enī mihi diceret. vnde scis hoc sensisse moysen qđ de his verbis ei⁹ eloqueris equo aīo ferre deberem: ⁊ respōderē fortasse que superius respōdi. vel aliquāto vberius si essem durior. Cū vero dicit. non hoc ille sensit qđ tu dicis: sed qđ ego dico. nec tñ negat qđ vterq̃ nostrū dicit vtrūq̃ verū esse. O vita pauperū deus me⁹: ī cui⁹ sinu nō est ɔtradictio. plue mihi mitigatiōes in cor: vt patiēter tales ferā: q nō mihi hoc dicunt: qꝛ diuini sunt: ⁊ in corde famuli tui viderūt quod dicūt: sed qꝛ superbi sunt: nec nouerunt moysi sniām: sed amāt suā. non qꝛ vera est: sed qꝛ sua est. Alioqn ⁊ aliam verā pariter amarēt: sicut ⁊ ego amo qđ dicūt qñ verū dicūt. nō qꝛ ipsorū est: sed qꝛ verū est. ⁊ iō iā nec ipsorū est qꝛ verū est. Si aūt iō amāt illud qꝛ verū est iam ⁊ ipsoꝝ est ⁊ meum est: qm̄ id commune oīm est veritatis amatorū. Illud autē qđ ɔtendunt nō hoc sensisse moysen qđ ego dico: sʒ qđ ipsi dicunt: nolo: nō amo qꝛ ⁊ si ita est: tamen ista temeritas non sciētie sed audacie est. nec visus sed typus eā pepit. Ideoq̃ dñe tremēda sunt iudicia tua: qm̄ veritas tu: nec mea est nec illius aut illius: sed oīm nr̄m quos ad eius cōmunionē publice vocas. terribiliter admonēs nos vt eā nolimus habere priuatā ne priuemur ea. Nā quisquis id qđ tu oībus ad fruendum ꝓponis sibi proprie vēdicat ⁊ suū vult eē qđ

oīm est a cõmuni ꝓpellit ad sua: hoc est
a veritate ad mendaciū. Qui enī loqui
tur mendacium de suo loquit. Attende
iudex optime deus: ipsa veritas attende
quid dicam contradictori huic. attende
coram te enī dico ⁊ corā fratrib⁹ meis q̄
legitime vtuntur lege vsq₃ ad finē chari
tatis. attende ⁊ vide qd ei dicam si pla-
cet tibi. ¶ Hanc enī vocē huic re-
fero fraternā ⁊ pacificā. Si ambo vide-
mus verū esse qđ dicis: ⁊ ambo videm⁹
verū esse qđ dico: vbi queso id videmus
Nec ego vtiq₃ in te: nec tu in me: sed am
bo in ipsa que supra mētes nostras est in
cõmutabili veritate. Cū ergo de ipsa dñi
dei nostri luce nō cõtendamus: cur de ꝓ
ximi cogitatione cõtēdim⁹? Quā sic vi-
dere nō possimus vt videt incommuta-
bilis veritas. qm̄ si ipse moyses apparu-
isset nobis atq₃ dixiss₃: hoc cogitaui nec
sic eā videremus: sed crederem⁹. Non
itaq₃ supra q̄ scriptū est: vnus pro alte-
ro infletur aduersus alterū. Diligamus
dn̄m deu₃ nostrū ex toto corde: ⁊ ex tota
aīa: ⁊ ex tota mente nostra: ⁊ proximum
nostrū sicut nosmetipsos. Propter que
duo precepta charitatis sēsisse moysen
quicq̄d i illis libris sensit: nisi crediderī
mus: mendacem faciem⁹ deum: cum de
aīo conserui aliter q̄ ille docuit opina-
mur. Iā vide q̄ stultū sit in tanta copia
verissimarū sententiarū q̄ de illis verbis
erui possunt temere affirmare quam ea
rū moyses potissimū senserit: ⁊ pernicio
sis cõtentionib⁹ ipsam offendere chari-
tatem ꝓpter quā dixit oīa: cuius dicta
conamur exponere. Et tū ego de⁹ meus
celsitudo humilitatis mee: ⁊ requies la
boris mei: qui audis cõfessiones meas
et dimittis pctā mea: qm̄ tu mihi preci-
pis vt diligā ꝓximū meum sicut meip̄m
non possum minus credere de moyse fi-
delissimo famulo tuo q̄ michi optarem
ac desiderarē abs te dari muneris si tē-
pore illo natus essem quo ille. eoq₃ loco
me cõstituisses: vt p seruitutē cordis ac
lingue mee littere ille dispensarentur. q̄
tāto post essent oībus gentib⁹ ꝓfuture:
et p vniuersum orbē tanto auctoritatis
culmine oīm falsarum supbarumq₃ do-
ctrinarū verba superaret. Vellem quippe
si tūc ego essem moyses: ex eadem nāq₃
massa oēs venimus: ⁊ quid est hō nisi q₂
memor es eius? vellem ego si tunc ego
essem qđ ille: ⁊ mihi abs te geneseos li-
ber scribendus adiūgeretur: talē michi
eloquēdi facultatē dari: ⁊ eū texēdi ser-
monis modu₃: vt neq₃ illi q̄ nondū q̄unt
intelligere quēadmodū creat deus: tan
q̄ excedētia vires suas dicta recusarent
et illi q̄ hoc iam possunt in quālibet ve-
ram sn̄iam cogitando venissent: eā non
pretermissam in paucis verbis tui famu
li reperirent: ⁊ si alius aliam vidisset in
luce veritatis: nec ipsa in eisdem verbis in
telligenda deesset. ¶ Sicut enim
fons i paruo loco vberior est: pluribus-
q₃ riuis i ampliora spacia fluxū ministrat
q̄ quilibet eorū riuorū qui p multa loco
rum ab eodē fonte deducit: ita narratio
dispensatoris tui sermocinaturis pluri-
bus profutura paruo sermonis modulo
scatet fluentia liquide veritatis. vnde si-
bi q̄sq₃ verū qđ de his reb⁹ pōt: hic illud
ille illud: per longiores loquelarum an
fractus trahat. Alii enī cū hec verba le-
gunt vel audiunt: cogitant deum quasi
hoīem. aut quasi aliquā molē immensa
preditā potestate. nouo quodā ⁊ repen-
tino placito extra seipsam tanq̄ locis di
stantibus fecisse celū ⁊ terram. duo ma-
gna corpora supra ⁊ infra: quibus oīa
ꝯtinerent. Et cū audiūt: dixit deus. fiat
illud: ⁊ factum est illud. cogitant verba
cepta ⁊ finita: sonātia tp̄ibus atq₃ trans
euntia. post quorū transitū statim existe
re qđ iussum est vt existeret. ⁊ si quid for
te aliud hoc modo ex familiaritate car-
nis opināt. In quibus adhuc puulis
aīalibus dum isto humillimo gn̄e verbo
rum tanq̄ materno sinu eorū gestat in-
firmitas. salubriter edificat fides qua
certū habeāt ⁊ teneāt deum fecisse oēs
naturas quas eorū sensus mirabili varie
tate circumspicit. Quarum si quispiam
q̄si vtilitatē dictorū aspernat: ⁊ extra nu
tritorias cunas superba ībecillitate se
extēderit: heu cadet misere. Et dn̄e de⁹
miserere ne implumen pullum concul
cent qui transeunt viam. ⁊ mitte angelū

tuum qui eum reponat in nido vt viuat
donec volet. Alij vero qb⁹ hec v̄ba non
iam nidus sed opaca frutecta sūt vidēt
in eis latentes fructus: et volitant letan
tes: et garriunt scrutantes: et carpūt eos
Uident enim cum hec verba legunt vel
audiūt tua deus eterna: et stabili permā
sione cūcta preterita et futura tempora
su parimec tñ quicq̄ esse tpalis creatu
re quod tu non feceris. Cuius volūtas
quia id est quod tu nullo modo mutata
vel q̄ antea nō fuisset exorta volūtate fe
cisti oīa nō de te similitudinē tuā formā
oīm. sed de nichilo dissimilitudine īfor
mē q̄ formaret p similitudinē tuā recur
rens i tevnum p captu ordinato q̄tum
cuiq3 rerū in suo gñe datum est. et fierēt
oīa bona valde: siue maneāt circa te: siue
gradatī remotiorī distantia p tpa et
loca pulchras narratiōes faciāt aut pa
tiant. X Uident
hec et gaudēt in luce v̄itatis tue q̄tulū
hic valēt. Et alius eorū intendit in id qd
dictū est: in principio fecit deus: et respi
cit sapiētiā principiū: qr et loquit ipsa no
bis. Alius itidē intēdit in eadē v̄ba: et
principiū intelligit exordiū rerū cōdita
rū: et sic accipit i principio fecit: ac si di
ceret. pmo fecit. Atq3 i eis q intelligūt
in principio qd i sapiētia fecisti celum et
terram. alius eorū ipm celū et terrā crea
bilē materiē celi et terre sic esse credidit
cognominatā. aliusq3 iam formatas di
stinctasq3 naturas. ali⁹ vnā formatā eā
dēq3 spūalē celi nomīe aliā informē cor
poralis materie terre nomine. Qui aūt
intelligunt in nominibus celi et terre ad
huc i formē materiem de qua formaret
celum et terra: nec ipsi vno modo id ītel
ligūt: s3 alius vnde consummaret ītelli
gibilis sēsibilisq3 creatura: alius tātum
vñ sensib⁹ moles ista corporea sinu grā
di cōtinēs pspicuas prōptasq3 naturas
Nec illi vno modo qui iam dispositas
digestasq3 creaturas celum et terram vo
cari hoc loco credūt: sed alius inuisibilē
atq3 visibilē. alius solam visibilē in qua
luminosum celum suspicim⁹: et terrā ca
liginosam et queq3 in eis sunt. At ille
qui non aliter accipit: in principio fecit
q̄ si diceret primo fecit: nō habet quomo
do veraciter ītelligat celū et terrā: nisi
materiā celi et terre intelligat: videlicet
vniuerse id est ītelligibilis corporalisq3
creature. Si enim iā formatā velit vni
uersā: recte ab eo q̄ri poterit: si hoc pri
mo fecit deus: quid fecerit deinceps. et
post vniuersitatem non inueniet. ac per
hoc audiet inuitus: quomodo illud pri
mo: si postea nichil? Cum vero dicit pri
mo informem. deinde formatam non est
absurdum si modo est idoneus discerne
re quid precedat eternitate: quid tēpo
re: quid electione: quid origine. Eterni
tate sicut deus omnia. tēpore sicut flos
fructum. electione sicut fructus florem
origine sicut sonus cātum. In his quat
tuor primum et vltimum que comme
moraui difficillime intelliguntur. duo
media facillime. Namq3 rara visio est et
nimis ardua conspicere domine eterni
tatem tuam incommutabiliter mutabi
lia facientem: ac per hoc priorem. Quid
deinde sic acuto cernat animo vt sine la
bore magno dinoscere valeat quomodo
sit prior sonus q̄ cantus. ideo quia can
tus est formatus sonus. et esse vtiq3 ali
quid non formatum potest: formari au
tem quod non est non potest.

Y Sic est prior materies q̄ id qd
ex ea fit. Non ideo prior: quia efficit: cū
potius fiat. nec prior interuallo tempo
ris. Neq3 enim priore tempore sonos
edimus informes sine cantu: et os poste
riore tempore informam cantici coap
tamus aut fingimus sicut ligna quibus
archa: vel argentum quo vasculum fa
bricatur. Tales quippe materie tem
pore etiam precedunt formas rerum q̄
fiunt ex eis. At in cantu non ita est.
Cum enim cantantur auditur sonus ei⁹
Non prius informiter sonat: et deinde
formatur in cantum. Quod enim primo
vtrumq3 sonuerit preterit. nec ex eo q̄d
q̄ reperies quod resumptum arte com
ponas et ideo cantus i sono suo vertitur
qui sonus ei⁹ materies eius est. Idem
quippe formatur vt cantus sit: et ideo si
cut dicebā prior materies sonādi q̄ for
ma cantādi. nō p faciēdi potentiā prior

Neqꝫ enim sonus est cantādi artifex. sꝫ cantanti an me subiacet ex corpore de quo cantum faciat. Neqꝫ tēpore prior. simul enim cū cātu edit. Nec prior electione. non eni potior sonus ꝙ cāt⁹. quī quidem cantus est non tantū sonus. verum etiā son⁹ speciōs⁹. Sed prior ē origine: quia non cantus formatꝫ vt sonus sit sed sonus formatꝫ vt cant⁹ sit. Docet exemplo qui pōt intelligat materiā rerū primo factā ꝛ appellatā celū ꝛ terrā: q: inde facta sunt celū et terra: nec tempore primo factam: quia forme rerum exerunt tempora. illa autem erat informis. iamqꝫ in temporib⁹ simul animaduertitꝫ: nec tñ de illa narrari aliquid pōt nisi velut tēpore prior sit cū pēdatꝫ extremior: q: profecto meliora sunt formata ꝙ informia: ꝛ pcedūtur etnitate creatoris vt esset de nichilo vnde aliqd fieret In hac diuersitate sniaꝝ verarū cōcordiam pariat ipsa veritas: ꝛ deus noster misereatur nostri: vt legitime lege vtamur: precepti fine pura charitate. Ac p hoc si quis querit ex me: quid hoꝝ moyses ille tuus famulus senserit: non sunt hi sermones confessionum mearum: si tibi non confiteor nescio. et scio tamen illas veras esse sententias exceptis carnalibus de quibus ꝙtum existimaui locutus sum. Quos tamen bone spei paruulos hec verba libri tui non territāt alta humiliter: et pauca copiose. sed omnes quos in eis verbis vera cernere ad dicere fateor. diligamus nos inuicem. pariterqꝫ diligamus te deū nostrū fontē vitatis. si non vana: sed ipsam sitimus. eūdemqꝫ famulum tuum scripture huius dispensatorem spiritu tuo plenū ita honoremus vt hoc eum te reuelante cum hec scriberet attēdisse credamus. quod in eis maxime ꝛ luce veritatis et fruge vtilitatis excellit. ita cum alius dixerit hoc sensit quod ego ꝛ alius immo aliud quod ego religiosius me arbitror dicere cur non vtrumqꝫ potius si vtrumqꝫ verum est ꝛ si quid tertium. ꝛ si quid quartum. ꝛ si quid omnino aliud verum qsꝫiam in his verbis videt: cur non illa oīa vid isse credatꝫ p quē de⁹ vn⁹ sacras litteras vera et diuersa visuris multoꝝ sensibus temperauit? ꝫ Ego certe quod intrepidus de corde meo pnuncio: si ad culmen auctoritatis aliqd scriberem: sic mallem scribere: vt quod veri quisqꝫ de his rebus capere posset: mea verba resonarent: ꝙ vt vnam verā sententiam ad hoc apertius ponerē vt excluderē ceteras quarum falsitas me non posset offendere. Nolo itaqꝫ deus meus tam preceps esse: vt hoc illum virum de te meruisse non credam. Sensit ille omnino in his verbis: atqꝫ cogitauit cum ea scriberet: quicquid hic veri potuimus inuenire et quicquid nos nō potuimus: aut nondum possumus: ꝛ tñ in eis inueniri potest. Postremo domine qui deus es: ꝛ non caro ꝛ sanguis: si quid homo minus vidit: nunquid ꝛ spiritum tuum bonum qui deducet me in terram rectā latere potuit qcqd eras i eis vbis tuipse reuelaturus legentib⁹ posteris etiā si ille p quē dicta sunt vnā fortassis ex mltis vis sētētiā cogitauit Qd si ita est: sit igitꝫ illa quaꝫ cogitauit ce tis excellētior. Nobis aūt dñe aut ipsam demōstra: aut quā placet al terā veram: vt siue nobis hoc qd etiā illi homini tuo: siue aliud ex eorūdē vboꝝ occasione patefacias: tu tñ pascas: nō error illudat. Ecce dñe deus meus ꝙ multa de paucis verbis: ꝙ multa oro te scrips̄im⁹. Que nr̄e vires: que tpa omnibus libris tuis ad istum modū sufficiāt? Sine itaqꝫ me breuius in eis confiteri tibi et eligere vnum aliquid quod tu īspiraueris verū certum ꝛ bonū. etiā si multa occurrerint vbi multa occurrere potuerit ea fide confessionis mee vt si hoc dixero qd sēsit minister tu⁹ recte atqꝫ optime. id eni conari me opꝫ. Qd si assecutus non fuero: id tñ dicam qd michi per eius vba veritas tua dicere voluerit. q illi quoqꝫ dixit quod voluit.

¶ Explicit liber duodecimus.

Sequitur tredecimus. A



Nuoco te deus meus misericordia mei qui fecisti me: et oblitum tui non oblit⁹ es. Inuoco te in animam meam quam preparas ad capiēdū te ex desiderio quod inspiras ei. Nunc inuocantem te ne deseras qui priusꝙ̄ īuocarem preuenisti et institisti crebrescens multimodis vocibus vt audirem de longinquo et conuerterer: et vocantem me inuocarem te. Tu enim domine deleuisti omnia mala merita mea ne retribueres manibus meis in quibus a te defeci. et preuenisti omnia bona merita mea: vt retribueres manibus tuis quib⁹ me fecisti. quia et priusꝙ̄ essem tu eras. Nec eram cui prestares vt essem: et tamen ecce sum ex bonitate tua preueniente totum hoc quod me fecisti et vnde me fecisti. Neqꝫ enim eguisti me. aut ego tale bonum sum quo tu adiuueris domine meus et deus meus. non vt tibi sic seruiam quasi ne fatigeris in agendo: aut ne minor sit potestas tua carens obsequio meo: neqꝫ vt sic te colam quasi terrā vt sis incultus si non te colam sed vt seruiam tibi et colam te: vt de te michi bene sit: a quo mihi est vt sim cui bene sit. Ex plenitudine quippe bonitatis tue creatura tua subsistit: vt bonum quod tibi nihil prodesset: nec de te equale tibi esset. tamē quia ex te fieri potuit non deesset. Quid enī te ꝓmeruit celū ꝛ terra q̄ fecisti in principio? Dicāt q̄d te ꝓmeruerunt spiritalis corporalisqꝫ natura: q̄s fecisti in sapientia tua: vt inde penderēt etiam inchoata ꝛ informia queqꝫ in genere suo vel spiritali vel corporali. euntia in immoderationem ꝛ ī longinquam dissimilitudinem tuam. spiritale informe prestanti⁹ ꝙ̄ si formatū corpus esset corporale aūt informe prestantius ꝙ̄ si oīno nihil esset. atqꝫ ita penderēt ī tuo verbo informia: nisi p idem verbum reuocarent ad vnitatem tuam et formarentur et essent ab vno te summo bono vniuersa bona valde? Quid te promeruerant vt essent saltē informia: q̄ neqꝫ hoc essent nisi ex te? Quid te ꝓmeruit materies corporalis vt esset saltem inuisibilis et incōposita. qꝛ neqꝫ hoc esset nisi qꝛ fecisti eā. ideo te qꝛ non erat promereri vt esset non poterat? B

Aut quid te promeruit inchoatio creature spiritalis vt saltē tenebrosa flnitaret. similis abysso: tui dissimilis nisi per idē verbū cōuerteret ad idē a quo facta est. atqꝫ ab eo illumīata lux fieret: q̄uis non equalit: tn̄ conformis forme equali tibi? Sicut enī corpori nō hoc est esse q̄d pulchrū esse: alioq̄n deforme esse nō posset. ita etiā creato spūi non id est viuere q̄d sapiēter viuere. alioquin incōmutabiliter saperet. Bonum aūt illi est herere tibi semp ne q̄d adeptus est conuersione et auersione lumē amittat. ꝛ relabatur in vitam tenebrose abysso similem. Nā ꝛ nos q̄ scd̄m aīam creatura spiritālis sumus. auersi a te nostro lumine: in ea vita fuimus aliq̄n tenebre. et in reliquiis obscuritatis nr̄e laboram⁹: donec simus iusticia tua in vnico tuo sicut mōtes dei. Nam iudicia tua fuimus: sicut abyssus multa. Q̄d aūt in primis cōditionib⁹ dixisti. fiat lux: ꝛ facta est lux cū incongruent hoc intelligo in creatura spiritali: qꝛ erat iā qualiscunqꝫ vita quā illuminares. Sed sicut nō te promeruerat vt essꝫ talis vita que illuminari posset: ita nec cū iā esset ꝓmeruit te vt illuminaret. Neqꝫ enī eius informitas placeret tibi si non lux fieret: non existendo sed intuēdo illuminantē lucē: eiqꝫ cohe rendo: vt ꝛ q̄d vtcūqꝫ viuit: et q̄d beate viuit: non deberet nisi gratie tue. cōuersa p et commutationem meliorem ad id quod neqꝫ in melius neqꝫ in deteri⁹ cōmutari potest: q̄d tu sol⁹ es. qꝛ sol⁹ simpliciter es: cui nō est aliud viuere: aliud beate viuere. quia tua beatitudo tu es. Quid ergo tibi deesset ad bonum quod tu tibi es. etiam si ista vel oīno nulla essent: vel informia remanerēt: q̄ non ex īdigentia fecisti: sed ex plenitudine bonitatis tue: cohibens atqꝫ conuertens ad formam. non vt tanꝙ̄ tuum gaudiū cōpleat ex eis? Perfecto enī tibi displicet eorum īperfectio: vt ex te pficiant ꝛ tibi placeāt. nō autem imperfecto: tanꝙ̄ ꝛ tu

eorum perfectione perficiendus sis. Spiritus enim tuus bonus superferebatur super aquas non ferebatur ab eis tanquam in eis requiesceret. In quibus enim requiescere dicitur spiritus tuus bonus: hos in se requiescere facit. ¶ Sed superferebatur incorruptibilis et incommutabilis voluntas tua ipsa in se sibi sufficiens super eam quam feceras vitam. cui non hoc est viuere quod beate viuere: quia viuit etiam fluitans in obscuritate sua. cui restat conuerti ad eum a quo facta est: et magis magisque viuere apud fontem vite: et in lumine eius videre lumen. et perfici et illustrari et beari. Ecce apparet michi in enigmate trinitas quod es deus meus quoniam tu pater in principio sapientie nostre. quod est tua sapientia de te nato. equalis tibi et coeterna. i. in filio tuo fecisti celum et terram. Et multa diximus de celo celi: et de terra inuisibili et incomposita. et de abysso tenebrosa secundum spiritalis informitatis vagabunda deliquia: nisi conuerteretur ad eum a quo erat qualiscunque vita: et illuminatione fieret speciosa vita. et esset celum celi eius quod inter aquam et aquam postea factum est. et tenebam iam patrem in dei nomine qui fecit hec. et filium in principii nomine in quo fecit hec. et trinitatem credens deum meum sicuti credebam. querebam in eloquiis sanctis eius. et ecce spiritus tuus superferebatur super aquas. Ecce trinitas deus meus pater et filius et spiritussanctus creator vniuerse creature. Sed que causa fuerat. O lumen veridicum tibi admoueo cor meum ne me vana doceat discute tenebras eius. et dic michi obsecro te per matrem charitatem: obsecro te dic michi que causa fuerat vt post nominatum celum et terram inuisibilem et incompositam. et tenebras super abyssum: tunc demum scriptura tua nominaret spiritum tuum? An quia oportebat sic eum insinuari vt diceretur superferri et non posset hoc dici nisi prius illud commemoraretur: cui superferri spiritus tuus posset intelligi? Nec patri enim nec filio superferebatur. Nec superferri recte diceretur: si nulli rei superferretur. Prius ergo dicendum erat cui superferretur: et deinde ille quem non oportebat aliter commemorari: nisi vt superferri diceretur. Cur ergo aliter eum insinuari non oportebat: nisi vt superferri diceretur? Iam hinc sequatur qui potest intellectu apostolum tuum dicentem. quia charitas tua diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: et de spiritualibus docentem et demonstrantem supereminentem viam charitatis. et flectentem genua pro nobis ad te. vt cognoscamus supereminentem scientiam charitatis christi. ¶ Ideoque ab initio supereminens superferebatur super aquas. Cui dicam? quomodo dicam de pondere cupiditatis in abruptam abyssum. et de subleuatione charitatis per spiritum tuum qui superferebatur super aquas? Cui dicam? Quomodo dicam? Mergimur et emergimus. Neque enim loca sunt quibus mergimur et emergimus. Quid similius et quid dissimilius? Affectus sunt amores sunt: immunditia spiritus nostri defluens inferius amore curarum. et sanctitas tua attolens nos superius amore securitatis: vt sursum corda habeamus ad te vbi spiritus tuus superfertur super aquas: et veniamus ad supereminentem requiem cum pertransierit anima nostra aquas que sunt sine substantia. Defluxit angelus: defluxit anima hominis et indicauerunt abyssum vniuerse spiritales creature in profundo tenebroso. Nisi dixisses ab initio fiat lux et facta esset lux. et inheret tibi omnis obediens intelligentia celestis ciuitatis tue: et requiesceret in spiritu tuo qui superfertur incommutabiliter super omne mutabile. alioquin et ipsum celum celi tenebrosa abyssus esset in se. nunc autem lux est in domino. Nam et in ipsa misera inquietudine defluentium spirituum et indicantium tenebras suas nudatas veste luminis tui: satis ostendis quam magnam creaturam rationalem feceris: cui nullo modo sufficit ad beatam requiem quicquid te minus est. ac per hoc nec ipsa sibi. Tu enim deus noster illuminabis tenebras nostras. Ex te oriuntur vestimenta nostra. et tenebre nostre sicut meridies erunt. Da michi te deus meus. redde michi te en amo: et si parum est amem validius.

Non possum metiri vt sciam q̄tum de=
sit mihi amoris ad id quod satis est: vt
currat vita mea in amplexus tuos. nec
auertatur donec abscondantur in abscō
dito vultus tui. Hoc tantum scio: quia
male michi est preter te. non solum ex=
tra me. sed ꝛ in meipso. ꝛ omnis mihi co
pia que deus meus non est egestas est.
Nunquid autem pater aut filius non su
perferebatur sup aquas? Si tanq̄ loco
sicut corpus: nec sp̄ussanctus. Si autē
incommutabilis diuinitatis eminentia
super omne mutabile: ꝛ pater ꝛ filius et
sp̄ussctūs superferebatur super aquas.
E Cur ergo tantū de sp̄u tuo dc̄m
est hoc. Cur de illo tm̄ dictum est quasi
locus ibi esset q̄ nō est locus? de quo so
lo dictum est q̄ sit donum tuum ꝛ in do=
no tuo requiescimus. ibi te fruimur re=
quies nostra. locus noster. Amor illuc
attollit nos: ꝛ sp̄us tuus bonus exaltat
humilitatem nostrā de portis mortis.
In bona volūtate pax nobis est. Corp⁹
pondere suo nitit̄ ad locū suū. Pond⁹
nō ad ima tm̄ est: sꝫ ad locū suū. Ignis
sursum tendit: deorsum lapis. Ponde=
rib⁹ suis agunt̄: loca sua petūt. Oleū in=
fra aquā fusū supra aquā attolli. aqua
supra oleū fusa infra oleū dimergitur.
Pōderibus suis agunt̄: loca sua petūt.
Min⁹ ordinata: inquieta sunt: ordinan=
tur. ꝛ quiescūt. Pōdus meū amor me⁹
eo feror quocūq̄ feror. Dono tuo accen
dimur ꝛ sursū ferimur. Inardescim⁹ et
im⁹. Ascēdim⁹ ascēsiōes in corde: ꝛ can
tamus canticū graduū. Igne tuo: igne
tuo bono īardescim⁹ ꝛ imus. qm̄ sursū
imus ad pacē hierl'm. qm̄ iocūdat⁹ sum
in his q̄ dixerūt mihi. I domū dn̄i ibim⁹
ibi nos collocauit voluntas bona: vt ni=
hil velimus aliud q̄ permanere illic in
eternum. Beata creatura que nō nouit
aliud: cum esset ipsa aliud: nisi dono tuo
quod superfertur super omne mutabile
mox vt facta est attolleret̄ nullo inter=
uallo temporis in ea vocatione qua di=
xisti fiat lux: ꝛ facta est lux. In nobis. et
distinguitur tempore quo tenebre fui=
mus ꝛ lux efficimur in illa vero dictum
est quid esset nisi illuminaretur. ꝛ ita di=
ctum est quasi prius fuerit fluxa ꝛ tene=
brosa: vt appareret causa qua dictū est
vt aliter esset idest vt ad lumē indefici=
ens cōuersa lux esset. Qui potest intel=
ligat. ꝛ q̄ nō pōt a te petat. Et quid mihi
molestus est quasi ego illuminē vllum
hoīem venientē in hunc mundū? Trini
tatē oīpotentem quis ītelligit? Et quis
non loquit̄ eā: si tñ intelligit eam. Ra=
ra aīa q̄ cū de illa loquit̄ sciat q̄d loqua=
tur. Et contendunt ꝛ dimicant: ꝛ nemo
sine pace vidit istā visionē. F Vel=
lē vt hec tria cogitarēt hoīes in seipsis
Longe ad aliud sunt ista tria q̄ illa tri=
nitas. Sed dico vbi se exerceant ꝛ ꝓbēt
ꝛ sentiant q̄ longe sunt. Dico autē hec
tria esse nosse velle. Sum enī et noui et
volo. Sum sciēs ꝛ volens. Et scio eē me
ꝛ vellet vt sim. ꝛ volo esse ꝛ scire. In his
igitur tribus q̄ sit inseparabiles vita: et
vna vita: et vna mens. et vna essentia:
q̄ deniq̄ inseparabilis distinctio: et tñ
distinctio videat q̄ pōt. Certe corā se est
attendat in se: et videat et dicat mihi.
Sed cum inuenerit in his aliq̄d et dixe=
rit: non iam se putet inuenisse illud q̄d
supra ista est incōmutabile q̄d est incom
mutabiliter: ꝛ scit incommutabiliter: et
vult incommutabiliter: et vtrū propter
tria hec ꝛ tibi trinitas. an ī singulis hec
tria vt terna singulorum sint. an vtroꝝ
q̄ miris modis simpliciter et multipli=
citer infinito insensibili fine q̄d est. et si=
bi notū est: et sibi sufficit incōmutabilit̄
idipm̄ copiosa vnitatis magnitudine:
q̄s facile cogitauerit. quis vllo mō di=
xerit. q̄s quolibet mō temere ꝓnuncia=
uerit. ꝓcede in cōfessiōe fides mea: dic
dn̄o deo tuo. Sctē sctē sctē dn̄e de⁹ me=
us: in nomine tuo baptisati sumus pat̄
et fili et sp̄usctē: in noīe tuo baptizamus
pater et fili et sp̄usctē: q̄ꝛ et apd̄ nos in
christo suo fecit de⁹ celū et terrā: sp̄ua=
les et carnales ecclīe sue: ꝛ terra nostra
anteq̄ accipet formā doctrine inuisibilis
erat et incomposita: et ignorantie tene
bris tegebantur. quoniam pro iniquita
te erudisti hominem: et iudicia tua si=
cut multa abyssus. Sed quia spiritus
tuus superferebatur super aquā. non reli

tur vobis. Oīs eī q̄ petit accipit. ⁊ que
rens inuenit: ⁊ pulsanti apiet. Promis
sa tua sunt. Et q̄s falli timeat cum pro=
mittit veritas? Confitet altitudini tue
humilitas lingue mee: qm̄ tu fecisti ce=
lum ⁊ terrā. hoc celū qd̄ video: terrāqꝫ
quā calco. Un̄ est hec terra quā porto.
Tu fecisti. Sꝫ vbi est celū celi dn̄o de q̄
audiuimus ī voce psalmi: celum celi do
mino terrā aūt dedi filijs hoīz? Ubi est
celum qd̄ nō cernim⁹; cui terra est hoc
omne qd̄ cernimus? Hoc eī totū corpo=
reum: nō vbiqꝫ totū ita cepit speciē pul=
cram in nouissimis: cui fundus est terra
nostra. sed ad illud celū celi etiam terre
nr̄e celū terra est Et hoc vtrūqꝫ magnū
corpus non absurde terra ē ad illud ne
scio quale celū qd̄ dn̄o est non filijs ho=
minū. Et nimirū hec terra erat inuisibi
lis ⁊ icōposita. ⁊ nescio q̄ profunditas
abyssi sup̄ quaꝫ non erat lux quia nulla
spēs erat illi. Un̄ iussisti vt scriberetur
ꝙ tenebre erant super abyssum quid ali
ud q̄ lucis absentia? Ubi enī lux esset si
esset: nisi superesset eminēdo et illustrā
do Ubi ergo lux nondum erat: qd̄ erat
adesse tenebras nisi abesse lucem? B
Super itaqꝫ erant tenebre: qꝛ super lux
aberat. sicut sonus vbi non est: silētium
est. Et qd̄ est esse ibi silentium: nisi sonū
ibi non esse? Nōne tu dn̄e docuisti hanc
aīam q̄ tibi confitet? Nonne tu dn̄e do=
cuisti me: ꝙ priusq̄ istā informen mate
riam formares atqꝫ distingueres: non
erat aliquid. non color: non figurā. non
corpus. non spūs. nō tñ oīno nihil erat
q̄dā informitas sine vlla specie? Quid
ergo vocaret. quo etiā sensu tardiorib⁹
vtcūqꝫ isinuaret: nisi vsitato aliquo vo=
cabulo? Quid aūt in oībus mundi par
tib⁹ reperiri potest ꝑpinquius informi
tati oīmode: q̄ terra ⁊ abyssus? Min⁹
enim speciosa sunt ꝑ suo gradu infimo:
q̄ cetera superiora perlucida ⁊ luculen
ta oīa. Cur ergo non accipiā informita
tē materie quam sine specie feceras. vn
de speciosum mūdū faceres: ita commo
de hominib⁹ intimatā: vt appellaretur
terra inuisibilis ⁊ incomposita. Et cum
in ea querit cogitatio quid sensus attin

gat. ⁊ dicit sibi. nō est intelligibilis for=
ma sicut vita: sicut iusticia: quia mate=
ries est corpoꝝ neqꝫ sensibilis: qm̄ quid
videatur ⁊ qd̄ sentiatur in inuisibili ⁊ in
com posita non est. Dū sibi hec dicit hu
mana cogitatio: conetur eam vel nosse
ignorando: vel ignorare noscēdo. Ego
vero dn̄e si totū confitear tibi ore meo
et calamo meo q̄cquid de ista materia
docuisti me. cuius antea nomen audiēs
et non intelligens narrātibus mihi eis
qui non intelligerent eam cum specieb⁹
innumeris et varijs cogitabam et ideo
non eam cogitabam. fedas et horribi=
les formas perturbatis ordinibus vo=
luebat animus. sed formas tñ: et infor=
me appellabam non ꝙ careret forma: sed
ꝙ talē haberet: ⁊ vt si appareret in soli=
tum ⁊ incongruum auersaret sens⁹ me=
us: ⁊ conturbaretur īfirmitas hominis
C Uerbum autē illud quod co=
gitabam: non priuatione omnis forme
sed cōparatione formosioꝝ erat īforme
⁊ suadebat vera ratio vt oīs forme qua
lescūqꝫ reliquias oīno detraherē: si vel
lem prorsꝰ īforme cogitare ⁊ nō poterā.
Citius eī nō esse censebam quod omni
forma priuaretur: quaꝫ cogitabam q̄d=
dam informe: et nichil formatuꝫ: nec ni
chil īforme ꝑpe nichil Et cessauit mēs
mea īterrogare hinc spūm meū plenuꝫ
imaginibus formatoꝝ corpoꝝ ⁊ eas ꝑ
arbitrio mutantē atqꝫ variantē. Et intē
di in ipsa corpora: eorumqꝫ mutabilita=
tē altius inspexi qua desinunt esse quod
fuerant: ⁊ incipiunt esse quod nō erant.
Eundemqꝫ transitum de forma in for=
mam per informe quiddā fieri suspica=
tus sum: non per omnino nichil. Sꝫ nos
se cupiebam: non suspicari. Et si totum
tibi confiteat vox ⁊ stilus meus quicq̄d
de ista questione enodasti mihi: quis le=
gētium capere durabit? Nec ideo tamē
cessabit cor meū dare tibi honorē ⁊ can
ticum laudis de his que dictare nō suf=
ficit. Mutabilitas enim rerum muta=
bilium capax ipsa est formarum omni=
um in quas mutātur res mutabiles. Et
hec quidem? Nunquid an mus? Nun=
quid corp⁹? Nūquid species anime vel

corporis? Si dici posset nihil aliquid est et non est: hoc eam dicerem. Et tamē iam vtcūq; erat vt species caperet istas visibiles et compositas. Et vnde vtcumq; erat nisi esset abs te a quo sunt omnia inquantumcūq; sunt? Sed tanto a te longius quanto dissimilius. Neq; enim locis itaq; tu domine qui non es alibi aliud et alias aliter: sed ipsum et idipsum et idipsum. sanctus/ sanctus/ sanctus/ dominus deus omnipotens: in principio quod est de te. in sapientia tua que nata est de substantia tua: fecisti aliquid et de nihilo.

D Fecisti enī celum et terrā. non de te. nam esset equale vnigenito tuo. ac per hoc et tibi. et nullo modo iustum esset vt equale tibi esset quod de te non esset. Et aliud preter te non erat vnde faceres ea deus vna trinitas et trina vnitas. Et ideo de nichilo fecisti celum et terram magnum quiddam et paruum quiddam qm omnipotens et bonus es ad facienda omnia bona: magnum celum et paruam terrā. Tu eras et aliud nihil vnde fecisti celum et terrā duo quedam vnum prope te alterū prope nichil. Unum quo superior tu esses alterum quo inferius nichil esset. Sed illud celum celi tibi dn̄e terram aūt quā dedisti filijs hoīm cernandam atq; tangendam non erat talis qualē nūc cernimus et tangimus. Inuisibilis enī erat et incomposita et abyssus erat sup quā non erat lux. aut tenebre erant sup abyssum id est magis q̄ in abysso. Ista quippe abyssus aquarum iam visibilium etiam in profundis suis habet speciei sue lucē vtcunq; sensibilem piscibus et repētib9 in suo fundo animantibus. Illud autem totum prope nihil erat quoniam adhuc omnino informe erat. Iam tamen erat quod formari poterat. Tu enim dn̄e fecisti mundū de materia informi quā fecisti de nulla re pene nullā rem: vnde faceres magna q̄ miramur filij hominum Ualde enim mirabile hoc celū corporeū quod firmamentū inter aquā et aquam secundo die post conditionē lucis dixisti fiat. et sic factum est. Quod firmamentum vocasti celum. sed celum terre hui9 et maris que fecisti tertio die dando speciem visibilem informi materie quā fecisti ante omnem diē.

E Iam eni feceras et celum ante omnē diē. sed celum celi huius. quia in principio feceras celum et terram. Terra autē ipsa quā feceras informis materies erat quia inuisibilis erat et incomposita et tenebre sup abyssum. De qua terra inuisibili et incōposita: de qua informitate. de quo pene nihilo faceres hec omia: quibus iste mutabilis mundus constat et nō constat. in quo ipsa mutabilitas apparet i qua sentiri et dinumerari pn̄t tēpora: quia rerū mutationibus fiūt tp̄a dū variant et vertunt spēs quarū materies predicta est terra inuisibilis. Ideoq; sp̄us doctor famuli tui cum te cōmemorat fecisse in principio celū et terram. tacet de tēporibus silet de dieb9 Nimirū enī celū celi qd in principio fecisti creatura est aliqua itellectualis. quāq̄ nequaq̄ tibi trinitati coeterna: particeps tn̄ eternitatis tue valde mutabilitatē suā p dulcedine felicissime cōtēplationis tue cohibet et sine vllo lapsu ex quo facta est inherendo tibi excedit omnē volubilē vicissitudinē tēporū. Ista vero informitas terre inuisibilis et incōposite. nec ipa i dieb9 nūerata est. Ubi enī nulla spēs: nullus ordo: nec venit quicq̄: nec p̄terit. Et vbi hoc non fit: nō sūt vtiq; dies. nec vicissitudo spaciorū tēporalium. O veritas lumen cordis mei. non tenebre mee loquantur mihi. Defluxi ad ista et obscuratus sum sed hinc etiam hinc adamaui te. Errraui et recordatus sum tui. Audiui vocem tuam post me vt redirem. et vix audiui propter tumultus impacatorum

Et nunc ecce redeo estuans et anhelās ad fontem tuum: Nemo me prohibeat: hunc bibam et tunc viuam.

Nam non ego vita mea. Si male vixi ex me mors mihi fui: et in te reuiuisco. Tu me alloquere: tu mihi sermocinare. Credidi libris tuis. et verba eorū archana valde. Iā dixisti mihi dn̄e voce forti in aurē interiorem. qr tu eternus es solus habens immortalitatem quia ex nulla specie motu vel mutaris.

nec tpibus variat voluntas tua: qz non est immortalis volūtas que alia et alia est. Hoc in conspectu tuo claret michi. et magis magisq; clarescat oro te: atq; in ea manifestatione persistā sobri⁹ sub alis tuis. ¶ Item dixisti mihi dñe voce forti in aurē interiorem: q᷑ oēs naturas atq; substantias que non sunt qđ tu es ⁊ tñ sunt: tu fecisti. ⁊ hoc solū a te non est. qđ nō est. motusq; voluntatis a te q̄ es ad id qđ minus est. qz talis motus delictū atq; peccatum est. Et quod nullius peccatū aut tibi nocet: aut perturbat ordinem imperij tui vel imprimo vel in imo. Hoc in conspectu tuo claret michi. et magis magisq; clarescat oro te. atq; in ea manifestatione persistā sobrius sub alis tuis. Item dixisti michi voce forti in aurē interiorem. q᷑ nec illa creatura tibi coeterna est cuius voluntas tu solus es: teq; pseuerantissima castitate hauriens mutabilitatē suā nusq̄ et nunq̄ exierit. ⁊ te sibi semper presente ad quem toto affectu se tenet: non habens futurum qđ expectet. nec ī preteritum traijciēs quod meminerit: nulla vice variat: nec in tēpora vlla distenditur. Ob tā si qua ista est inherendo beatitudini tue beata sempiterno inhabitatore te atq; illustratore suo. Nec inuenio q̄d libentius appellandum existimē celum celi dño: q̄ domū tuā cōtēplantem delectationē tuam sine vllo defectu egredīē di in aliud: mentem purā concordissime vnā stabilimento pacis sanctorū spirituum: ciuium ciuitatis tue in celestib⁹ sup ista celestia. Vñ intelligat aīa cuius peregrinatio lōginqua facta est. si iā sitit tibi. si iam facte sunt ei lachryme sue panis. dum dicit ei per singulos dies. vbi est deus tuus: si iā petit a te vnam ⁊ hāc requirit: vt inhabitet in domo tua per oēs dies vite sue. Et q̄ vita eius nisi tu? Et qui dies tui nisi eternitas tua? Sicut anni tui q̄ nō deficiūt qz idē ipse es. Hinc ergo intelligat aīa mea que pt q̄ longe super oīa tpa sis eternus. qñ tua dom⁹ q̄ peregrinata non est: q̄uis nō sit tibi coeterna: tñ indesinenter ⁊ indeficienter tibi coherēdo nullam patit vicissitudinē tēpo℞. Hoc in cōspectu tuo claret mihi. ⁊ magis magisq; clarescat oro te. atq; in hac manifestatione persistam sobrius sub alis tuis. ¶ Ecce nescio q̄d informe in istis mutationib⁹ rerū extremarū atq; infima℞. Et quis dicet mihi: nisi quisquis p inania cordis sui cum suis fantasmatib⁹ vagat et voluit? Quis nisi talis dicet mihi: q᷑ diminuta atq; consumpta omni specie si sola remaneat informitas per quam de specie in speciem res mutabat ⁊ vtebatur possit exhibere vices tēporū. Omino eñ non pōt. qz sine varietate motionū non sunt tpa. ⁊ nulla varietas vbi nulla species. Quibus consideratis q̄tum donas de⁹ me⁹: quantū me ad pulsandum excitas. quātūq̄ pulsanti aperis. duo reperio q̄ fecisti carentia tpibus. cū tibi neutrū coeternū sit. Vnū qđ ita formatū est: vt sine vllo defectu cōtēplationis. sine vllo interuallo mutationis. q̄uis mutabile tñ non mutatū tua eternitate atq; incōmutabilitate pfruat. Alte℞ quod ita informe erat: vt ex qua forma in quā formā vel motionis vel stationis mutaret. quo tpe subdaret nō haberet. Sz hoc vt informe eēt nō reliquisti: qm̄ fecisti āte oēm diem in pricipio celum ⁊ terrā hec duo q̄ dicebā. Terra autē inuisibilis erat et incomposita: ⁊ tenebre sup abyssum. Quib⁹ verbis isinuatur informitas: vt gradatim excipiant. q̄ oīmodā spēi priuationē: nec tñ ad nichil peruētionē: cogitare non pñt vñ fieret alte℞ celū ⁊ terra visibilis atq; cōposita ⁊ aq̄ speciosa. ⁊ q̄cq̄d deinceps in cōstitutiōe huius mundi non sine dieb⁹ factū cōmemorat qz talia sunt vt in eis agant vicissitudines tēporū pp̄ter ordinatas commutationes motionū atq; forma℞. Hoc interim sentio de⁹ me⁹: cū audio loquentem scripturā tuam. in principio fecit de⁹ celū ⁊ terram. terra aūt erat inuisibilis et incomposita. ⁊ tenebre erāt sup abyssū. neq; cōmemorantē q᷑ hodie feceris hec. ¶ Sic interim sentio propter illud celum celi: celum intellectuale: vbi est intellectus nosse simul: non ex parte: non in enigmate. nō per speculum. sed ex toto

to in manifestatione facie ad faciem. nō mō hoc mō illud: sed qđ dictum est nosse simul sine vlla vicissitudine tēporꝝ: ꝛ ꝓpter inuisibilē atq̄ incompositā terrā si ne vlla vicissitudine temporꝝ q̄ solet hēre mō hoc ꝛ mō illud. qꝛ vbi nulla species nusq̄ ē hoc aut illud. Propter duo hec primitus formatū penitus informe: illud celū: sꝫ celū celi. hoc vo terram. sed terrā inuisibilē ꝛ incōpositā. ꝓpter duo hec interi sentio sine commemoratione dierū dicere scripturā tuā. in principio fecit deus celū ꝛ terrā. Statim quippe subiecit. quā terram dixerit. Et qđ scđo die cōmemorat factum firmamentum ꝛ vocatū celū: insinuat de quo celo prius sine dieb⁹ sermo locut⁹ sit. Mira profunditas eloquiorū tuorū: quorū ecce ante nos superficies blandiens paruulis. Sed mira ꝓfunditas deus meus: mira profunditas. Horror est intendere in eam: horror honoris et tremor amoris. Odi hostes ei⁹ vehemēter. O si occidas eos de gladio bis acuto: et non sint hostes eius. Sic enim amo eos occidi sibi vt viuant tibi. Ecce aūt alij nō reprehēsores sed laudatores libri geneseos: nō inquiunt hoc voluit in his verbis itelligi spiritus dei: q̄ p moysen famulū ei⁹ ista cōscripsit. nō hoc voluit intelligi qđ tu dicis: sed aliud qđ nos dicimus. Quibus ego te arbitro deꝰ oīm nostrorū ita rn̄deo. Num dicetis falsa esse: qua mihi veritas voce forti in aurem interiorē dicit de vera eternitate creatoris: q̄ nequaq̄ ei⁹ substantia p tpa variet. nec eius voluntas extra ei⁹ substantiā sit. Vn̄ non eū mō velle hoc modo velle illud: sed semel et simul ꝛ sem̄p velle oīa que vult. nō iterū et iterū. neq̄ nūc ista nunc illa: nec velle postea qđ nolebat. aut nolle qđ volebat prius. quia talis voluntas mutabilis est et omne mutabile eternū non est. Deus autē noster eternus est. Itē quod michi dicit in aurē interiorē: expectatio rerū venturarū fit cōtuitus cū venerit. idem q̄ cōtuitus fit memoria cū preterierint omnis porro intētio q̄ ita variat mutabilis est: ꝛ oīe mutabile eternū non est Deus aūt noster etern⁹ est. Hec colligo atq̄ diligo: ꝛ inuenio deū meum deū eternū. non aliqua noua volantate cōdidisse creaturā. nec sciam ei⁹ transitoriū aliqđ pati. Quid ergo dicetis cōtradictores? An falsa sunt ista? Nō inquiunt. Quid illud? Nunquid falsū est oēm naturā formatā materiā ve formabilem non esse nisi ab illo q̄ summe bonus est: qꝛ summe est? Neq̄ hoc negamus inquiunt. Quid igit? An illud negatis sublimē quandā esse creaturā tā casto amore coherentē deo vero ꝛ vere eterno: vt q̄uis ei coeterna nō sit: in nullā tn̄ temporū varietatē ꝛ vicissitudinē ab illo se resoluat ꝛ defluat: sed in ei⁹ solius veracissima cōtēplatiōe requiescat? Qm̄ tu deus diligēti te q̄tū precipis ostidis ei te et sufficis ei: ꝛ iđ nō declinat a te nec ad se. Hec est dom⁹ dei non terrena: neq̄ vlla celesti mole corporea. sed spiritualis et pticeps eternitatis tue: qꝛ sine labe in eternū. Statuisti enī eā in seculū ꝛ in seculū seculi: preceptum posuit ꝛ nō preteribit. Nec tn̄ tibi deo coeterna. qm̄ non sine initio: facta est enī. Nā ꝛ si non inuenimus tēpus aū illā: prior q̄ppe omniū creata est sapia. nec vtiq̄ illa sapia tibi deus noster patri suo plane coeterna et coeq̄lis: ꝛ p quā creata sunt omnia. ꝛ in quo principio fecisti celū ꝛ terrā: sed ꝑfecto sapia que creata est intellectualis natura. s. q̄ cōtēplatiōe lumis lumen est Dicit ei ꝛ ipa (q̄uis creata) sapia. Sed q̄tū iterest inter lumen qđ illuminat ꝛ qđ illumiat: tantū inter sapiētiam q̄ creat: ꝛ istā q̄ creata est. sicut inter iusticiā iustificantē ꝛ iusticiam q̄ iustificatiōe facta est. Nā ꝛ nos dicti sum⁹ iusticia tua. Ait enī quidam seruus tuus: vt nos simus iusticia dei in ipso. Ergo quia prior oīm creata est quedā sapia q̄ creata est mens rōnalis ꝛ intellectualis caste ciuitatis tue matris nostre que sursum est ꝛ libera est ꝛ eterna in celis. Quib⁹ celis nisi qui te laudant celi celorum? Quia hoc est ꝛ celū celi dn̄o. Et si non inuenimus tēpus aū illā qꝛ ꝛ creaturam tpis antecedit: q̄ prior oīm creata est: āte illam tn̄ est ipsius creatoris eternitas. a quo facta sumpsit exordium: q̄uis non

tpis qr nōdū erat tēpus: ipsius tñ cōditionis sue. Uñ ita est abs te deo nostro vt aliud sit planę q̄ tu & nō idipsū: Cū & si nō solū añ illam: sed nec in illa inuenimus tēpus: qr est idonea faciē tuā sp videre: nec vspiam deflectit ab ea: q̄ fit vt nulla mutatione varieť. Inest ei tñ ipsa mutabilitas vñ tenebresceret & frigesceret: nisi amore grandi tibi coherens tanq̄ sp meridies luceret & ferueret ex te. O dom⁹ luminosa et speciosa dilexi decorē tuū & locum habitationis glie dñi mei fabricatoris & possessoris tui. Tibi suspiret pegrinatio mea. et dico ei q̄ fecit te vt possideat & me in te: qr fecit et me. Erraui sicut ouis pdita: sȝ in humeris pastoris mei: structoris tui spero me reportari tibi. Quid dicitis mihi quos alloquebar cōtradictores: q̄ tñ & moysē piū famulū dei & libros ei⁹ oracula sancti spūs creditis. L Est ne ista domus dei nō quidem deo coeterna: sȝ tñ fm modū suū etna i celis: vbi vices tem porū frustra q̄ritis qr nō inuenietis. Supgrediť eī oēȝ distēsionē: & oīne spaciuȝ etatis volubile: cui sp inherere deo bonū est. Est inquiunt. Quid igť ex his q̄ clamauit cor meū ad deū meum vt audiret interi⁹ vocē laudis eius: quid tandē falsum esse cōtenditis. An qr erat informis materies: vbi pp̄ter nullam formā nullus ordo erat. Ubi aūt nullus ordo erat: nulla esse vicissitudo temporum poterat. & tñ hoc pene nihil. Inq̄tuȝ nō omnīo nihil erat ab illo vtiq̧ erat a quo est quicq̄d est: qd vtcunq̧ aliq̄d est. Hoc q̄ȝ aiūt nō negam⁹. Cū his enī volo corā te aliq̄d colloq̄ deus meus: q̄ hec oīa q̄ int⁹ in mente mea nō tacet veritas tua vera esse cōcedunt. Nā q̄ hec negant latrent q̄tū volūt & obstrepant sibi psuadere conabor vt q̄escant: & viaȝ prebeāt ad se verbo tuo. Q ̄ si noluerint & repu lerint me: obsecro te deus meus ne tu sileas a me. Tu loq̄re in corde meo veraciter. Solus eñ sic loq̄ris: & dimittam eos foris sufflantes in puluerem: & excitantes terrā in oculos suos. & intrem in cubile meū: & cantem tibi amatoria gemens inenarrabiles gemit⁹ in peregrinatione mea. & recordans hierusalē extento in eā sursum corde: hierusalem patriā meam. hierusalē matrē meam. teq̧ super eā regnatorē/ illustratorē/ patrē/ tutorē/ maritū/ castas & fortes delicias & solidū gaudium: & oīa bona ineffabilia simul oīa. qr vnū summū & verum bonū et nō auertar donec in eius pacem matris charissime vbi sunt primitie spūs mei. vñ mihi ista certa sunt: colligas totum qd sum: a dispersione & deformitate hac: & cōformes atq̧ cōfirmes i eternū deus meus mīa mea. Cū his autem qui cūcta illa q̄ vera sunt falsa esse non dicūt. honorantes & in culmine sequēde auctoritatis nobiscū constituētes illā p sctm̄ moysen editā sctām scripturā tuaȝ & tñ nobis aliq̄d cōtradicūt. ita loquor. M Tu esto deus noster arbiter inter confessiones meas & contradictiōes eorū: Dicunt enīȝ. Quis vera sint hec non ea tñ duo moyses intuebať: cū reuelante spū diceret. in principio fecit deus celū & terrā. Nō celi noīe spiritalē vel itellectualē illā creaturā: sp faciem dei ɔtēplantē significauit. nec terre noīe informē materiā. Quid igť qd nos dicimus inquiunt hoc ille vir sensit: hoc verbis istis elocut⁹ est. Quid illud est. Nomine aiunt celi & terre: totū istū visibilem mundū prius vniuersaliter & breuiter significare voluit: vt postea digereret dierū enumeratione q̄si articulatī vniuersa que sancto spūi placuit sic enunciare. Tales q̄ppe hoīes erāt rudis ille atq̧ carnalis pplus cui loq̄bať vt eius opera dei nō nisi sola visibilia cōmendanda indicaret. Terrā vō inuisibilē & incompositā tenebrosamq̧ abyssum: vñ consequenter ostidiť p illos dies facta atq̧ disposita esse cūcta ista visibilia q̄ nota sunt oībus: nō incōgruenter īformē istam materiē intelligendā esse cōsentiūt. Quid si dicat ali⁹ eandē informitatē confusionēq̧ materie celi & terre noīe prius insinuatā: q̄ ex ea mūdus iste visibilis cuȝ omībus naturis q̄ in eo manifestissime apparent: q̄ celi & terre nomīe sepe appellari solet cōditus atq̧ perfectus est. Quid si dicat & ali⁹ celū & terrā quideȝ

inuisibilem visibilemq; naturam indecenter appellatã ac p hoc vniuersã creaturam quam fecit in sapiẽtia.i.in principio deus huiuscemodi duobus vocabulis esse cõprehensã.verũtamen quia nõ de ipsa substãtia dei t sed ex nihilo cũcta facta sunt qr nõ sunt idipm qd deus: et inest qdã mutabilitas omnib⁹ siue maneant:sicut eterna dom⁹ dei.siue mutẽtur sicut aĩa hoĩs ⁊ corp⁹ cõmunẽ oĩm rerum inuisibiliũ visibiliũq; materiẽ adhuc ĩformẽ sed certe formabilẽ vnde fieret celum ⁊ terra.i.inuisibilis atq; visibilis iã vtraq; formata creatura his nominibus enũciata qb⁹ appellaret terra inuisibilis ⁊ icõposita ⁊ tenebre sup abyssum ea distinctiõe vt terra inuisibilis ⁊ icõposita ĩtelligat materies corpalis añ qualitatẽ forme tenebre aũt sup abyssũ spũalis materies añ cohibitionẽ quasi fluentis ĩmoderationis ⁊ ante illuminationem sapiẽtie. ¶ Est adhuc qd dicat si qs alius velit:non scz iã pfectas atq; formatas ĩuisibiles visibilesq; naturas celi ⁊ terre noĩe significari. cũ legit in principio fecit deus celũ ⁊ terrã sed ipsam adhuc informẽ ĩchoationem rerũ formabilẽ creabilẽq; materiã his nominib⁹ appellatã:q ĩ ea iã esset ista confusa:nondum qualitatibus formisq; distincta:q nũc iam digesta suis ordinibus vocant celũ ⁊ terra.illa spũalis hec corporalis creatura. Quibus oĩb⁹ auditis ⁊ consideratis nolo verbis contẽdere. Ut nichil enim vtile est nisi ad subuersionem audiẽtium. Ad edificationẽ autem bona est lex si quis ea legitĩe vtatur. quia finis ei⁹ est charitas de corde puro ⁊ conscientia bona ⁊ fide non ficta Et nouit magister noster in quibus duob⁹ pceptis totã legẽ pphetasq; suspẽderit. Que michi ardẽter cõfitenti de⁹ meus lumen oculorum meorum in occulto:quid michi obest cũ diuersa ĩ his verbis intelligi possint que tamen vera sint? Quid inq mihi obest: si aliud ego sensero q sensit alius eũ sẽsisse qui scripsit? Omẽs qdẽ q legimus nitimur hoc indagare atq; cõprehẽdere quod voluit ille quẽ legimus. Et cũ eũ ṽidicũ credimus nihil quod falsum esse vel nouim⁹ vel putamus audemus eum existimare dixisse. Dum ergo quisquis conatur id sentire in scripturis sanctis quod in eis sensit ille qui scripsit. quid mali est si hoc sentiat quod tu lux omnium veridicarum mentium ostendis verum esse etiam si hoc nõ sensit ille quem legit. cũ et ille verum nec tamen hoc senserit. Uerum est etiam domine fecisse te celum ⁊ terrã. ⁊ verũ est esse principium sapientiam tuã in qua fecisti omnia. Item verũ est q mundus iste visibilis habz magnas partes suas celũ ⁊ terrã breui cõplexione facta rũ oĩm conditarũq; naturarũ. ¶ Et verũ est q omne mutabile insinuat noticie nostre quandam infirmitatem qua forma capit vel qua mutat ⁊ vertitur. Uerũ est nulla tpa ppeti quod ita coheret forme incõmutabili: vt quouis sit mutabile nõ mutetur. Uerũ est ĩformitatem que prope nichil est:vices tẽporum habere non posse. Uerũ est q vnde fit aliqd potest quodam genere locutionis habere iam nomẽ eius rei que inde fit. vnde potuit vocari celum ⁊ terra q̃libet ĩformitas vnde factum est celũ ⁊ terra. Uerũ est omnium formatorũ nihil esse informi vicinius q terrã ⁊ abyssum. Uerũ est q non solũ creatũ atq; formatũ: sed etiam quicquid creabile atq; formabile est tu fecisti ex quo sunt omnia. Uerum est omne quod ex informi formatur prius esse informe:deinde formatum. Et his omnibus veris de quibus non dubitãt quorum interiori oculo talia videre dõsti. ⁊ qui moysen famulum tuum in spũ veritatis locutũ esse ĩmobiliter credũt ex his ergo omnib⁹ aliud sibi tollit qui dicit. in principio fecit deus celum ⁊ terram.i.in ṽbo suo sibi coeterno fecit de⁹ intelligibilẽ atq; sensibilem vel spiritualẽ corporalemq; creaturam. Aliud qui dicit in principio fecit deus celum ⁊ terrã id est ĩ verbo suo sibi coeterno fecit de⁹ vniuersam istam molẽ corporei mundi huius cum oĩb⁹ quas continet manifestis notisq; naturis. Aliud qui dicit. in principio fecit de⁹ celũ ⁊ terrã.i.in ver

vbo suo sibi coeterno fecit deus informē
materiā creature spūalis ⁊ corporalis
ꝯꝑ Aliud q̄ dicit. ī principio fe
cit de⁹ celū ⁊ terrā. id est ī vbo suo sibi
coeterno fecit de⁹ īformē materiā crea
ture corporalis vbi cōfusuꝫ adhuc erat
celum ⁊ terra que nunc iam distincta at
qꝫ formata in istius mundi mole senti=
mus. Aliud qui dicit. in principio fecit
deus celum ⁊ terrā. id est ī ipso exordio
faciendi atqꝫ operandi fecit deus infor
mē materiā confuse habētē celum ⁊ ter
rā. vñ formata nunc emināt ⁊ apparent
cum oīb⁹ q̄ in eis sūt. Itē qḋ attinet ad
intellectū vboꝝ sequentiū ex illis om=
nib⁹ vis. Aliud sibi tollit q̄ dicit Terra
aūt erat inuisibilis ⁊ incomposita. ⁊ te=
nebre erāt sup abyssum. i. īcorporale il=
lud qḋ fecit deus: adhuc materies erat
corporearū rerū īformis sine ordīe sine
luce. Aliud qui dicit. Terra autē erat
inuisibilis ⁊ īcomposita: ⁊ tenebre erāt
super abyssū. i. hoc totū qḋ celum ⁊ ter
ra appellatum est: adhuc informis ⁊ te=
nebrosa materies erat: vnde fieret celū
corporeum ⁊ terra corporea cum oībus
que in eis sunt corporeis sensibus nota
Aliud qui dicit Terra aūt erat inuisibi
lis ⁊ incōposita: ⁊ tenebre erāt sup abys
sū. i. hoc totū ꝙ celū ⁊ terra appellatuꝫ
est adhuc informis ⁊ tenebrosa materies
erat. vñ fieret celum īntelligibile. qḋ ali
bi dr̄ celū celi. ⁊ terra. s. oēs natura cor
porea: sub quo nomine intelligat etiam
hoc celum corporeum. i. vñ fieret oīs ī
uisibilis visibilisqꝫ creatura. Aliud q̄ di
cit. Terra aūt erat inuisibilis ⁊ incōpo
sita: ⁊ tenebre erant sup abyssum nō illā
īformitatē noīe celi ⁊ terre scriptura
appellauit: sꝫ iā erat inq̄t ipa īformitas
quā terrā īuisibilē ⁊ incōpositā tenebro
samqꝫ abyssum noīauit: de qua celum ⁊
terram deū fecisse p̄dixerat. spiritalē. s.
corpalēqꝫ creaturā. ℭ
Aliḋ q̄ dicit. Terra aūt erat inuisibilis ⁊
incomposita: et tenebre erāt sup abyssū
id est īformitas q̄dam iā materies erat
vnde celum ⁊ terram deum fecisse scri=
ptura p̄dixit. totaꝫ scilicet corporeā mū
di molē ī duas maximas partes supior

rem atqꝫ inferiorem distributam cū om
nibus q̄ in eis sunt vsitatis notisqꝫ crea
turis. Cū enī duab⁹ istis extremis sētē
tijs resistere quisqꝫ ita tentauerit: si non
vultis hāc īformitatē materie celi ⁊ ter
re noīe appellatā videri erat ergo aliq̄d
qḋ non fecerat deus vñ celū ⁊ terrā fa=
ceret: neqꝫ enī scriptura narrauit ꝙ istā
materiam deus fecerit nisi vt intelliga
mus eā celi ⁊ terre aut solius terre vo=
cabulo significatā: cū diceret. In princi
pio fecit deus celū ⁊ terram. et id quod
sequit. terra autē erat inuisibilis ⁊ incō
posita. Quis informē materiā sic placu
erit appellare. non tñ intelligamus nisi
eam quam fecit deus ī eo quod scriptū
est. fecit celum ⁊ terrā Respōdebunt as
sertores duarū istarū sētētiarū quas ex
tremas posuim⁹: aut illi⁹ aut illius cuꝫ
hec audierint et dicent. Informem qui=
dem istam materiam nō negam⁹ a deo
factam: a quo sunt omnia bona valde.
qꝛ sicut dicimus amplius bonū eē quod
creatū atqꝫ formatū est: ita fatemur mi=
nus bonū esse qḋ factū est creabile atqꝫ
formabile: sꝫ tñ bonū. Nō aūt cōmemo=
rasse scripturā ꝙ hanc informitatem fe
cerit de⁹ sicut alia multa non cōmemo=
rauit: sicut cherubī ⁊ seraphī ⁊ que apo=
stolus distincte ait sedes: dñationes: prī
cipatus: potestates: que tamē omnia de
um fecisse manifestum est. Aut si in eo
quod dictum est: fecit celum et terram
comprehensa sunt oīa: quid de aquis
dicimus super quas ferebatur spiritus
dei? Si enim terra noīata simul intel
liguntur: quomodo iam terre nomine
materies informis accipitur: quando
tam speciosas aquas videmus? Aut si
ita accipitur: cur ex eadem informitate
scriptum est. factum firmamētum ⁊ vo
catum celum. neqꝫ scriptum est factas
esse aquas? Non enim adhuc informes
sunt ⁊ inuise: quas ita decora specie flue
re cernimus. Aut si tūc acceperūt istaꝫ
spēm cū dixit deus. cōgregetur aqua q̄ est
sub firmamēto: vt congregatio sit ipsa
formatio: q̄d r̄ndebūt de aq̄s q̄ sup firma
mētum sunt? Qꝛ neqꝫ informes tam ho
norabilē sedē accipere meruissent nec

scriptū est qua voce formate sint. R
Uū si aliqd genesis tacuit deum fecisse:
qd tn̄ deum fecisse; nec sana fides; nec
cert⁹ ambigit itellect⁹. nec ideo vlla so
bria doctria dicere audebit istas aquas
coeternas deo: qz in libro geneseos cō-
memoratas qdē audiuim⁹: vbi autē fa-
cte sint non inuenim⁹. Cur nō informē
q̄z illā materiā quā scriptura hec terrā
inuisibilē et incōpositam tenebrosamq3
abyssum appellat: docēte vitate intelli-
gamus ex deo factam esse de nichilo. idō
q3 illi non esse coeternā: q̄uis vbi facta
sit omiserit enūciare ista narratio? His
ergo auditis atq3 pspectis p captu īfir-
mitatis mee quam tibi confiteor scienti
deo meo: duo video dissensionum gene-
ra oboriri posse; cū aliqd a nūcijs vera
cib⁹ p signa enūciat. vnū si de veritate
rerū: alterū si de ipsius q annūciat volū
tate dissensio est. Aliter enim querim⁹
de creature cōditiōe qd verū sit. aliter
aūt qd in his verbis moyses egregius
domesticus fidei tue intelligere lectorē
auditorēq3 voluerit. In illo pmo gene-
re discedāt a me oēs qui ea q falsa sunt
se scire arbitrant. In hoc item altero di
scedant a me oēs q ea q falsa sunt moy-
sen dixisse arbitrant. Coniungar autē
illis dn̄e in te: et delecter cū eis i te: qui
veritate tua pascūtur in latitudine cha
ritatis: et accedam⁹ simul ad verba libri
tui: et queram⁹ in eis voluntatem tuam
p voluntatem famuli tui: cuius calamo
dispēsasti ea. Sed quis nr̄m sic inueniet
eā inter tā multa vba q i illis vbis aliē
atq3 aliter itellectis occurūt querenti-
bus: vt tā fidēter dicat hoc sensisse moy
sen: atq3 hoc in illa narratione voluisse
intelligi: q̄ fidenter dicit hoc verū esse
siue ille hoc senserit siue aliud. Ecce eni
de⁹ meus ego seru⁹ tuus qui vouit tibi
sacrificiū cōfessionis i his litteris: et oro
vt ex mia tua reddā tibi vota mea. Ec-
ce ego q̄ fidenē dico in tuo verbo incon-
mutabili oia te fecisse inuisibilia et visi-
bilia. Nūquid tā fidenter dico nō aliud
q̄ hoc attendisse moysen cum scriberet
in principio fecit deus celū et terrā? Qz
nō sicut in veritate tua video hoc certū.
ita in eius mente video id eū cogitasse
cū hec scriberet. Potuit enī cogitare ī
ipso faciendi exordio cū diceret. in prin
cipio. potuit et celū et terrā hoc loco nul
lā iā formatā pfectāq3 naturā siue spiri
talem siue corporalē: sed vtrāq3 inchoa
tam et adhuc informem velle intelligi.
S Uideo qppe vere potuisse dici qc-
quid horū diceret. sed qd horum in his
verbis ille cogitauerit: nō ita video: q̄-
uis siue aliqd hoꝝ: siue aliqd aliō qd a
me cōmemoratū non est: tantus vir ille
mente cōspexerit. cū hec verba prome-
ret verū eū vidisse apteq3 id enunciasse
nō dubitē. Nemo mihi iā molestus sit
dicēdo mihi: nō hoc sensit moyses qd tu
dicis: sed hoc sensit qd ego dico. Si eīn
mihi diceret. vnde scis hoc sensisse moy
sen qd de his verbis ei⁹ eloqueris equo
aīo ferre deberem: et respōderē fortasse
que superius respōdi. vel aliquāto vbe
rius si essem durior. Cū vero dicit. non
hoc ille sensit qd tu dicis: sed qd ego di
co. nec tn̄ negat qd vterq3 nostrū dicit
vtrūq3 verū esse. O vita pauperū deus
me⁹: i cui⁹ sinu nō est ɔtradictio. plue
mihi mitigatiōes in cor: vt patiēter ta-
les ferā: q nō mihi hoc dicunt: qz diuini
sunt: et in corde famuli tui viderūt quod
dicūt: sed qz superbi sunt: nec nouerunt
moysi sniam: sed amāt suā. non qz vera
est: sed qz sua est. Alioqn et aliam verā
pariter amarēt: sicut et ego amo qd di-
cūt qn̄ verū dicūt. nō qz ipsoꝝ est: sed
qz verū est. et idō iā nec ipsorū est qz verū
est. Si aūt idō amāt illud qz verū est iam
et ipsoꝝ est et meum est: qm̄ id commune
oīm est veritatis amatorū. Illud autē
qd ɔtendunt nō hoc sensisse moysen qd
ego dico: s3 qd ipsi dicunt: nolo: nō amo
qz et si ita est: tamen ista temeritas non
sciētie sed audacie est. nec visus sed ty-
pus eā pepit. Ideoq3 dn̄e tremēda sunt
iudicia tua: qm̄ veritas tu: nec mea est
nec illius aut illius: sed oīm nr̄m quos
ad eius cōmunionē publice vocas. terri
biliter admonēs nos vt eā nolimus ha-
bere priuatā ne priuemur ea. Nā quis-
quis id qd tu oībus ad fruendum ppo-
nis sibi proprie vēdicat et suū vult e: qd

oīm est a cōmuni ꝓpellit ad sua: hoc est
a veritate ad mendaciū. Qui enī loqui
tur mendacium de suo loquit. Attende
iudex optime deus: ipsa veritas attende
quid dicam contradictori huic. attende
coram te enī dico ⁊ corā fratribus meis qui
legitime vtuntur lege vsq ad finē chari
tatis. attende ⁊ vide qd ei dicam si pla=
cet tibi. ¶ Hanc enī vocē huic re=
fero fraternā ⁊ pacificā. Si ambo vide=
mus verū esse qđ dicis: ⁊ ambo videmus
verū esse qđ dico: vbi queso id videmus
Nec ego vtiq in te: nec tu in me: sed am
bo in ipsa que supra mētes nostras est in
cōmutabili veritate. Cū ergo de ipsa dñi
dei nostri luce nō cōtendamus: cur de ꝓ
ximi cogitatione cōtēdimus? Quā sic vi=
dere nō possimus vt videt incommuta=
bilis veritas. quū si ipse moyses apparu=
isset nobis atq dixisset: hoc cogitaui nec
sic eā videremus: sed crederemus. Non
itaq supra q̄ scriptū est: vnus pro alte=
ro infletur aduersus alterū. Diligamus
dñm deū nostrū ex toto corde: ⁊ ex tota
aīa: ⁊ ex tota mente nostra: ⁊ proximum
nostrū sicut nosmetipsos. Propter que
duo precepta charitatis sēsisse moysen
quicqđ i illis libris sensit: nisi crediderimus:
mendacem faciemus deum: cum de
aīo conserui aliter q̄ ille docuit opina=
mur. Iā vide q̄ stultū sit in tanta copia
verissimarū sententiarū q̄ de illis verbis
erui possunt temere affirmare quam ea
rū moyses potissimū senserit: ⁊ pernicio
sis cōtentionibus ipsam offendere chari=
tatem ꝓpter quā dixit oīa: cuius dicta
conamur exponere. Et tū ego deus meus
celsitudo humilitatis mee: ⁊ requies la
boris mei: qui audis cōfessiones meas
et dimittis pctā mea: qm tu mihi preci=
pis vt diligā ꝓximū meum sicut meipm
non possum minus credere de moyse fi=
delissimo famulo tuo q̄ michi optarem
ac desiderarē abs te dari muneris si tē=
pore illo natus essem quo ille. eoq loco
me cōstituisses: vt p seruitutē cordis ac
lingue mee littere ille dispensarentur q̄
tāto post essent oībus gentibus ꝓfuture:
et p vniuersum orbē tanto auctoritatis
culmine oīm falsarum superbarumq do=
ctrinarū verba supature. Vellem quippe
si tūc ego essem moyses: ex eadem nāq
massa oēs venimus: ⁊ quid est hō nisi q̄
memor es eius? vellem ego si tunc ego
essem qđ ille: ⁊ mihi abs te geneseos li=
ber scribendus adiūgeretur: talē michi
eloquēdi facultatē dari: ⁊ eū texēdi ser=
monis modū: vt neq illi q̄ nondū q̄unt
intelligere quēadmodū creat deus: tan
q̄ excedētia vires suas dicta recusarent
et illi q̄ hoc iam possunt in quālibet ve=
ram sniam cogitando venissent: eā non
pretermissam in paucis verbis tui famu
li reperirent: ⁊ si alius aliam vidisset in
luce veritatis: nec ipsa in eisdem verbis in
telligenda deesset. ¶ Sicut enim
fons i paruo loco vberior est: pluribus=
q riuis i ampliora spacia fluxū ministrat
q̄ quilibet eorū riuorū qui p multa loco
rum ab eodē fonte deducit: ita narratio
dispensatoris tui sermocinaturis pluri=
bus profutura paruo sermonis modulo
scatet fluentia liquide veritatis. vnde si=
bi q̄sq verū qđ de his rebus pōt: hic illud
ille illud: per longiores loquelarum an
fractus trahat. Alij enī cū hec verba le=
gunt vel audiunt: cogitant deum quasi
hoīem. aut quasi aliquā molē immensa
preditā potestate. nouo quodā ⁊ repen=
tino placito extra seipsam tanq̄ locis di
stantibus fecisse celū ⁊ terram. duo ma=
gna corpora supra ⁊ infra: quibus oīa
ꝯtinerent. Et cū audiūt: dixit deus. fiat
illud: ⁊ factum est illud. cogitant verba
cepta ⁊ finita: sonātia tpibus atq trans
euntia. post quorū transitū statim existe
re qđ iussum est vt existeret. ⁊ si quid for
te aliud hoc modo ex familiaritate car=
nis opinātur. In quibus adhuc paruulis
aīalibus dum isto humillimo gñe verbo
rum tanq̄ materno sinu eorū gestat in=
firmitas. salubriter edificat fides qua
certū habeāt ⁊ teneāt deum fecisse oēs
naturas quas eorū sensus mirabili varie
tate circunspicit. Quarum si quispiam
q̄si vtilitatē dictorū aspernat: ⁊ extra nu
tritorias cunas superba ībecillitate se
extēderit: heu cadet misere. Et dñe deus
miserere ne implumen pullum concul
cent qui transeunt viam. ⁊ mitte angelū

tuum qui eum reponat in nido vt viuat donec volet. Alij vero qb⁹ hec v̄ba non iam nidus sed opaca frutecta sūt vidēt in eis latentes fructus: et volitant letantes: et garriunt scrutantes: et carpūt eos Uident enim cum hec verba legunt vel audiūt tua deus eterna: et stabili permāsione cūcta preterita et futura tempora superari: nec tñ quicq̄ esse tp̄alis creature quod tu non feceris. Cuius volūtas quia id est quod tu nullo modo mutata vel q̄ antea nō fuisset exorta volūtate fecisti oīa nō de te similitudinē tuā formā oīm. sed de nichilo dissimilitudine īformē q̄ formaret̄ p̄ similitudinē tuā recurrens ī te vnum p̄ captu ordinato q̄tum cuiq3 rerū in suo gn̄e datum est. et fierēt oīa bona valde: siue maneāt circa te: siue gradatī remotiori distantia p̄ tp̄a et loca pulchras narratiōes faciāt aut patiant̄. X Uident hec et gaudēt in luce v̄itatis tue q̄tulū hic valēt. Et alius eo₊ intendit̄ id qđ dictū est: in principio fecit deus: et respicit sapiētiā principiū: q₃ et loq̄t̄ ipsa nobis. Alius itidē intēdit in eadē v̄ba: et principiū intelligit exordiū rerū cōditarū et sic accipit ī principio fecit: ac si diceret̄. p̄mo fecit. Atq₃ ī eis q̄ intelligūt in principio qđ ī sapiētia fecisti celum et terram. alius eo₊ ip̄m celū et terrā creabilē materiē celi et terre sic esse credidit cognaminatā. aliusq₃ iam formatas distinctasq₃ naturas. ali⁹ vnā formatā eādēq₃ sp̄ūalē celi nomīe aliā informē corporalis materie terre nomine. Qui aūt intelligunt in nominibus celi et terre adhuc ī formē materiem de qua formaret̄ celum et terra: nec ipsi vno modo id ītelligūt: s₃ alius vnde consummaret̄ ītelligibilis sēsibilisq₃ creatura: alius tātum vñ sensib⁹ moles ista corporea sinu grādi cōtinēs p̄spicuas p̄optasq₃ naturas Nec illi vno modo qui iam dispositas digestasq₃ creaturas celum et terram vocari hoc loco credūt: sed alius inuisibilē atq₃ visibilē. alius solam visibilē in qua luminosum celum suspicim⁹: et terrā caliginosam et queq₃ in eis sunt. At ille qui non aliter accipit: in principio fecit q̄ si diceret̄ p̄io fecit nō habet quomodo veraciter ītelligat celū et terrā: nisi materiā celi et terre intelligat: videlicet vniuerse id est ītelligibilis corporalisq₃ creature. Si enim iā formatā velit vniuersā: recte ab eo q̄ri poterit: si hoc primo fecit deus: quid fecerit deinceps. et post vniuersitatem non inueniet. ac per hoc audiet inuitus: quomodo illud primo: si postea nichil? Cum vero dicit primo informem. deinde formatam non est absurdum si modo est idoneus discernere quid precedat eternitate: quid tēpore: quid electione: quid origine. Eternitate sicut deus omnia. tēpore sicut flos fructum. electione sicut fructus florem origine sicut sonus cātum. In his quattuor primum et vltimum que commemoraui difficillime intelliguntur. duo media facillime. Namq₃ rara visio est et nimis ardua conspicere domine eternitatem tuam incommutabiliter mutabilia facientem: ac per hoc priorem. Quid deinde sic acuto cernat animo vt sine labore magno dinoscere valeat quomodo sit prior sonus q̄ cantus. ideo quia cantus est formatus sonus. et esse vtiq₃ aliquid non formatum potest: formari autem quod non est non potest.

Y Sic est prior materies q̄ id qđ ex ea fit. Non ideo prior: quia efficit: cū potius fiat. nec prior interuallo temporis. Neq₃ enim priore tempore sonos edimus informes sine cantu: et os posteriore temp ore informam cantici coaptamus aut fingimus sicut ligna quibus archa: vel argentum quo vasculum fabricatur. Tales quippe materie tempore etiam precedunt formas rerum q̄ fiunt ex eis. An in cantu non ita est. Cum enim cantantur auditu sonus ei⁹ Non prius informiter sonat: et deinde formatur in cantu₃. Quod enim primo vtrumq₃ sonuerit preterit. nec ex eo q̄d q̄ reperies quod resumptum arte componas et ideo cantus ī sono suo vertitur qui sonus ei⁹ materies eius est. Idem quippe formatur vt cantus sit: et ideo sicut dicebā prior materies sonādi q̄ forma cantādi. nō p̄ faciēdi potentiā prior

Neq3 enim sonus est cantādi artifex. s3 cantanti an me subiacet ex corpore de quo cantum faciat. Neq3 tēpore prior. simul enim cu3 cātu editr. Nec prior electione. non enī potior sonus q̄ cāt⁹. qñ quidem cantus est non tantū sonus. verum etiā son⁹ specios⁹. Sed prior ē origine: quia non cantus formatr vt sonus sit sed sonus formatr vt cant⁹ sit. Doc exemplo qui pōt intelligat materiā reru3 primo factā ⁊ appellatā celū ⁊ terrā q̄ inde facta sunt celū et terra: nec tempore primo factam: quia forme rerum exegerunt tempora. illa autem erat informis. iamq3 in temporib⁹ simul animaduertitr nec tñ de illa narrari aliquid pōt nisi velut tēpore prior sit cū pēdatr extremior: q2 profecto meliora sunt formata q̄ informia: ⁊ p̄cedūtur eťnitate creatoris vt esset de nichilo vnde aliqđ fieret In hac diuersitate sñia2 verarū cōcordiam pariat ipsa veritas: ⁊ deus noster misereatur nostri: vt legitime lege vtamur: precepti fine pura charitate. Ac p hoc si quis querit ex me: quid ho2 moyses ille tuus famulus senserit: non sunt hi sermones confessionum mearum: si tibi non confiteor nescio. et scio tamen illas veras esse sententias exceptis carnalibus de quibus q̄tum existimaui locutus sum. Quos tamen bone spei paruulos hec verba libri tui non territāt alta humiliter: et pauca copiose. sed omnes quos in eis verbis vera cernere ad dicere fateor. diligamus nos inuicem. pariterq3 diligamus te deū nostrū fontē v̄itatis. si non vana: sed ipsam sitimus. eūdemq3 famulum tuum scripture huius dispensatorem spiritu tuo plenū ita honoremus vt hoc eum te reuelante cum hec scriberet attēdisse credamus. quod in eis maxime ⁊ luce veritatis et fruge vtilitatis excellit. ita cum alius dixerit hoc sensit quod ego ⁊ alius immo aliud quod ego religiosius me arbitror dicere cur non vtrumq3 potius si vtrumq3 verum est ⁊ si quid tertium. ⁊ si quid quartum. ⁊ si quid omnino aliud verum q̄spiam in his verbis videt: cur non illa oīa vid isse credatr p quē de⁹ vn⁹ sacras litteras vera et diuersa visuris multo2 sensibus temperauit? 3 Ego certe quod intrepidus de corde meo p nuncio: si ad culmen auctoritatis aliqđ scriberem: sic mallem scribere: vt quod veri quisq3 de his rebus capere posset: mea verba resonarent: q̄ vt vnam verā sententiam ad hoc apertius ponere3 vt excluderē ceteras quarum falsitas me non posset offendere. Nolo itaq3 deus meus tam preceps esse: vt hoc illum virum de te meruisse non credam. Sensit ille omnino in his verbis: atq3 cogitauit cum ea scriberet: quicquid hic veri potuimus inuenire et quicquid nos nō potuimus: aut nondum possumus: ⁊ tñ in eis inueniri potest. Postremo domine qui deus es: ⁊ non caro ⁊ sanguis: si quid homo minus vidit: nunquid ⁊ spiritum tuum bonum qui deducet me in terram rectā latere potuit q̄cqđ eras ī eis v̄bis tuipse reuelaturus legentib⁹ posteris etiā si ille p quē dicta sunt vnā fortassis ex mltis v̄is sētētiā cogitauit Q̄d si ita est: sit igitr illa qua3 cogitauit cet̄is excellētior. Nobis aūt dñe aut ipsam demōstra: aut quā placet al terā veram: vt siue nobis hoc qđ etiā illi homini tuo: siue aliud ex eorūdē v̄bo2 occasione patefacias: tu tñ pascas: nō error illudat. Ecce dñe deus meus q̄ multa de paucis verbis: q̄ multa oro te scripsim⁹. Que nr̄e vires: que tp̄a omnibus libris tuis ad istum modū sufficiāt? Sine itaq3 me breuius in eis confiteri tibi et eligere vnum aliquid quod tu īspiraueris verū certum ⁊ bonū. etiā si multa occurrerint vbi multa occurrere potuerit ea fide confessionis mee vt si hoc dixero qđ sēsit minister tu⁹ recte atq3 optime. id enī conari me op3. Q̄d si assecutus non fuero: id tñ dicam qđ michi per eius v̄ba veritas tua dicere voluerit. q̄ illi quoq3 dixit quod voluit.

¶ Explicit liber duodecimus.

Sequitur tredecimus. A


Nuoco te deus meus misericordia mei qui fecisti me: et oblitum tui non oblit⁹ es. Innoco te in animam meam quam preparas ad capiēdū te ex desiderio quod inspiras ei. Nunc inuocantem te ne deseras qui priusq̄ inuocarem preuenisti et institisti crebrescens multimodis vocibus vt audirem de longinquo et conuerterer: et vocantem me inuocarem te. Tu enim domine deleuisti omnia mala merita mea ne retribueres manibus meis in quibus a te defeci. et preuenisti omnia bona merita mea: vt retribueres manibus tuis quib⁹ me fecisti. quia et priusq̄ essem tu eras. Nec eram cui prestares vt essem: et tamen ecce sum ex bonitate tua preueniente totum hoc quod me fecisti et vnde me fecisti. Neq̄ enim eguisti me. aut ego tale bonum sum quo tu adiuueris domine meus et deus meus. non vt tibi sic seruiam quasi ne fatigeris in agendo: aut ne minor sit potestas tua carens obsequio meo: neq̄ vt sic te colam quasi terrā vt sis incultus si non te colam sed vt seruiam tibi et colam te: vt de te michi bene sit: a quo mihi est vt sim cui bene sit. Ex plenitudine quippe bonitatis tue creatura tua subsistit: vt bonū quod tibi nihil prodesset: nec de te equale tibi esset. tamē quia ex te fieri potuit non deesset Quid enī te ꝓmeruit celū et terra q̄ fecisti in principio? Dicāt qd te ꝓmeruerunt spiritalis corporalis q̄ natura: q̄s fecisti in sapientia tua: vt inde penderēt etiam inchoata et informia queq̄ in genere suo vel spiritali vel corporali. euntia in immoderationem et ī longinquā dissimilitudinem tuam. spiritale informe prestanti⁹ q̄ si formatū corpus esset corporale aūt informe prestantius q̄ si oīno nihil esset. atq̄ ita penderēt ī tuo verbo informia: nisi p idem verbum reuocarent ad vnitatem tuam et formarentur et essent ab vno te summo bono vniuersa bona valde? Quid te promeruerant vt essent saltē informia: q̄ neq̄ hoc essent nisi ex te? Quid te ꝓmeruit materies corporalis vt esset saltem inuisibilis et incōposita. q: neq̄ hoc esset nisi q: fecisti eā. ideoq̄ te q: non erat promereri vt esset non poterat? B

Aut quid te promeruit inchoatio creature spiritalis vt saltē tenebrosa flnitaret. similis abysso: tui dissimilis nisi per idē verbū conuerterel ad idē a quo facta est. atq̄ ab eo illumiata lux fieret: q̄uis non equalit: tn̄ conformis forme equali tibi? Sicut eī corpori nō hoc est esse qd pulchrū esse: alioq̄n deforme esse nō posset. ita etiā creato spūi non id est viuere qd sapiēter viuere. alioquin incōmutabiliter saperet. Bonum aūt illi est herere tibi semꝑ ne qd adeptus est conuersione et auersione lumē amittat. et relabatur in vitam tenebrose abysso similem. Nā et nos q̄ scdm aīam creatura spiritalis sumus. auersi a te nostro lumine: in ea vita fuimus aliq̄n tenebre. et in reliquiis obscuritatis nr̄e laboram⁹: donec simus iusticia tua in vnico tuo sicut montes dei. Nam iudicia tua fuimus: sicut abyssus multa. Qd aūt in primis cōditionib⁹ dixisti. fiat lux: et facta est lux cū incongruenl hoc intelligo in creatura spiritali: q: erat iā qualiscunq̄ vita quā illuminares. Sed sicut nō te promeruerat vt esset talis vita que illuminari posset: ita nec cū iā esset ꝓmeruit te vt illuminaret. Neq̄ enī eius informitas placeret tibi si non lux fieret: non existendo sed intuēdo illuminantē lucē: eiq̄ cohérendo: vt et qd vtcūq̄ viuit: et qd beate viuit: non deberet nisi gratie tue. cōuersa per commutationem meliorem ad id quod neq̄ in melius neq̄ in deteri⁹ cōmutari potest: qd tu sol⁹ es. q: sol⁹ simpliciter es: cui nō est aliud viuere: aliud beate viuere. quia tua beatitudo tu es. Quid ergo tibi deesset ad bonum quod tu tibi es. etiam si ista vel oīno nulla essent: vel informia remanerēt: q̄ non ex īdigentia fecisti: sed ex plenitudine bonitatis tue: cohibens atq̄ conuertens ad formam. non vt tanq̄ tuum gaudiū cōpleal ex eis? Perfecto eī tibi displicet eorum īperfectio: vt ex te pficiant et tibi placeāt. nō autem imperfecto: tāq̄ et tu

eorũ pfectione pficiendus sis. Spiritꝰ enĩ tuꝰ bonus supferebat super aquas non ferebat ab eis tanq̃ in eis requiesceret. In quibꝰ enĩ requiescere dicitur spũs tuus bonus: hos in se requiescere facit. ¶ Sed supferebat incorruptibilis ⁊ incõmutabilis voluntas tua ipsa in se sibi sufficiens super eam quam feceras vitã. cui non hoc est viuere qd̃ beate viuere: quia viuit etiam fluitans in obscuritate sua. cui restat cõuerti ad eum a quo facta est: et magis magisq̃ viuere apud fontẽ vite: et in lumine eiꝰ videre lumẽ. et perfici ⁊ illustrari ⁊ beari. Ecce apparet michi in enigmate trinitas quod es deus meus quoniam tu pater in principio sapiẽtie nostre. quod est tua sapientia de te nato. equalis tibi et coeterna. i. in filio tuo fecisti celum ⁊ terram. Et multa diximus de celo celi: et de terra inuisibili ⁊ incomposita. ⁊ de abysso tenebrosa secundũ spiritalis informitatis vagabunda deliquia: nisi cõuerteretur ad eum a quo erat qualiscũq̃ vita: et illuminatione fieret speciosa vita. et esset celum celi eius quod inter aquam et aquam postea factum est. ⁊ tenebam iam patrem in dei nomine qui fecit hec. et filiũ ĩ principii noĩe in quo fecit hec. ⁊ trinitatẽ credẽs deum meum sicuti credebã. querebam in eloquiis sãctis eius. et ecce spũs tuus superferebatur super aquas. Ecce trinitas deꝰ meꝰ pater ⁊ filius et spiritussanctus creator vniuerse creature. Sed que causa fuerat. O lumen veridicum tibi admoueo cor meũ ne me vana doceat discute tenebras eius. si dic michi obsecro te per matrẽ charitatẽ: obsecro te dic michi q̃ causa fuerat vt post nominatũ celum et terram inuisibilem ⁊ incõpositã. ⁊ tenebras sup abyssum: tunc demũ scriptura tua nomiaret spm̃ tuum? An qr oportebat sic eum insinuari vt diceret supferri ⁊ nõ posset hoc dici nisi prius illud commemoraret: cui supferri spũs tuus posset intelligi? Nec patri eñ nec filio supferebatur. Nec superferri recte diceretur: si nulli rei superferretur. Prius ergo dicendum erat cui supferret: et deinde ille quem non oportebat aliter commemorari: nisi vt superferri diceretur. Cur ergo aliter eum insinuari nõ oportebat: nisi vt supferri diceret? Iam hinc sequat q̃ põt intellectu aplm̃ tuũ dicentem. qr charitas tua diffusa est in cordibus nostris per spm̃ sctm̃ qui datꝰ est nobis: ⁊ de spiritualibus docentem et demonstrantẽ supereminente viam charitatis. ⁊ flectentem genua pro nobis ad te. vt cognoscamꝰ supeminentẽ scientiã charitatis xpi. ¶ Ideoq̃ ab initio supereminẽs supferebatur super aquas. Cui dicã? quõ dicã de pondere cupiditatis in abruptam abyssum. ⁊ de subleuatione charitatis per spm̃ tuum qui superferebatur sup aquas? Cui dicã? Quõ dicam? Mergimur ⁊ emergimus. Neq̃ enim loca sunt quibus mergimur ⁊ emergimus. Quid similius et quid dissimilius? Affectus sunt amores sunt: immundicia spiritus nostri defluens inferius amore curarum. et sanctitas tua attolens nos superius amore securitatis: vt sursum corda habeamꝰ ad te vbi spiritus tuus superfertur super aquas: et veniamus ad supereminentem requiem cum pertransierit anima nr̃a aquas que sunt sine substantia. Defluxit angelus: defluxit aĩa hoĩs ⁊ indicauerũt abyssũ vniuerse spiritales creature in profundo tenebroso. Nisi dixisses ab initio fiat lux ⁊ facta esset lux. et inhereret tibi omnis obediens intelligentia celestis ciuitatis tue: et requiesceret in spiritu tuo qui superfertur incommutabiliter super omne mutabile. alioquin ⁊ ipsum celũ celi tenebrosa abyssꝰ esset in se. nũc autẽ lux est in dño. Nã ⁊ in ipsa misera ĩquietudine defluẽtiũ spũum ⁊ indicãtiũ tenebras suas nudatas veste luminis tui: satis ostendis q̃ magnam creaturam rationalẽ feceris: cui nullo modo sufficit ad beatam requiem quicquid te minus est. ac per hoc nec ipsa sibi. Tu enim deus noster illumĩabis tenebras nostras. Ex te oriuntur vestimẽta nostra. ⁊ tenebre nr̃e sicut meridies erũt. Da michi te deꝰ meꝰ. redde michi te en amo: ⁊ si parũ est amẽ validꝰ.

Non possum metiri vt sciam quantum desit mihi amoris ad id quod satis est: vt currat vita mea in amplexus tuos. nec auertatur donec abscondantur in abscondito vultus tui. Hoc tantum scio: quia male michi est preter te. non solum extra me. sed et in meipso. et omnis mihi copia que deus meus non est egestas est. Nunquid autem pater aut filius non superferebatur super aquas? Si tanquam loco sicut corpus: nec spiritussanctus. Si autem incommutabilis diuinitatis eminentia super omne mutabile: et pater et filius et spiritussanctus superferebatur super aquas. Cur ergo tantum de spiritu tuo dictum est hoc. Cur de illo tantum dictum est quasi locus ibi esset qui non est locus? de quo solo dictum est quod sit donum tuum et in dono tuo requiescimus. ibi te fruimur requies nostra. locus noster. Amor illuc attollit nos: et spiritus tuus bonus exaltat humilitatem nostram de portis mortis. In bona voluntate pax nobis est. Corpus pondere suo nititur ad locum suum. Pondus non ad ima tantum est: sed ad locum suum. Ignis sursum tendit: deorsum lapis. Ponderibus suis aguntur: loca sua petunt. Oleum infra aquam fusum supra aquam attolli. aqua supra oleum fusa infra oleum dimergitur. Ponderibus suis aguntur: loca sua petunt. Minus ordinata: inquieta sunt: ordinantur. et quiescunt. Pondus meum amor meus eo feror quocunque feror. Dono tuo accendimur et sursum ferimur. Inardescimus et imus. Ascendimus ascensiones in corde: et cantamus canticum graduum. Igne tuo: igne tuo bono inardescimus et imus. quoniam sursum imus ad pacem hierusalem. quoniam iocundatus sum in his que dixerunt mihi. in domum domini ibimus ibi nos collocauit voluntas bona: vt nihil velimus aliud quam permanere illic in eternum. Beata creatura que non nouit aliud: cum esset ipsa aliud: nisi dono tuo quod superfertur super omne mutabile mox vt facta est attolleretur nullo interuallo temporis in ea vocatione qua dixisti fiat lux: et facta est lux. In nobis. ei distinguitur tempore quo tenebre fuimus et lux efficimur in illa vero dictum est quid esset nisi illuminaretur. et ita dictum est quasi prius fuerit fluxa et tenebrosa: vt appareret causa qua dictum est vt aliter esset idest vt ad lumen indeficiens conuersa lux esset. Qui potest intelligat. et qui non potest a te petat. Et qui mihi molestus est quasi ego illuminem vllum hominem venientem in hunc mundum? Trinitatem omnipotentem quis intelligit? Et quis non loquitur eam: si tamen intelligit eam. Rara anima que cum de illa loquitur sciat quid loquatur. Et contendunt et dimicant: et nemo sine pace vidit istam visionem. Vellem vt hec tria cogitarent homines in seipsis. Longe ad aliud sunt ista tria quam illa trinitas. Sed dico vbi se exerceant et probent et sentiant quam longe sunt. Dico autem hec tria esse nosse velle. Sum enim et noui et volo. Sum sciens et volens. Et scio esse me et velle et vt sim. et volo esse et scire. In his igitur tribus quam sit inseparabiles vita: et vna vita: et vna mens. et vna essentia: quam denique inseparabilis distinctio: et tamen distinctio videat qui potest. Certe coram se est attendat in se: et videat et dicat mihi. Sed cum inuenerit in his aliquid et dixerit: non iam se putet inuenisse illud quod supra ista est incommutabile quod est incommutabiliter: et scit incommutabiliter: et vult incommutabiliter: et vtrum propter tria hec et tibi trinitas. an in singulis hec tria vt terna singulorum sint. an vtrorumque miris modis simpliciter et multipliciter infinito insensibili fine quod est. et sibi notum est: et sibi sufficit incommutabiliter idipsum copiosa vnitatis magnitudine: quis facile cogitauerit. quis vllo modo dixerit. quis quolibet modo temere pronunciauerit. Procede in confessione fides mea: dic domino deo tuo. Sancte sancte sancte domine deus meus: in nomine tuo baptisati sumus pater et filii et spiritussancte: in nomine tuo baptizamus pater et filii et spiritussancte: quia et apud nos in christo suo fecit deus celum et terram: spirituales et carnales ecclesie sue: et terra nostra antequam acciperet formam doctrine inuisibilis erat et incomposita: et ignorantie tenebris tegebantur. quoniam pro iniquitate erudisti hominem: et iudicia tua sicut multa abyssus. Sed quia spiritus tuus superferebatur super aquam. non reli

quit miseriam nostrã mĩa tua. et dixisti.
fiat lux. Pnĩam agite: appropinqua-
bit eñi regnum celorum. Pnĩam agite
fiat lux: ⁊ facta est lux. Et qm̃ conturba
ta erat ad nosip̃os aĩa nostra: comme-
morati sum⁹ tui dñe de terra jordanis
⁊ de monte equali tibi. sed paruo ꝓpter
nos. ⁊ displicuerunt nobis tenebre no-
stre: ⁊ conuersi sum⁹ ad te. ⁊ facta ẽ lux.
Et ecce fuim⁹ aliqñ tenebre: nunc autẽ
lux in dño: ⁊ tñ adhuc p̱ fidẽ: nondum
per spẽm. Spe enim salui facti sumus
Spes aũt q̃ videt non est spes. Adhuc
abyssus abyssum inuocat: sed iã non in
voce cataractarum tuaꝝ. Adhuc ⁊ ille
q̃ dicit. non potui vobis loqui quasi spi-
ritualib⁹ sed quasi carnalib⁹: etiam ip̃e
nondũ se arbitrat cõprehendisse. ⁊ q̃ re-
tro oblit⁹ in ea q̃ añ sunt extendit: et in-
gemiscit grauat⁹. ⁊ sitit aĩa eius ad de-
um viuũ: quẽadmodum ceruus ad fon-
tes aquarum. ⁊ dicit: qñ veniã: habita-
culum suũ qḋ de celo est superindui cupi-
ens: ⁊ inuocat inferiorẽ abyssum dicẽs
S Nolite cõformari huic seculo: sed
reformamini in nouitate mentis vestre
⁊ nolite pueri effici mẽtibus: sed mali-
cia paruuli estote vt mẽtib⁹ pfecti estis
Et o stulti galathe q̃s vos fascinauit.
Sꝫ iã non in voce sua. in tua enim q̃ mi-
sisti spm̃ tuum de excelsis p̱ eũ q̃ ascen-
dit in altũ: ⁊ aperuit cataractas dono-
rũ suoꝝ: vt fluminis impetus letifica-
ret ciuitatẽ tuã. Illi enim suspirat spon
si amic⁹ habẽs iam sp̃us primitias pe-
nes eum. sed adhuc in semetipso inge-
miscẽs adoptionẽ expectãs redemptio
nẽ corporis sui. illi suspirat. mẽbrum est
eni sponse. illi zelat. amicus est eñi spon
si. illi zelat nõ sibi. q̃ in voce cataracta
rum tuaꝝ nõ in voce sua inuocat alterã
abyssum cui zelans timet. nec sicut ser-
pens euã decepit astutia sua. sic ⁊ corruꝫ
sensus corrũpant a castitate q̃ ẽ in spon
so nr̃o vnico tuo. Que ẽ illa speciei lux
cum videbim⁹ eũ sicuti ẽ: ⁊ trãsierint la
chryme q̃ michi facte sunt panis die ac
nocte dũ dicit mihi quotidie: vbi est de-
us tuus. Et ego dico. De⁹ meus vbi es
Ecce vbi es. Respiro in te paululũ cum
effundo sup̱ me aĩam meã in voce exul-
tationis ⁊ confessionis soni festiuitatem
celebrãtis. ⁊ adhuc tristis est: q̃ relabi
tur ⁊ fit abissus: vel q̃n potius sentit ad
huc se esse abissum. Dicit enim fides
mea quam accendisti ĩ nocte añ pedes
meos. Quare tristis es anima mea et
q̃re cõturbas me. Spera ĩ dño. Lucer-
na pedib⁹ tuis verbũ eius. Spera ⁊ p̃se
uera donec transeat nox mat̃ iniquoꝝ.
donec transeat ira dñi cuius filii et nos
fuimus aliqñ tenebre quarum residua
trahimus in corpore ꝓpter pctm̃ mor-
tuo: donec aspiret dies: et remoueantur
tenebre. Spera in dño. Mane astabo ti
bi ⁊ contemplabor: semp̱ confitebor illi
Mane astabo et videbo salutare vult⁹
mei deum meum. qui viuificauit ⁊ mor-
talia corp̱a nostra ꝓpter spm̃ qui habi-
tat in nobis. q̃ sup̱ interius nostrum te
nebrosum ⁊ fluuidũ misericorditer super
ferebat. D Vñ in hac peregrina
tione pignus accepimus: vt iam simus
lux dum adhuc spe salui facti sum⁹ ⁊ fi-
lii lucis ⁊ filii dei. non filii noctis neq̃
tenebrarum qḋ tñ fuimus. inter quos ẽ
nos in isto adhuc incerto humane no-
ticie tu solus diuidis q̃ probas corda no
stra ⁊ vocas lucẽ diẽ. et tenebras noctẽ
Quis eniꝫ nos discernit nisi tu. Quid
aũt habem⁹ qḋ non accepim⁹ a te. Ex
eadẽ massa vasa in honorẽ: ex qua sunt
⁊ alia facta ĩ cõtumeliã. Aut q̃s nisi tu
deus noster fecisti nobis firmamentum
autoritatis sup̱ nos in scriptura tua di-
uina. Celũ eñi plicabit vt liber et nunc
sicut pellis extẽditur sup̱ nos. Sublimi
oris enim autoritatis est tua diuina scri-
ptura: cũ iã obierunt ista morte illi mor
tales: p̱ quos eam dispẽsasti nobis. Et
tu scis dñe: tu scis quẽadmodum pelli-
bus indueris hoĩes cũ pctõ mortales
fierent. Vñ sicut pellem extẽdisti firma
mẽtum libri tui: concordes vtiq̃ sermo
nes tuos: quos p̱ mortalium ministeri-
um superposuisti nobis. Namq̃ ip̃a eo-
rũ morte solidamentum autoritatis in
eloquiis tuis p̱ eos editis sublimiter ex
tenditur sup̱ omnia que subter sũt. Qḋ
cum hic viuerent non ita sublimit̃ exten

tū erat. Nōdū sicut pellē celū extenderas: nondū mortis eorū famā vsqꝫquaqꝫ dilatraueras. Videamus dn̄e celos opa digitoꝝ tuoꝝ differena oculis nostris nubilum quo subtexisti eos. Ibi est testimonium tuū sapiētiā prestans paruulis. Perfice deus me⁹ laudē tuā ex ore infantiū ⁊ lactentium. Neqꝫ eni noui⁹ alios libros ita destruentes supbiā ita destruentes inimicū et defensorem resistentē recōciliationi tue defendēdo peccata sua. Non noui dn̄e nō noui alia taꝫ casta eloquia q̄ sic mihi psuaderent confessionē: et lenirent ceruicem meam iugo tuo. et inuitarent colere te gratis. Intelligam ea pater bone: da mihi hec subterposito. quia subterpositis solidasti ea. Sunt alie aque q̄ sup hoc firmamentum credo īmortales: et a terrena corruptione secrete laudent nomē tuū laudent te sup celestes populi angeloꝝ tuorum: qui non opus habent suscipere firmamentū hoc. ⁊ legendo cognoscere verbum tuū. I Vidēt ei faciem tuā semper. et tibi legūt sine syllabis tēporū qd velit eterna voluntas tua. Legunt eligūt ⁊ diligūt. semp legunt ⁊ nū q̄ pterit quod legūt. Eligendo eni ⁊ diligendo legūt ipsam incōmutabilitateꝫ consilij tui: non clauditur codex eorum nec plicabitur liber eorum. qꝛ tu ipse illis hoc es. et es ineternum. quia super hoc firmamentum ordinasti eos: qd̄ firmasti super infirmitatē inferiorū populorū: vbi suspicerēt ⁊ cognoscerent misericordiam tuā: tēporaliter enunciātē te q̄ fecisti tēpora. In celo enim dn̄e mīa tua: ⁊ veritas tua vsqꝫ ad nubes. Transeunt nubes: celum autē manet. Trāseunt predicatores verbi tui ex hac vita in aliam vitā: scriptura vero tua vsqꝫ in finem seculi super populos extenditur. Sed ⁊ celum ⁊ terra trāsibūt: sermones autē tui non trāsibūt. Qm̄ ⁊ pellis plicabitur: ⁊ fenum super qd̄ extendebat cuꝫ claritate sua preteriet. verbū aūt tuum manet ineternū. qd̄ nūc in enigmate nubium ⁊ per speculum celi non sicuti est apparet nobis. quia et nos q̄uis filio tuo dilecti simus nondum apparuit qd̄ erimus. Attēdit per retia carnis: ⁊ blanditus est. et inflammauit et currimus post odorem eius. Sed cuꝫ apparuerit similes ei erimus: qm̄ videbimus eum sicuti est. Sicuti est dn̄e videre nostrum qd̄ nondū est da nobis. Nā sicut omnino tu es: tu scis solus q̄ es incommutabiliter: ⁊ scis incōmutabiliter. ⁊ vis incōmutabiliter. ⁊ essentia tua scit ⁊ vult incōmutabilit̄: ⁊ sciētia tua est ⁊ vult incommutabiliter: et voluntas tua est et scit incōmutabiliter. Nec videtur iustū esse corā te vt quemadmodum se scit lumen incōmutabile: ita sciatur ab illuminato commutabili. Ideoqꝫ aīa mea sicut terra sine aqua tibi. quia sicut se illuminare de se non pōt: ita se satiare de se non potest. Sic enim apud te fons vite quō in lumine tuo videbimus lumen. Quis congregauit amaricantes in societatē vnā? II Idē nāqꝫ illis finis est tpalis ⁊ terrene felicitatis: ppt quā faciunt omnia. q̄uis innumerabili varietate curaꝝ fluctuēt. Quis dn̄e nisi tu q̄ dixisti vt cōgregarent̄ aq̄ ī cōgregationem vnam. ⁊ appareret arida sitiens tibi. quoniā tuū est ⁊ mare. ⁊ tu fecisti illud: ⁊ aridam terrā man⁹ tue formauerūt? Neqꝫ enim amaritudo voluntatū: sed congregatio aquaꝝ vocat̄ mare. Tu enim coerces etiam malas cupiditates aīarū: ⁊ figis limites quousqꝫ pgredi sinant̄. atqꝫ vt in se cōminuantur fluctus earum: atqꝫ ita facis mare ordine imperij tui sup omnia. At animas sitientes tibi et apparentes tibi alio fine distinctas a societate maris. occulto et dulci fōte irrigas. vt ⁊ terra det fructū suum. ⁊ te iubente domino deo suo germinet aīa nr̄a opa mīe secundum gen⁹ diligens proximum in subsidijs necessitatum carnalium: habens in se semē secūdū similitudinē. quoniam ex nr̄a īfirmitate cōpatimur ad subueniendū indigentibus simit ex opitulantes queadmodū nobis vellemus opē ferri. si eodem mō īdigeremus: nō tm̄ in facilib⁹ tāq̄ ī herba seminali. sed etiam ī protectione adiutorij forti robore sicut lignum fructiferū. id est beneficiū ad eripiendum

eū q̄ iniuriā patit̄ de manu potentis. et
prebendo protectionis vmbraculum va
lido robore iusti iudicij. Ita domine ita
oro te oriatur sicuti facis. sicuti das hi=
laritatem et facultatem. orial̄ de terra
veritas: et iusticia de celo respiciat. et
fiant in firmamento luminaria. Fran=
gamus esurienti panē nostrū. et egenū
sine tecto inducamus in domū nostrā.
Nudū vestiamus: et domesticos semi=
nis nostri non despiciamus. Quibus in
terra natis fructib⁹: vide q₂ bonum est
et erumpat temporanea lux nostra. et de
ista inferiore fruge actionis in delicias
contemplationis verbum vite superi⁹
obtinentes: appareamus sicut lumina
ria in mundo coherentes firmamento
scripture tue. L Ibi enī nobiscuꝫ
disputas vt diuidamus inter intelligi=
bilia et sensibilia tanq̄ inter diem et no
ctem. vel inter animas alias ītelligibi=
libus alias sensibilibus deditas. vt iaꝫ
non tu solus in abdito diiudicatiōis tue
sicut anteq̄ fieret firmamentum diui=
das inter lucem et tenebras. sed etiam
spiritales tui in eodem firmamento po=
siti atq₃ distincti manifestata per orbeꝫ
gratia tua luceant super terram. et di=
uidant inter diem et noctem. et signifi=
cent tempora atq₂ vetera transierūt ecce
facta sunt noua. Et q₂ ꝓpior est nostra
sal⁹ q̄ cū credidim⁹. et q₂ nox p̄cessit. di
es aūt appropinquauit. et quia bn̄dices
coronā anni tui. mittens oparios oī mes
sem tuam: in qua semināda alij labora=
uerunt. mittens etiā in aliā sementē cu
ius messis in fine est. Ita das vota op=
tanti. et bn̄dices annos iusti. tu autem
idē ipse est. et in annis tuis q̄ non defici=
unt horreū preparas annis trāseūtib⁹
Eterno quippe cōsilio proprijs tempo=
ribus bona celestia das super terram.
Qm̄ quidē alij dat̄ p sp̄m sermo sapien=
tie tanq̄ luminare maius propter eos
qui perspicue veritatis luce delectātur
tanq̄ in principio diei. alij aūt sermo sci
entie scd̄m eundem sp̄m tanq̄ luminare
minus. alij fides. alij donatio curatio=
nū. alij opatiōes v̄tutū. alij prophetia.
alij dijudicatio spirituū. alij genera lin=
guaꝝ et hec oīa tanq̄ stelle. Oīa enim
hec opat̄ vn⁹ atq₃ idē spūs diuidēs pro=
pria vnicuiq₃ prout vult. et faciēs appa
rere sidera in manifestatione ad vtilita=
tem. Sermo aūt scientie q̄ cōtinent̄ oīa
sacramenta q̄ variant̄ tpibus tāq̄ luna
et cetere noticie donoꝝ q̄ deinceps tāq̄
stelle cōmemorate sunt: quātū differūt
ab illo candore sapiētie q̄ gaudet predi
ct⁹ dies: tm̄ in principio noctis sūt. His
eīm sunt necessaria qb⁹ ille prudentissi=
mus seru⁹ tu⁹ nō potuit loq̄ q̄si spūalib⁹
sed q̄si carnalib⁹. ille q̄ sapientiā loquit̄
int̄ pfectos. Aialis aūt hō tāq̄ puul⁹ ī
xp̄o lactisq₃ potator donec roboretur ad
solidum cibum. et aciem firmet ad solis
aspectū: non habeat desertā noctē suaꝫ
sed luce lune stellarūq₃ cōtētus sit. Hec
nobiscū disputas sapiētissime deus no=
ster ī libro tuo firmamēto tuo. vt discer
nam⁹ oīa cōtēplatiōe mirabili: q̄uis ad
huc ī signis et ī tpibus et ī dieb⁹ et in an
nis. M Sꝫ pri⁹ lauamini
mūdi estote: auferte neq̄ciā ab aīs vr̄is
atq₃ a cōspectu ocloꝝ meoꝝ vt appeat
arida. Discite bonū facere. iudicate pu
pillo: et iustificate viduā. vt germiet ter
ra herbā pabuli et lignū fructiferū. et ve
nite disputemus dicit dominus vt fiant
luminaria in firmamēto. celi et luceant
sup t̄rā. Querebat diues ille a mr̄o bo=
no q̄d faceret vt vitā et̄nā conseq̄retur
Dicat ei magister bonus queꝫ putabat
hoīem et nihil amplius. Bon⁹ est auteꝫ
q₂ de⁹ est. dicat ei vt si vult venire ad vi
tam suet mādata Speret a se amaritu
dinē malicie atq₃ neq̄tie. nō occidat non
mechet̄. non furet̄: nō falsū testimoniuꝫ
dicat. vt appareat arida et germinet ho
norē pr̄is et mr̄is et dilectioneꝫ proximi.
Fecit inq̄t hec oīa. Vn̄ ergo tāte spine si
t̄ra fructifera est? Vade extirpa siluosa
dumeta auaricie. vnde que possides et
implere frugibus damno pauperib⁹: et
habebis thesaurum ī cel̄. et seq̄re dn̄m si
vis eē pfect⁹. eis sociat⁹ int̄ quos loq̄t̄
sapiētiam ille q̄ nouit q̄d distribuat diei
et nocti: vt noris et tu. vt fiant et tibi lumi
naria in firmamento celi. qd̄ non fiet ni
si fuerit illic cor tuum. quod item nō fi=

et nisi fuerit illic thesaur⁹ tu⁹: sicut audisti a mr̄o bono. Sed cōtristata est terra sterilis: ꝛ spine suffocauerūt verbum. Uos autē gen⁹ electū: infirma mūdi: q̄ dimisistis oīa vt sequeremini dn̄m. ite post eū ꝛ confundite fortia. Jte post eum speciosi pedes ꝛ lucete in firmamento. vt celi enarrent gliam ei⁹. diuidētes inter lucem perfectoꝝ sed nondū sicut angeloꝝ: ꝛ tenebras paruuloꝝ sed nō despectoꝝ. lucete sup oēm terram: ꝛ dies sole candens eructet dei v̄bum sapiētie et nox luna lucens annūciet noctiverbū scientie. ¶ Luna ꝛ stelle nocti lucēt: sed nox nō obscurat eas. qm̄ ille illuminat eā pro modulo ei⁹. Ecce eī tanq̄ deo dicente fiant luminaria in firmamento celi. fact⁹ est subito de celo sonus quasi ferret flatus vehemēs: ꝛ vise sunt lingue diuise q̄si ignis. q̄ ꝛ insedit super vnūquēq; illoꝝ. ꝛ facta sunt luminaria in firmamēto celi verbū vite habentia. Ubiq; discurrite ignes sancti. ignes decori. Uos enī estis lumen mundi. nec estis sub modio. Exaltatus est cui adhesistis: ꝛ exaltauit vos. Discurrite ꝛ innotescite oībus gentibus. Cōcipiat ꝛ mare: ꝛ pariat opa vr̄a: ꝛ producant aque reptilia aīaꝝ viuaꝝ. Separantes enī preciosum a vili facti estis os dei. per qđ diceret. producāt aq̄ nō aīam viuam quā terra ꝓducit: sed reptilia aīaꝝ viuarum et volatilia volātia sup terram. Repserunt enim sacramēta tua deus p opa sernorum sanctorū tuoꝝ inter medios fluctus tentationū seculi. ad ibuendas gētes ī noīe tuo in baptismo tuo. Et interhec facta sunt magnalia mirabilia tanq̄ ceti grādes: ꝛ voces nūcioꝝ tuorum volitantes super terrā iuxta firmamentum libri tui preposito illo sibi ad auctoritatē sub quo volitarēt quocūq; ierunt. Neq; enim sunt loquele neq; sermones quorū non audiant voces eorū: qm̄ ī omnem terrā exiit son⁹ eoꝝ ꝛ in fines orbis terre v̄ba eorū. qm̄ tu dn̄e benedicendo multiplicasti hec. Mundū mentior: aut mixtione misceo. neq; distinguo lucidas cognitiones harū rerū in firmamento celi. ꝛ opa corporalia in vndoso mari et sub firmamento celi? Quarū enī rerum noticie sunt solide ꝛ terminate sine incrementis generationū tanq̄ lumina sapiētie ꝛ scientie: earūdem rerū sunt operationes corporales multe ac varie. ꝛ aliud ex alio crescendo multiplicat̄ in benedictione tua deus: q̄ cōsolat⁹ es fastidia sensuū mortaliū: vt in cognitione animi res vna multis modis p corporis motiones figuret̄ atq; dicat̄. aque ꝓduxerūt hec. sed in v̄bo tuo necessitates alienatorum ab eternitate v̄itatis tue ꝑ euāgeliū ꝓduxerunt hec. sed in euāgelio tuo qm̄ ipse aque ista eiecerunt: quarū amar⁹ lāguor fuit cā vt ī isto verbo ista procederent Et pulchra sunt oīa faciente te. et ecce tu inenarrabiliter pulchrior qui fecisti omnia. a quo si nō esset lapsus adā. non diffunderet̄ ex vtero ei⁹ salsugo maris gen⁹ humanū ꝓfunde curiosum: ꝛ ꝓcellose tumidum: ꝛ instabiliter fluidum atq; ita non opus esset vt in aquis multis corporabilit̄ ꝛ sensibiliter operarentur dispensatores tui mistica facta ꝛ dicta. ¶ Sic enī mihi nunc occurrerūt reptilia ꝛ volatilia. quib⁹ ibuti ꝛ imitati homines corporalib⁹ sacramētis subditi: non vltra proficerent. nisi spiritualiter viuesceret anima gradu alio. ꝛ post initiū verbū in cōsummationem respisceret. ac per hoc in verbo tuo non maris profunditas: sed ab aquarum amaritudine terra discreta eiicit. nō reptilia animarū viuarum ꝛ volatilia: sed animam viuam. Neq; enim iam opus habet baptismo quo gentibus opus est. sicut opus habebat cū a quis tegeretur Non enī intrat̄ aliter in regnū celorum ex illo quo instituisti: vt sic intretur. nec magnalia mirabilia querit quibus fiat fides. Neq; enim nisi signa ꝛ prodigia viderit non credit. cū iā distincta sit terra fidelis ab aq̄s maris infidelitate amaris. ꝛ lingue in signo sunt non fidelibus sed infidelib⁹. Nec isto igit̄ henere volatili qđ verbo tuo ꝓduxerū aque. opus hȝ terra quā fundasti sup aq̄s. Immitte in eā v̄bū tuum p nuncios tuos. Opa enī eorū narram⁹. sed tu es q̄ operaris in eis vt operent̄ aīam viuā. Terra pro

ducit eā q̄ terra causa est vt hec agant in ea. sicut mare fuit causa vt agerent reptilia animarū viuarū ⁊ volatilia sub firmamento celi. quibꝰ iam terra non indiget. Quis piscem manducet leuatuȝ de profundo in ea mensa quā parasti in cōspectu credentium. Ideo enī de profundo leuatꝰ est: vt alat aridā. ⁊ auis marina progenies. sed tū sup terram multiplicat. Primarū enī vocum euāgelizātium infidelitas hoīm causa extitit. sed et fideles exhortant ⁊ benedicuntur ab eis multipliciter de die i diem. At vero aīa viua de terra sumpsit exordiū: quia non ꝓdest iam nisi fidelibus cōtinere se ab amore huius seculi: vt aīa eorum tibi viuat q̄ mortua erat in delicijs viuēs delicijs dn̄e mortiferis. nā tu puri cordis vitales delicie. ¶ Operentur ergo iam in terra ministri tui nō sicut in aquis infidelitatis annunciādo et loquēdo p miracula ⁊ sacramenta et voces misticas. vbi intenta sit ignorantia mater admirationis in timore occultorum signorū. Talis enī est introitus ad fidē filijs adā oblitis tui. dum abscōdūt se a facie tua ⁊ fiūt abyssus: sed operētur etiam sicut in arida discreta a gurgitibus abyssi. ⁊ sint forma fidelibus viuendo coram eis: ⁊ excitando ad imitationem. Sic enim non tm̄ ad audiendū verbum: sed etiam ad faciendū audiunt. Querite dn̄m ⁊ viuet aīa vestra: vt producat terra aīam viuentem. Nolite cōformari huic seculo: cōtinete vos ab eo: euitando viuit anima que appetēdo morit: continete vos ab immani feritate superbie: ab inerti voluptate luxurie: et a fallaci nomine scientie vt sint bestie mā suete ⁊ pecora edomita. ⁊ in noxij serpētes. Motus enim anime sunt isti in allegoria. sed fastus elationis et delectatio libidinis ⁊ venenum curiositatis: motꝰ sunt anime moriture. quia non ita moritur vt omni motu careat. quoniam discedendo a fonte vite moritur. atq̄ ita suscipitur a preterevnte seculo ⁊ cōformatur ei. Verbū autē tuū deꝰ fons vite eterne est. ⁊ non preterit. ideo in verbo tuo cohibet ille discessus dum dicitur nobis.

Nolite conformari huic seculo: vt producat terra in fonte vite animā viuentē in verbo tuo per euangelistas tuos animam continētem: imitando imitatores christi tui. Hoc est enim secundum genus: quoniā emulatio viri ab amico est. Estote inquit sicut ego: quia et ego sicut vos. Ita erunt in aīa viua bestie bone: in mansuetudine actionis. mandasti enī dicēs. In mā suetudine opa tua pfice. ⁊ ab omni homine diligeris. Et pecora bona neq̄ si manducauerint abūdantia: neq̄ si manducauerint abundantias neq̄ si non manducauerint egētia: ⁊ serpentes boni non perniciosi ad nocendū: sed astuti ad cauendum: ⁊ tantum explorantes temporalem naturam quantum sufficit vt per ea que facta sunt intellecta conspiciatur eternitas. Seruiūt enī ratiōi hec animalia cū a progressu mortifero cohibita viuunt ⁊ bona sunt. Ecce enim domine deus noster creator noster: cum cohibite fuerint affectiones ab amore seculi: quibus moriebamur male viuendo. et ceperit esse anima viuens bene viuendo: completum q̄ fuerit verbum tuum quod per apostolum tuū dixisti. nolite conformari huic seculo: consequitur ⁊ illud quod adiunxisti statim ⁊ dixisti. sed reformamini in nouitate mentis vestre. non iam secundum genus tāq̄ imitantes precedentem proximum. nec ex hominis melioris autoritate viuentes. Neq̄ enim dixisti fiat homo secundum genus: sed faciamus hominem ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. vt nos probemus que sit voluntas tua. Ad hoc enim ille dispensator tuus generans per euangelium filios: ne semper paruulos haberet quos lacte nutriret: ⁊ tanq̄ nutrix foueret. reformamini inquit in nouitate mentis vestre ad probādum que sit voluntas dei: quod bonum et beneplacitum ⁊ perfectum.

¶ Ideoq̄ non dicis fiat homo. sed faciamus hominem nec dicis secundum genus. sed ad imaginem ⁊ similitudinem nostram. Mente quippe renouatꝰ ⁊ conspiciens intellectu veritatē tuā hoīe demōstratore nō

indiget vt suũ gen⁹ imitet. sꝫ demonstrã te te ꝓbat ipse q̃ sit volũtas tua. qđ bonũ ꝛ bñplacitũ ꝛ ꝑfectũ. ꝛ facis eũ iam capacẽ videre trinitatẽ vnitatis et vnitatẽ trinitatis. Ideoq; pluraliter dicto faciam⁹ hoĩem: singulariter tñ infert. ꝛ fecit deus hoĩem. ꝛ pluraliter dicto ad imaginẽ nostraꝫ: singulariter infert ad imaginem dei. Ita hõ renouat in agnitionẽ dei ſm imaginẽ eius qui creauit eũ. Et spũalis effectus indicat oĩa que vtiq; iudicãda sunt: ipse autem a nemine iudicatur. Q. aũt iudicat oĩa: hoc est ꝙ hꝫ ꝑtãtem piſciũ maris ꝛ volatilium celi: ꝛ oĩm pecoꝝ et ferarũ: ꝛ oĩs terre ꝛ oĩm repentiũ q̃ repũt sup terraꝫ. Hoc enĩ agit ꝑmentis ĩtellectũ p quẽ ꝑcipit que sunt spũs dei. Alioqn hõ in honore positus nõ intellexit: cõpatus est iumentis insensatis ꝛ ſĩlis fact⁹ est illis. Ergo in ecclĩa tua deus noster ſm grãm tuã quã dedisti ei: qm̃ tuũ sum⁹ figmentum creati in opibus bonis: nõ solũ qui spiritualiter pręsũt: sꝫ etiã hi q̃ spiritualit subdunt eis q̃ presunt. Masculum enĩ ꝛ feminã fecisti hoĩeꝫ hoc mõ ĩ gratia tua spũali. vbi ſm sexũ corporis non est masculus ꝛ femina: qꝛ neq; iude⁹ neq; grecus: neq; seruus neq; liber. Spũales ergo siue q̃ presunt: siue q̃ obtemperãt. spiritualiter iudicãt. nõ de cognitionibus spũalibus q̄ lucent in firmamento. Nõ enĩ opꝫ de tã sublimi autoritate iudicare: neq; de ipso libro tuo etiã si quid ibi non lucet: qm̃ subĩmittimus ei nostrum intellectũ. certũq; habem⁹ etiam quod clausum est aspectibus nostris recte veraciterq; dictũ esse. R Sic enĩ hõ licet iã spũalis ꝛ renouat⁹ in agnitionẽ dei ſm imaginẽ ei⁹ qui creauit eum: factor tñ legis deꝫ esse nõ iudex. Neq; de illa distinctione iudicat spũaliũ videlicet atq; carnaliũ hoĩm q̃ tuis deus noster oculis noti sunt. et nullis adhuc nobis apparuerunt opibus: vt ex fructibus eoꝝ cognoscamus eos: sꝫ tu dñe iã scis eos: et diuisisti et vocasti in occulto anteq̃ fieret firmamentum. Neq; de turbidis huius seculi populis tanq̃ spiritualis hõ diiudicat. Quid enim ei de his q̃ foris sunt iudicare: ignorãti quis inde venturus sit in dulcedinẽ grẽ tue: ꝛ quis in ꝑpetua ĩpietatis amaritudine remãsurus. Ideoq; hõ quẽ fecisti ad imaginẽ tuã nõ accepit ptãtẽ luminariũ celi. neq; ipsius occulti celi. neq; diei ꝛ noctis q̃ ante celi cõstitutionẽ vocasti: neq; ꝯgregationis aquaꝝ qđ est mare: sꝫ accepit ptãtẽ piſciũ maris: ꝛ volatiliũ celi: ꝛ oĩm pecorũ: ꝛ oĩs tre. ꝛ oĩm repẽtiũ q̃ repũt sup terrã. Iudicat eĩ et approbat qđ recte: ĩprobat aũt qđ ꝑperã iuenerit. siue ĩ ea solẽnitate sacramentoꝝ: quib⁹ initiant quos ꝑuestigat ĩ aq̃s multis mĩa tua. siue in ea qua ille piscis exhibetur. quẽ leuatum de profundo terra pia comedit siue in verboꝝ signis vocibusq; subiectis auctoritate libri tui tanq̃ sub firmamẽto volitantibus interpretando. exponẽdo: disserendo: disputando: benedicẽdo: atq; inuocando te ore erũpentibus atq; sonantibus signis. vt respondeat populus amen. Quibus oĩbus vocibus corporaliter enũciandis ꝯcausa est abyssus seculi ꝛ cecitas carnis q̃ cogitata nõ pñt videri vt opus sit instrepere in auribus. Ita q̃uis multiplicentur volatilia sup terram. ex aquis tñ originẽ ducunt. Iudicat etiã spũalis approbãdo qđ rectũ: improbando autẽ quod ꝑperam inuenerit in operibus moribusq; fideliũ ꝛ elemosinis tanq̃ terra fructifera ꝛ de anĩa viua mansuefactis affectionibus. in castitate: in ieiuniis: in cogitatiõibus piis de his q̃ per sensum corporis percipiuntur. De his enĩ iudicare nunc dicit in q̃bus ꝛ ptãtem corrigẽdi habet. Sed q̃d est hoc: ꝛ quale misterium est. Ecce benedicis hoĩes o dñe vt crescant et multiplicent et impleant terram. Nihil ne nobis ex hoc innuis et intelligamus aliquid. Cur non ita benedixeris lucẽ quã vocasti diem. nec firmamentuꝫ celi: nec luminaria: nec sidera. nec terrã: nec mare. Dicerem te deus noster qui nos ad imaginem tuam creasti. dicerem te hoc donum benedictionis hominis proprie voluisti largiri. nisi hoc modo benedixisses pisces et cetos: vt crescerẽt ꝛ multiplicarentur et implerẽt aquas maris

τ volatilia multiplicarentur sup terras Jtē dicerē ad ea rē gña ptinere bñdictionem hanc q̄ gignendo ex semetipsis propagant̄:si eā reperirē in arbustis et frutectis et in pecorib⁹ terre. Nūc aūt nec herbis τ lignis dictum est:nec bestiis τ serpentibus. crescite et multiplicamini. cū hec quoq₃ oīa sicut pisces et aues τ hoīes gignendo augeantur: genusq₃ custodiant. Quid igit̄ dicam lumē meū ꝟitas.q: vacat hoc: q: inaniter ita dictū ē. Nequaq̄ pr̄ pietatis absit vt hoc dicat seru⁹ ꝟbi tui. S Et si ego nō intelligo q̄d hoc elodo significetur vtant̄ eo meli⁹ meliores.i.intelligētiores q̄ ego sū. vnicuiq₃ q̄tū sape dedisti deus me⁹. Placeat autē τ confessio mea corā oculis tuis qua tibi confiteor credere me domine non incassum te ita locutum esse. neq₃ silebo quod mihi lectionis huius occasio suggerit. Uerum est eni nec video q̄d īpediat ita me sentire dicta figurata librorū tuorū. Noui eni multipliciter significari p corp⁹ qđ vno mō mente intelligit̄. et multipliciter mente intelligi qđ vno modo p corpus significat̄. Ecce simplex dilectio dei et proximi q̄ multiplicibus sacris et innumerabilib⁹ linguis:et in vnaq̄q₃ lingua īnumerabilibus locutionū modis corporalit̄ enunciat̄. Jta crescūt τ multiplicantur fetus aquarū. Attēde itep quisquis hec legis. Ecce qđ vno modo scriptura offert: τ vox personat in principio fecit de⁹ celū et terrā. nōne multipliciter intelligit̄. Non errorū fallacia sed verarū intelligentiarum generibus ita crescunt τ multiplicantur fetus hominū. Jtaq₃ si naturas ipsas rerum non allegorice sed ꝓprie cogitemus:ad oīa q̄ de seminib⁹ gignūtur conuenit verbū crescite τ multiplicamini. Si aūt figurate posita ista tractemus:quod poti⁹ arbitror intendisse scripturā:q̄ vtiq₃ nō supuacue solis aquatiliū τ hoīm fetibus istā bñdictionē attribuit: īuenimus quidem multitudines et in creaturis spiritualibus atq₃ corporalib⁹ tanq̄ in celo τ in terra:et in animis iustis et iniquis tanq̄ in luce τ in tenebris:et in sanctis auctoribus p quos lex ministrata est tanq̄ in firmamento qđ solidatū est īter aquam τ aquā:et in societate amaricantium populorū tanq̄ in mari:τ in studio aīarum piarū tanq̄ in arida: et in opibus mīe fm p̄ntem vitā tanq̄ in herbis seminalibus τ lignis fructiferis:et in spiritualibus donis manifestatis ad vtilitatē sicut in lumiaribus celi:τ in affectib⁹ formatis ad temperantiam tanq̄ in aīa viua. Jn hoībus his nanciscimur multitudines et vbertatē:τ incrementa. D Sed q̄ ita crescat τ multiplicet̄: vt vna res multis modis enūciet̄:et vna enunciatio multis modis intelligat̄:nō inuenimus nisi in signis corporaliter editis τ reb⁹ intelligibiliter excogitatis. Signa corporaliter edita gñationes aq̄rū ꝓpter necessarias causas carnalis profunditatis. res aūt ītelligibilit̄ excogitatas generationes hūanas ꝓpter rōis fecūditatē intelligim⁹. Et iō credimus vtriq₃ hor generi dictū esse abste dñe crescite τ multiplicamini. Jn hac enim bñdictiōe cōcessā nobis a te ptātē τ facultatē accipio:τ multis modis enūciare. qđ vno mō ītellectū tenuerim⁹. et multis mōis ītelligere qđ obscure vno mō enunciatū legerimus. Sic īplētur aque maris q̄ nō mouent̄ nisi a varijs significatiōib⁹. sic τ fetib⁹ hūanis impletur τ terra cuius ariditas appet in studio et dñat̄ ei rō. Uolo etiā dicere dñe de⁹ me⁹ qđ me cōsequēs tua scriptura cōmonet. τ dicā nec ꝟebor. Uera enim dicā te mihi inspirante qđ ex eis ꝟbis voluisti vt dicerē. Neq₃ eī alio ꝑter te īspirante credo me verū dicere:cū tu sis veritas:oīs aūt hō mendax. Et iō qui loquit̄ mendaciū de suo loquitur. Ergo vt verū loquar de tuo loquar. Ecce dedisti nobis in escā oēe fenū satiuum seminās semen qđ est sup oēm terrā et oēe lignū qđ hȝ in se fructum seminis satiui Nec nobis solis:sed τ oībus auibus celi et bestijs terre atq₃ serpētibus. Piscibus aūt et cetis magnis nō dedisti hec. Dicebam⁹ eī eis fructibus terre significari et in allegoria figurari opa mīe: q̄ huius vite necessitatibus exhibent̄ ex

tra factifera. Talis terra erat plus one
siphorus cuius domui dedisti miam. q
frequenter paulum tuū refrigeravit et
cathenā ei⁹ nō erubuit. Hoc fecerūt ⁊ fra
tres: ⁊ tali fruge fructificauerūt: q qđ ei
deerat suppleuerūt ex macedonia. Quo
modo aūt dolet quedā lingua q fructuz
ei debitū nō dederūt. vbi ait. I pria mea
defensione nemo mihi affuit: sed omnes
me dereliquerūt: non illis iputet. Ista
eñ debent eis qui ministrāt doctrinam
rōnalē p ītelligētias diuinoꝝ mysterioꝝ
⁊ ita eis debent. tanq̄ hoībus. Debent
aūt eis sicut aīe viue prebentibus se ad
imitādū in oī cōtinētia. Itē debent eis
tāq̄ volatilib⁹ pp bñdictiōes eoꝝ q mlti
plicant sup oēm terrā qm in oēm terrā
exijt sonus eoꝝ. Pascūt aūt his escis q
letant eis: nec illi letāt eis quoꝝ deus
vent est. Neq enim ⁊ in illis q pbēt ista
ea q dant fructus est: sed quo aīo dant.
Itaq ille q deo seruiebat non suo vētri vi
deo plene vñ gaudeat video ⁊ congra
tulor ei valde. Acceperat enim a philip
pensibus qui per ephasroditum misere
ant. V Sed
tamen vnde gaudeat video. Vñ autem
gaudet inde pascit: q̄r ī veritate loquēs
gauisus sum īquit magnifice in dño. q̄r
tandē aliqñ repullulastis sape p me in
quo ⁊ sapiebatis: tediū autē habuistis.
Isti autem diuturno tadio marcuerant
⁊ q̄si exaruerant ab isto fructu boni ope
ris: ⁊ gaudet eis quia repullularūt non
sibi: q̄r eius indigētie subuenerūt. Ideo
secut⁹ ait. Nō qđ desit aliqđ dico. Ego
eñ didici in q̄bus sū sufficiēs esse. Scio
⁊ minus habere: scio ⁊ abūdare: in oīb⁹
⁊ in oīb⁹ ībut⁹ sū. Et satiari ⁊ esurire et
abūdare ⁊ penuriā pati: oīa possū ī eo q
me confortat. Ergo in omnib⁹ gaudes
o paule magne: vñ gaudes. vñ pasceris
hō renouare in agnitionē dei sm imagi
nem eius q creauit te: et aīa viua tanta
cōtinētia: ⁊ lingua volatilis loq̄ns my
steria. Talib⁹ q̄ppe aīantib⁹ esca ista de
bet. Quid est quod te pascit? Leticia.
Quod sequitur audiam⁹. Verūtamē inq̄t
bñ fecistis cōicantes tribulationi mee.
Hinc gaudet. hinc pascit. quia illi bene
fecerunt: nō q̄r eius angustia relaxata ē
qui dicit tibi. in tribulatiōe dilatasti mi
chi: quia et abundare ⁊ penuriā pati no
uit in te qui confortas eum. Scitis enī
īquit ⁊ vos philippēses: qm ī principio
euangelij cum ex macedonia sunt profe
ctus: nulla michi ecclesia cōicauit in ra
tione dati ⁊ accepti nisi vos soli: quia et
thessalonicam ⁊ semel ⁊ iterū vsib⁹ me
is misistis. Ad hec bona opa eos rediss
se nunc gaudet ⁊ repullulasse letat tāq̄
reuirescente fertilitate agri. Nunquid
propter vsus suos. q̄r dixit. vsib⁹ meis
misistis? nunqđ propterea gaudet? Nō
propterea. Et hoc vñ scimus: qm ipe se
quit dicens. Non q̄r q̄ro datū: sz requi
ro fructum abundantem. Didici a te de
us meus inter datum ⁊ fructum discer
nere. Datū ē res ipsa quā dat q īparti
tur hec necessaria: veluti est nūmus ci
bus pot⁹ / vestimentū / tectū / adiutoriū
Fructus autē bona ⁊ recta volūtas da
toris est. Non enī ait magister bonus q
susceperit prophetam tm̄: sz addidit: in
noīe pphete. Neq ait tm̄. qui susceperit
iustū: sz addidit: in nomine iusti.
X Ita quippe ille mer
cedem prophete: iste mercedem iusti ac
cipiet. Nec solum ait: qui calicem a
que frigide potum dederit vni ex mini
mis meis: sed addidit tantum in nomi
ne discipuli. Et sic adiunxit. Amen di
co vobis: non perdet mercedem suam.
Datum est suscipere prophetam: susci
pere iustum porrigere calicem aque fri
gide discipulo: fructus autem in nomi
ne prophete: in nomine iusti: in nomine
discipuli hoc facere Fructu pascitur.
Helyas a vidua sciente q̄ hominez dei
pasceret: et propter hoc pasceret. Per
coruum autem dato pascebatur Nec
interior. Helyas sed exterior pasceba
tur: qui posset etiam talis sibi egestate
corrūpi. Ideoq dicam quod verum est
coram te domine: cum homines idiote
atq infideles: quibus initiandis atq lu
crandis necessaria sunt sacramenta ini
tiorum: et magnalia miraculorum. que
nomine piscium ⁊ cetorū significari cre
dimus: suscipiūt corporaliter reficien

dos: aut in aliquo presentis vite vsu adiuuandos pueros tuos cum id quare faciendum sit et quo pertineat ignorent. nec illi istos pascunt: nec isti ab illis pascuntur. quia nec illis hoc sancta et recta voluntate operantur nec isti eorum datis vbi fructum nondum vident letantur. Inde quippe animus pascitur vnde letatur. Et ideo pisces et ceti non vescuntur escis quas non germinat nisi iam terra ab amaritudine marinorum fluctuum distincta atque discerta. Et vidisti deus omnia que fecisti: et ecce bona valde. quia et nos vidimus ea: et ecce omnia bona valde. In singulis generibus operum tuorum: cum dixisses vt fierent et facta essent: illud atque illud vidisti quia bonum est. Septies numeraui scriptum esse te vidisse quia bonum est quod fecisti: et hoc octauum est: quia vidisti omnia que fecisti et ecce non solum bona sed etiam valde bona tanque simul omnia. Nam singula tantum bona erant: simul autem omnia et bona et valde. ⁋

Hocmodo dicuntur etiam quecumque pulchra corpora. quia longe multo pulchrius est corpus quod ex membris pulchris omnibus constat quam ipsa membra singula quorum ordinatissimo conuentu completur vniuersum. quamuis et illa etiam singulatim pulchra sint. Et attendi vt inuenirem vtrum septies vel octies videris: quia bona sunt opera tua cum tibi placuerunt. et in tua visione non inueni tempora per que itelligerem quod totiens videris que fecisti et dixi. O domine nonne ista scriptura tua vera est: quoniam tu verax et veritas edidisti eam. Cur ergo tu mihi dicis non esse in tua visione tempora. et ecce scriptura tua michi dicit per singulos dies ea que fecisti te vidisse quia bona sunt? Et cum ea numerarem: inueni quotiens ad hec tu dicis mihi: quoniam tu es deus meus. et dicis voce forti in aurem interiorem seruo tuo perrumpens meam surditatem et clamans. O homo nempe quod scriptura mea dicit ego dico Et tamen illa temporaliter dicit. Verbo autem meo eterno tempus non accidit quia equali mecum eternitate consistit. Sic ea que vos per spiritum meum videtis ego video: sicut ea que vos per spiritum meum dicitis ego dico. Atque ita cum vos temporaliter ea videatis non ego temporaliter video. quemadmodum cum vos temporaliter ea dicatis non ego temporaliter ea dico. Et audiui domine deus meus et elinxi stillam dulcedinis ex tua veritate: et intellexi quoniam sunt quidam quibus displicent opera tua bona: et multa eorum dicunt te fecisse necessitate compulsum. sicut fabricas celorum et compositiones siderum. et hec non de tuo sed iam fuisse alibi creata et aliunde: que tu contraheres et compaginares atque conteceres cum de hostibus victis mundana menia molireris vt ea constructione deuicti aduersus te iterum rebellare non possent. Alia vero nec fecisse te nec omnino compegisse: sicut omnes carnes et minutissima queque animantia et quicquid radicibus terram tenet: sed hostilem mentem naturamque aliam nec abs te conditam tibique contrariam in inferioribus mundi locis ista gignere atque formare. ⁋

Insani dicunt hec: quoniam non per spiritum tuum vident opera tua. nec te cognoscunt in eis. Qui autem per spiritum tuum vident ea: tu vides in eis. Ergo cum vident quia bona sunt: tu vides quia bona sunt: et que cunque propter te placent: tu in eis complaces et que per spiritum tuum placent nobis tibi placent in nobis. Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic et que dei sunt nemo scit nisi spiritus dei. Nos autem inquit non spiritum huius mundi accepimus: sed spiritum qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis. Et admoneor vt dicam Certe nemo scit que dei sunt nisi spiritus dei. Quomodo ergo scimus et nos que a deo donata sunt nobis? Respondetur mihi: quoniam que per eius spiritum scimus etiam sic nemo scit nisi spiritus dei. Sicut enim recte dictum est non enim vos estis qui loquimini: eis qui in spiritu dei loquerentur sic recte dicitur. non vos estis qui scitis. eis qui in dei spiritu sciunt. Nichilominus igitur recte dicitur. non vos estis qui videtis: eis qui in spiritu dei vident. Ita quicquid in spiritu dei vident: quia bonum est: non ipsi sed deus videt quia bonum est. Aliud ergo est vt putet quisque malum esse quod bonum est. quales supra dicti sunt. Aliud vt quod bonum est videat homo quia bonum est. Sicut multis tua crea=


tura placet q: bona est. quibus tñ nō tu places in ea: vñ frui magis ipsa ꝙ te volūt. Aliud aūt vt cū aliquid videt hō q: bonū est d eus in illo videat q: bonū est vt.s. ille amet in eo qđ fecit: q̄ non amaret nisi p spiritū quem dedit. qm̄ charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris per spiritūsanctū qui datus est nobis. p quē videm⁹ quia bonū est quicqd aliquo mō est. Ab illo enī est: qui nō aliquo modo ē sed qđ est est. Grās tibi dñe videmus celum ⁊ terrā siue corpalē partē supiorē atqꝫ inferiorē: siue spūalē corporalemqꝫ creaturā atqꝫ in ordinatu harū partium quibus cōstat vel vniuersa mūdi moles vel vniuersa omīno creatura. Uidemus lucē factā diuisamqꝫ a tenebris videm⁹ firmamentū celi siue inter spūales aq̄s superiores et corporales inferiores primariū corpus mundi super hoc spacium aeris: q: ⁊ hoc vocat celū p qđ vagant volatilia celi inter aq̄s q̄ vaporalit ei superferūtur. ⁊ serenis etiā noctib⁹ rotāt et has q̄ i terris graues fluitāt. XX Uidemus congregatarū aquarū spēm p cāpos maris ⁊ aridā terrā vt nudatā vel formatā: vt esset visibilis ⁊ cōposita: herbarūqꝫ atqꝫ arborū materiem. Uidemus luminaria fulgere desup. solē sufficere diei: lunā ⁊ stellas cōsolari noctem atqꝫ his oībus notari ⁊ significari tēpora. Uidem⁹ humidā vsqꝫqꝫ naturam piscibus ⁊ beluis ⁊ alitib⁹ fecūdatā: qđ aeris corpulētia q̄ volat⁹ auiū portat aq̄rū exaltatione concrescit. Uidem⁹ terrenis aīalib⁹ faciē terre decorari. hoīemqꝫ ad imaginē et silitudinē tuam cūctis irrationalib⁹ aīantib⁹ ipsa tua imagine ac silitudine: hoc est rōnis ⁊ intelligētie ꝟtute preponi. Et quēadmodū in eius aīa aliud est qđ cōsulendo dñat: aliđ qđ subdit vt obtēperet. sic viro factam esse etiā corporaliter feminā que haberet q̄dem in mente rōnalis intelligētie parē naturā: sexu tñ corporis ita masculino sexui subijceret; quēadmodum subijcit appetit⁹ actiōis ad cōcipiendā de rōne mētis recte agendi solertiam. Uidem⁹ hec ⁊ singula bona: ⁊ omnia bona valde Laudent te opera tua vt amemus te: et amem⁹ te vt laudent te opa tua: que habent initiū ⁊ finē ex tpe ortū ⁊ occasum ꝓfectū ⁊ defectū: spēm et priuationem. Habēt ergo ꝯsequētia mane ⁊ vesperā: ptim latēter: parti euidēter. De nichilo enī a te nō de te facta sūt. Nō de te aliq̄ nō de tua vel q̄ antea fuerit: sed de concreata. i. simul a te creata materia. quia ei⁹ informitatē sine vlla tp̄is interpositione formasti. Nam cū sit aliud celi ⁊ terre materia. aliud celi ⁊ terre spēs. materiam quidem de oīno nihilo: mūdi autē spēm de iformi materia: simul tñ vtrūqꝫ fecisti: vt materiā forma nulla more intercapedine sequeret. Inspexim⁹ etiam ꝓpter quorū figurationē ista vel tali ordine fieri: vel tali ordine scribi voluisti/ et vidim⁹ q: bona sunt singula: ⁊ omnia bona valde in verbo tuo i vnico tuo celum ⁊ terraꝫ caput ⁊ corpus eccl̄ie i predestinatione añ oīa tpa sine mane ⁊ vespera. XXI Ubi aūt cepisti p̄destinata tēporaliter exequi vt occulta manifestares: ⁊ incōposita nr̄a componeres: qm̄ sup nos erāt pctā nr̄a et in ꝓfudum tenebrosū abieram⁹ abs te. ⁊ spūs tuus bon⁹ supferebat ad subueniendū nobis in tpe opportuno: ⁊ iustificasti impios: et distinxisti eos ab iiquis: ⁊ solidasti auctoritatē libri tui īter supiores q̄ tibi docibiles essent: ⁊ inferiores q̄ eis subderētur. ⁊ cōgregasti societatē infideliuꝫ in vnā cōspirationē vt apperent studia fideliū: vt tibi opa mīe perent. distribuentes etiam paupib⁹ terrenas facultates ad acquirēda celestia: ⁊ inde accēdisti q̄dā luminaria infirmamēto: verbū vite habētes sanctos tuos: et spūalibus donis p̄lata sublimi autoritate fulgentes et inde ad ībuendas infideles gentes sacramenta et miracula visibilia: vocesqꝫ verborū fm̄ firmamentū libri tui: quib⁹ etiā fideles bñdicerent ex materia corporali ꝓduxisti: ⁊ deinde fidelium aīam viuā p affectus ordinatos cōtinentie vigore formasti: atqꝫ īde tibi soli mentem subditā: ⁊ nulli⁹ autoritatis humane ad imitandū indigentē renouasti ad imaginem ⁊ silitudinē tuā prestantiqꝫ intellectui rōnabilē actionem tanꝙ viro femi=

nā subdidisti: omibusq̧ tuis ministeriis ad pficiendos fideles in hac vita necessariis ab eisdē fidelib⁹ ad vsus tpales fructuosa in futurū opa pberi voluisti. Hec oia videm⁹ ⁊ bona sunt valde: qm̄ tu ea vides i nobis: q̄ p spm̄ q̄ ea viderem⁹ ⁊ i eis te amarem⁹ dedisti nobis. Dn̄e de⁹ pacē da nobis: oia eni pstitisti nobis. pacē q̄etis: pacē sabbati: pacē sine vespa. Ois q̄ppe iste ordo pulcherrim⁹ rerum valde bonaꝝ mōis suis pactis trāsiturus est: ⁊ mane q̄ppe i eis factū ē ⁊ vespa

¶ Dies aūt septim⁹ sine vespa est nec hꝫ occasū: q: sctificasti eū ad pmansionē sempiternā: vt id qd̄ tu post opa tua bona valde q̄uis ea q̄et⁹ feceris: requieuisti septio die: hoc ploquat nobis vox libri tui: qd̄ ⁊ nos post opa nr̄a. ideo bona valde q: tu nobis ea donasti: sabbato vite eterne requiescam⁹ in te etiā. Tūc eni sic requiesces i nobis quēadmodū nūc operaris i nobis: ⁊ ita erit illa reqes tua p nos quēadmoduꝫ sunt ista opa tua per nos. Tu aūt dn̄e sp oparis et semp requiescis. nec vides ad tēp⁹. nec oparis ad tēpus nec moueris ad tēp⁹. nec q̄escis ad tps: et tn̄ facis ⁊ visiones tpales: ⁊ ipsa tpa ⁊ quietē ex tpe. Nos itaq̧ ista q̄ fecisti videmus q: sunt. tu autē q: vides ea sūt. Et nos foris videm⁹ q: sunt: ⁊ intus q: bona sunt. tu auteꝫ ibi vidisti facta: vbi vidisti facienda. Et nos alio tēpore moti sum⁹ ad benefaciēdū: postea q̄ concepit de spū tuo cor nostrū. Priore auteꝫ tpe ad malefaciendū mouebamur deserentes te. tu xo de⁹ vne bone nunq̄ cessasti bn̄facere. Et sunt quedā bona opa nr̄a ex munere quidem tuo sed non sempiterna. Post illa nos requieturos in tua grādi sctificatione speramus. Tu autē bonū nullo indigens bono sp quiet⁹ es: qm̄ tua q̄es tu ipe es. Et hoc intelligere q̄s hoim dabit hoi: q̄s angelus angelo: quis angelus homini. A te petatur: in te querat: ad te pulset. sic/ sic accipietur sic inuenietur: sic aperietur. Amen.

¶ Aurelij Augustini Cōfessionum tertiusdecimus atq̧ vltimus Liber explicit.

¶ Ex libro retractionum beati augustini in sequens opus. DD.



De quo genere supius egimus. eandemque cognitionem valere ad enigmata scripturarum soluenda docuimus. non vt pro quibusdam signis adhibeantur: tanquam ad remedia vel ad machinamenta superstitionis alicuius. Nam et illud genus iam distinctum ab hoc licito et libero separauimus. Aliud enim enim dicere: tritam istam herbam si biberis venter non dolebit. et aliud est dicere. istam herbam collo si suspenderis venter nod dolebit. Ibi enim probatur contemperatio salubris: hec significatio supstitiosa damnatur. Quanquam vbi precantationes et inuocationes et characteres non sunt: plerumque dubium est vtrum res que alligatur aut quolibet adiungitur sanando corpori vi nature valeat quod libere adhibendum est: an significatiua quadam obligatione perueniat. Quod tanto prudentius oportet cauere christianum quanto efficatius prodesse videbitur. Sed vbi latet qua causa quid valeat: quo animo quisque vtatur interest dumtaxat in sanandis vel temperandis corporibus. siue in medicina siue in agricultura. Siderum autem cognoscendorum non narratio sed demonstratio est. quorum perpauca scriptura commemorat. Sicut autem plurimis notus est lune cursus: qui etiam ad passionem domini anniuersarie celebrandam solenniter adhibetur. sic paucissimis ceterorum quoque syderum: vel ortus vel occasus: vel alia quelibet momenta sine vllo errore sunt notissima. Que per seipsam cognitio quanquam superstitiose non alligetur: non multum tamen ac prope nichil adiuuat tractationem diuinarum scripturarum: et infructuosa intentione plus impedit. Et quia familiaris est perniciosissimo errori fatua fata cantantium: commodius honestiusque contemnitur. Habet autem preter demonstrationem presentium etiam preteritorum narrationi simile aliquid: quod a presenti positione motuque sydera et in preterita eorum vestigia regulariter licet recurrere. Habet. etiam futurorum regulares coniecturas non suspiciosas et abominosas: sed ratas et certas. non vt ex eis aliquid trahere in nostra fata et euentus tentemus qualia genethliacorum deliramenta sunt sed quantum ad ipsa pertinet sidera.

D Nam sicut is qui computat lunam cum hodie inspexerit quota sit: et ante quoslibet annos quota fuerit. et post quoslibet annos quota futura sit potest dicere. sic de vno quoque siderum qui ea perite computant respondere consueuerunt. De qua tota cognitione quantum ad eius vsum attinet quid mihi videtur aperui. Artium etiam ceterarum quibus aliquid fabricatur: vel quod remaneat post operationem artificis ab illo effectum: sicut domus et scamnum: et vas aliquod; atque alia huiuscemodi. vel que ministerium quoddam exhibent operanti deo sicut medicina et agricultura et gubernatio. vel quarum omnis effectus est actio sicut saltationum et cursuum et luctaminum. harum ergo cunctarum artium de preteritis experimenta faciunt etiam futura conijci. Nam nullus earum artifex membra mouet in operando: nisi preteritorum memoriam cum futurorum expectatione contexerat. Harum autem cognitio tenuiter in ipsa humana vicia cursimque vsurpanda est; non ad operandum nisi forte officium aliquod cogat de quo nunc agimus. sed ad indicandum: ne omnino nesciamus quid scriptura velit insinuare cum de his artibus aliquas figuratas locutiones inserit. Restant ea que non ad corporis sensus: sed ad rationem animi pertinent. vbi disciplina regnat disputationis et numeri. Sed disputationis disciplina ad omnia genera questionum que in litteris sanctis sunt penetranda et dissoluenda plurimum valet: tantum ti

vbi cauenda est libido rixandi: et pueri lis quedam ostentatio decipiendi aduersarium. Sunt enim multe que appellantur sophismata false cõclusiones rationum: et plerunq̄ ita veritas imitantes: vt non solum tardos sed ingeniosos etiam minus diligenter attentos decipiant. Proposuit enim quidam dicens ei cum quo loquebatur. Quod ego sum tu non es. At ille consentit. Uerum enim erat ex parte vel eo ipso q̄ iste insidiosus: ille simplex erat. Tunc iste addidit. Ego autē homo sum. Hoc quoq̄ cum ab illo accepisset: conclusit dicens. Tu igitur non es homo. Quod genus captiosarum conclusionum scriptura q̄tum existimo detestatur illo loco: vbi dictum est. Qui sophistice loquitur odibilis est. q̄q̄ etiam sermo non captiosus: sed tñ abundantius q̄ grauitatē decet vborū ornamenta consectās sophisticus dicitur. ¶ Sunt etiaz vere connexiones ratiocinationis falsas habentes sentētias que consequūt errorem illius cum quo agitur. Que tamen ad hoc inferuntur a bono et docto homine: vt in his erubescens ille cuius errorem consequuntur: eundem relinquat errorem. Quia si in eo manere voluerit necesse est vt etiam illa que dānant tenere cogatur. Non enim vera inferebat apostolꝰ cum diceret. neq̄ christus resurrexit. et illa alia inanis est predicatio nostra. inanis est et fides nostra et deinceps alia que omnino falsa sunt. quia et christus resurrexit: et non erat inanis predicatio eorum qui hoc annunciabant. nec fides eorum qui hoc crediderant: sed ista falsa verissime connectebantur illi sententie qua dicebatur non esse resurrectionem mortuorum. Istis autem falsis repudiatis quoniam vera erant si mortui non resurgūt: cōsequēs erit resurrectio mortuorum. Cum ergo sint vere connexiones non solum verarum sed etiam falsarum sententiarum facile est veritate connexionum etiam in scolis illis discere que preter ecclesiā sunt. Sententiarum autem veritas in sanctis libris ecclesiasticis inuestiganda est. Ipsa tamen veritas connexionū non instituta sed animaduersa est ab hominibus est notata: vt eaz possint vel discere vel docere. Nam est in rerum ratione perpetua et diuinitus instituta. Sicut enim qui narrat ordinem temporum: non eum ipse componit: et locorū situs aut naturas animalium vel serpētium vel lapidum qui ostendit: non res ostendit ab hominibus institutas. et ille qui demonstrat sidera eorumq̄ motus: non a se vel ab homine aliquo rem institutam demonstrat. sic etiam qui dicit cum falsum est quod consequitur necesse est vt falsum sit quod procedit. verissime dicit: neq̄ ipse facit vt ita sit. sed tamen ita esse demōstrat. Ex hac regula illud est quod de apostolo paulo commemorauimus. Precedit enim non esse resurrectionem mortuorum: quod dicebant illi: quorum errorem destruere volebat apostolus. Porro illam sententiam precedentē: quia dicebant non esse resurrectionem mortuorum: necessario sequitur neq̄ christus resurrexit Hoc autem quod sequitur falsum est. christus enim resurrexit. Falsum est ergo et quod precedit. Precedit autem non esse resurrectionem mortuorum. Est ergo resurrectio mortuorum.

K Quod totum breuiter ita dicitur. Si non est resurrectio mortuorum neq̄ christus resurrexit. christus autez resurrexit. est ergo resurrectio mortuorum. Hoc ergo vt consequenti ablato auferatur etiam necessario quod precedit non instituerunt homines: sed ostenderunt. Et hec regula pertinet ad veritatem connexionum: non ad veritatem sententiarum. Sed in hoc loco de resurrectione cum ageretur: et regula connexionis vera est: et ipsa in conclusione sententia. In falsis autem sententijs connexionis veritas est isto modo. Faciamus aliquem concessisse: si animal ē cochlea vocem habet. Hoc concesso cum probatum fuerit vocem cochleam non habere. quoniam consequenti ablato

illud quod precedit aufertur: concludi tur non esse animal cochleam. Que sen tentia falsa est: sed ex concesso falso ve ra conclusionis connexio. Veritas ita que sententia per seipsam valet: veritas autem connexionis ex eius est quo agi tur opinione vel concessione consistit.

Ideo autem vt supra diximus infertur vera connexione quod falsum est. vt eu cuius errorem corrigere volumus pe niteat concesse precedentia quorum con sequentia videt esse respuēda. Iam hic intelligere facile est sicut in falsis sentē tiis veras: sic in veris sententiis falsas conclusiones esse posse. Fac enim ali quem proposuisse. Si iustus est ille bo nus est. et esse concessum. Deinde assū psisse. non est autem iustus. Quo item concesso. intulisse conclusionem. Nō est igitur bonus. Que tametsi vera sunt omnia: non tamen in vera regula con clusionis. Non enim sicut ablato conse quenti aufertur necessario quod prece dit. ita etiam ablato precedenti aufere tur necessario quod sequitur. quia ve rum est cum dicimus. Si orator est: hō est. Ex qua propositione si assumamus: non est autem orator. non erit conse quens cum intuleris. non est igitur ho mo. Quapropter aliud est nosse regu las connexionum. aliud sententiarum veritatem. In illis discitur quid sit con sequens. quid non consequens. quid re pugnans. Consequens est. si orator est homo est. Inconsequens. si homo est: orator est. Repugnās. si homo est: qua drupes est. Hic ergo ipsa de connexio ne iudicatur. L In verita te autem sententiarum: ipse per se sentē tie non earum connexio consideranda est. Sed veris certisque sententiis: cum i certe vera connexione iunguntur: etiā ipse certe fiant necesse est. Quidam au tem sic se iactant cum veritatem conne xionum didicerint: quasi sententiarum ipsa sit veritas. Et rursus. Quidā ple rumque retinentes veram sententiā: ma le se contemnunt: quia leges conclusio nis ignorant. Cum melior sit qui nouit esse resurrectionem mortuorum quam ille qui non nouit consequens esse. vt si re surrectio mortuorum non est: neque chri stus resurrexit. Item scientia diffinien di: diuidendi atque partiendi quamquam rebus falsis plerumque adhibeatur. ipsa tamen falsa non est. neque ab hominibus institu ta: sed in rerum ratione comperta.

Non enim quia et fabulis suis eas poe te. et opinionibus erroris sui vel falsi philosophi vel etiam heretici: hoc est falsi christiani adhibere consueuerunt: propterea falsum est. neque in diffinien do neque in diuidendo aut partiendo ali quid complectendum esse quod ad rem ipsam non pertinet. aut aliquid quod pertinet pretereundum. Hoc verum est etiam si ea que diffiniuntur aut distri buuntur vera non sint. Nam et ipsum falsum diffinitur cum dicimus. falsum esse significationem rei non ita se haben tis vt significatur sine aliquo alio mo do. Que diffinitio vera est: quamuis falsum verum esse non possit. Possumus etiā diuidere dicentes duo esse genera falsi. Unum eorum que omnino esse non pos sunt. Alterum eorum que non sunt quam uis esse possint. Nam qui dicit septem et tria vndecim esse. id dicit quod omnino esse non potest. Qui vero dicit kalen dis verbi gratia pluisse tametsi factum non sit: id tamen dicit quod fieri potuit Diffinitio igitur et diuisio falsorum po test esse verissima. quamuis falsa ipsa vtique vera non sint. Sunt etiam quedam pre cepta vberioris disputationis que iam eloquentia nominatur. que nihilominus vera sunt quamuis eis possint etiam falsa persuaderi. M Sed quia et vera possunt. non est facultas ipsa cul pabilis: sed ea male vtentium peruersi tas. Nam neque hoc ab hominibus insti tutum est. vt veritas expressio concili et auditorem. aut vt facile quod inten dit insinuet breuis et aperta narratio: et varietas eius sine fastidio teneat intentos. et cetere huiusmodi obser uationes. que siue in falsis siue in ve ris causis vere sunt. tamen inquan

tum vel sciri vel credi aliquid faciunt: aut ad expectandum fugiendum ve animos mouent: et inuente potius q̄ ita se habeant q̄ vt ita se haberent institute. Sed hec pars cum dicitur magis vt proferamus ea que intellecta sunt q̄ vt intelligamus adhibenda est. Illa vero conclusionum et diffinitionum et distributionum plurimum intellectorem adiuuat: tantum absit error quo videntur homines sibi ipsam beate vite veritatem didissime: cum ista didicerint: q̄ q̄ plerumq̧ accidat vt facilius homines res eas assequantur propter quas assequendas ista discuntur: q̄ talium preceptorum nodosissimas et spinosissimas disciplinas. Tanq̄ si quispiam dare volens precepta ambulandi: moneat non esse leuandum pedem posteriorem nisi cum posuerit priorum. deinde minutatim quemadmodum articulorum et poplitum cardines oporteat mouere describat. Uera enim dicit. nec aliter ambulari potest: sed facilius homines hoc faciendi ambulant: q̄ animaduertunt cum faciunt: aut intelligunt cum audiunt. Qui autem ambulare non possunt: multo minus ea curant que nec experiendo possunt attendere. Itaq̧ plerumq̧ citius ingeniosus videt non esse ratam conclusionem: q̄ precepta eius capit: tardus autem non eam videt: sed multo minus qd̄ de illa precipitur. N Magisq̧ in his omnibus ipsa spectaculo veritatis sepe delectant: q̄ ex eis in disputando aut iudicando adiuuamur: nisi forte q̄ exercitatiora reddunt ingenia: si etiam maligniora aut inflatiora non reddant hoc est: vt aut decipere verisimili sermone atq̧ interrogationibus ament: aut aliquid magnum quo se bonis atq̧ innocentibus anteponant se assecutos putent q̄ ista didicerunt. Jam vero numeri disciplina cuilibet tardissimo clarum est q̄ non sit ab hominibus instituta: sed potius indagata atq̧ inuenta. Non enim sicut primam syllabam italie quam breuem pronunciauerunt veteres: voluit virgilius: et longa facta est: ita quisq̄ facere poterit cum voluerit: vt ter tria aut non sint nouem: aut non possint efficere quadratem figuraz. aut non ad ternarium numerum tripla sint: ad senarium sextupla ad nullum dupla: quia intelligibiles numeri semissem nō habent. Siue ergo in seipsis considerentur: siue ad figurarum aut sonorum aliarumve motionum leges numeri adhibeantur incommutabiles regulas habent neq̧ vllo modo ab hominibus institutas sed ingeniosorum sagacitate compertas. Que tamē omnia quisquis ita dilexerit: vt iactare se inter imperitos velit: et non potius querere vnde sint vera que tantummodo vera esse persenserit et vnde quedā non solum vere: sed etiam incommutabilia: que incommutabilia esse cōprehenderit: ac sic ab specie corporum vsq̧ ad humanā mentem perueniens: cum et ipsam mutabilem inuenerit: q̄ nunc docta nunc indocta sit: constituta tamen inter incōmutabilem supra se veritatē et mutabilia infra se cetera: ad vnius dei laudē atq̧ dilectionē cuncta conuertere: a quo cuncta esse cognoscit: doctus videri potest: sapiens autem nullo modo. Quamobrē videtur michi studiosis et ingeniosis adolescentibus et timentibus deum: beatamq̧ vitam querentibus salubriter precipi vt nullas doctrinas que preter ecclesiam christi exercentur: tanq̄ ad beatam vitam capescendam secure sequi audeant. sed eas sobrie diligenterq̧ diiudicent: et si quas inuenerint ab hominibus institutas varias propter diuersam voluntatem instituentium: et ignotas propter suspitiones errantium: maxime si habeant etiam cum demonibus vnitatem societatem per quarundam significationum quasi quedam pacta atq̧ commenta: repudient penitus et detestentur. alienent etiam studium a superfluis et luxuriosis hominum institutis. O Illa vero instituta hominū que ad societatem conuinentium valent pro ipsa huius vite

necessitate non negligant. In ceteris autem doctrinis que apud gentes inueniuntur preter historiam rerum vel preteriti temporis vel presentis ad sensus corporis pertinentium: quibus etiam vtilium artium corporalium experimēta et coniecture annumerantur: et propter rationem disputationis et numeri nihil vtile esse arbitror. In quibus omnibus tenēdum est ne quid nimis ⁊ maxime in his que ad corporis sensus pertinentia voluuntur temporibus et continentur locis. Sicut autem quidam de verbis omnibus et nominibus hebreis et syris et egyptijs: vel si qua alia lingua in scripturis sanctis inueniri potest que in eis sine interpretatione sunt posita fecerunt vt ea separatim interpretarentur: et quod Eusebius fecit de temporum historia propter diuinorū librorum questiones que vsum eius flagitāt quod ergo hi fecerunt de his rebus: vt non sit necesse christiano in multis propter pauca laborare: sic video posse fieri si quem eorum qui possunt benignam sane operam fraterne vtilitati delectet impendere: vt quoscunqꝫ terrarum locos: que ve animalia vel herbas atqꝫ arbores siue lapides vel metalla incognita: speciesqꝫ quaslibet scriptura commemorat: ea generatim dirigens sola exposita litteris mandet. Potest etiam de numeris fieri: vt eorum tantum modo numerorum exposita ratio conscribatur: quos diuina scriptura meminit. Quorum aliqua aut omnia forte iam facta sunt: sicut multa que a bonis doctisqꝫ christianis elaborata atqꝫ conscripta arbitramur non inuenimus: sed siue propter turbas negligentium: siue propter inuidorum occultationes latēt Quod vtrum de ratione disputandi fieri possit ignoro. Et videtur michi fieri non posse quia per totum textū scripturarum colligata est neruorum vice.

P Et ideo magis ad ambigua soluenda ⁊ explicanda de quibus post loquemur legentes adiuuat: qꝫ ad incognita signa de quibus nunc agim⁹ cognoscenda. Philosophia aūt qui vocantur si qua forte vera et fidei nostre accommoda dixerunt: maxime platonici: non solum formidanda non sunt sed ab eis etiam tanqꝫ iniustis possessorib⁹ in vsum nostrum vendicanda. Sicut enī egiptij nō solum idola habebant et onera grauia q̄ populus israel detestaretur et fugeret: sed etiam vasa atqꝫ ornamenta de auro et argento et vestem: que ille populus exiens de egipto sibi potius tanqꝫ ad vsum meliorem clanculo vendicauit: non auctoritate propria: sed p̄cepto dei ipsis egiptijs nescienter commodantibus ea quibus non bene vtebantur. Sic doctrine omnes gentilium non solum simulata et superstitiosa figmenta: grauesqꝫ sarcinas superuacanei laboris habent: que vnusquisqꝫ nostrū duce christo de societate gentilium exiens debet abominari atqꝫ deuitare: sed etiam liberales disciplinas vsui veritatis aptiores: et quedam morum precepta vtilissima continent: deqꝫ ipso vno deo colendo nonnulla vera inueniuntur apud eos: quod eorum tanqꝫ aurum et argentum: quod non ipsi: instituerunt: sed de quibusdam quasi metallis diuine prouidentie que vbiqꝫ infusa est eruerunt: et quo peruerse atqꝫ iniuriose ad obsequia demonum abutuntur: cum ab eorum misera societate sese animo separat: debet ab eis auferre christianus ad vsum iustum predicandi euangelij. Vestem quoqꝫ illorum: id est hominum quidem instituta: sed tamen accommodata humane societati: quia in hac vita carere non possumus: accipere atqꝫ habere licebit in vsum conuertenda christianum. C

Nam quid aliud fecerunt multi boni fideles nostri? Nonne aspicimus qꝫto auro et argento et veste suffarcinatus exierit de egypto cyprianus docto suauissimus: ⁊ martyr beatissimus? Quanto lactantius? Quanto victorinus optat⁹ hylarius? Ut de viuis taceam: qꝫto innumerabiles greci? Quod prior ipse fidelissim⁹ dei famul⁹ moyses fecerat. de q̄ scriptū est qꝫ erudit⁹ fuerit oī sapientia egyptiorū. Quibus omnibus viris suggsti-

tiosa gentium consuetudo et maxime illis tēporibus cum xpi iuguz decutiens christianos psequebat. disciplinas q̄s vtiles habebat nunq̄ commodaret: si eas in vsū vnius dei colendi: quo vanus idoloz cultus extingueretur: conuersū iri suspicaretur. Sed dederunt aurum et argentum et vestem suam exeunti populo dei de egypto nescientes quem ad modum illa que dabant in christi obsequium reddentur. Illud enim in exodo factum sine dubio figuratum est: vt hoc presignaret quod sine p̄iudicio alterius aut paris aut melioris itelligentie dixerim. Sed hoc modo instructis diuinarum scripturarū studiosus: cum ad eas scrutandas accedere cepit: illud apostolicum cogitare non cesset. Scientia inflat: charitas edificat. Ita eni sentit q̄uis de egypto diues exeat. tamē nisi pasca egerit saluum se esse non posse. Pasca autem nostrum imolatus ē xps. Nihilq̄ magis immolatio christi nos docet q̄ illud qd ipse clamat tanq̄ ad eos quos in egypto sub pharaone videt laborare. Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos Tollite iugū meum super vos: et discite a me: q2 mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiem aīabus vestris. Iuguz enim meum suaue est: et sarcina mea leuis est. Quibus nisi mitibus et humilibus corde quos nō inflat scientia: s3 charitas edificat. Meminerint ergo eoruz qui pasca illo tempore per vmbrā imaginariā celebrabant: cu3 signari postes sanguine agni iuberentur: isopo fuisse signatos. Hec herba mitis et humilis ē nihil fortius et penetrabilius eius radicibus: vt in charitate radicati et fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis q̄ sit latitudo et longitudo et altitudo et p̄fundu3: id est crucem dñi. cuius latitudo dicitur in transuerso ligno quo extendunt manus. longitudo a terra vsq̄ ad ipsam latitudinem quo a manibus et infra totum corpus affigitur. altitudo a latitudine sursum vsq̄ ad summum quo adheret caput. profundū vero quod terre infixū abscondit. Quo signo crucis omnis actio xpiana describitur: bene opari in christo: et ei perseueranter inherere. sperare celestia sacramēta nō pphanare. R. Per hanc actionē purgati valebimus cognoscere etiā supeminentem scientia3 charitatis xpi. quia equalis est patri. pquā facta sunt oīa: vt ipleamur in oēm plenitudinem dei. Est etiā in isopo vis purgatoria: ne inflante sciētia de diuitijs ab egypto ablatis: superbie aliquid pulmo tumidus anhelet. Asperges me īquit isopo et mundabor. et lanabis me: et super niuem dealbabor. Auditui meo dabis exultationem et leticiam. Deinde annectit consequenter vt ostendat purgationem a supbia significari isopo et exultabunt ossa humiliata. Quantum autem minor ē auri argēti vestisq̄ copia: quā3 de egypto secū ille populus abstulit: in comparatione diuitiarum quas postea hierosolyme consecutus est. que maxime in salomone rege ostenduntur. tanta sit cuncta scientia q̄ quidem est vtilis collecta de libris gentium si diuinarū scripturarum scientie comparetur. Nam quicq̄d hō extra didicerit: si noxium est ibi damnatur. si vtile est ibi inuenit. Et cum ibi quisq̄ inuenerit omnia q̄ vtiliter alibi didicit: multo abundantius ibi inueniet ea que nusq̄ omnino alibi: sed ī illarum tantummodo scripturarum mirabili altitudine et mirabili humilitate discuntur. Hac igitur instructione preditum cum signa incognita lectorē non impedierint mitem et humilem corde subiugatum leniter christo. et oneratum sarcina leui. fundatum et radicatum et edificatum in charitate: quem scientia inflare non possit: accedat ad ambigua signa in scripturis consideranda et discutiendo: de quibus iam tertio volumine dicere aggrediar: quod dominus donare dignabitur.

¶ Explicit liber secundus.

Sequitur tertius.

S



Omo timens deum voluntatem eius in scripturis sanctis diligēter inquirit. Et ne amet certamina pietate mansuetus premunitus etiā scientiam linguarum: ne in verbis locutionibusq3 ignotis hereat. premunitus etiā cognitiōe q̄rūdam rer necessariarū: ne vi naturā vel earꝝ q̄ ppt̄ similitudinē adhibent̄ ignoret. adiuuante etiam codicū v̄itate quā solers emendationis diligētia pcurauit. veniat ita instructus ad ambigua scripturarū discutiēda atq3 soluēda. Ut autē signis ambiguis nō decipiat̄ q̄tū p nos instrui pōt fieri aūt pōt: vt istas vias q̄s ostēdere volumus tanq̄ pueriles vel magnitudine ingenij vel maioris illuminatiōis claritate derideat. sed tñ vt dicere ceperā q̄tū per nos instrui pōt qui eo loco animi est vt p nos īstrui valeat: sciat ambiguitatē scripture aut ī v̄bis ppriis esse. aut in translatis. q̄ genera in scdo libro demonstrauim⁹. Sed cū verba propria faciunt ambiguā scripturaruz primo puidendum est ne male distinxerimus aut pronuncianerimus. Cum ergo adhibita intentio incertū esse puiderit. quō distinguendū aut quō pnunciandū sit: cōsulat regulā fidei quam de scripturarū planiorib⁹ locis et ecclesie auctoritate pcepit. de qua satis egimus cum de rebus in primo lib. loqueremur. Quod si ambe vel etiā oēs si plures fuerint partes ābiguitatis ꝛ s̄m fidē sonuerint. textus ipse sermonis a precedētib⁹ ꝛ cōsequentibus ptibus q̄ ābiguitatē illaz in medio posuerunt: restat cōsulendus: vt videamus cui nā sentētie de plurib⁹ q̄ se ostendunt ferat suffragiū. eāq3 sibi cōtexi patiatur. Jam nūc exempla cōsidera. Jlla heretica distictio. Jn principio erat verbū: ꝛ verbū erat apud deum. et deus erat. vt ali⁹ sensus sit verbuz hoc erat in principio apud deum. non vult verbū deum confiteri. Sed hoc regula fidei refellēdū est. q̄ nobis de trinitatis equalitate prescribit. vt dicamus. et deus erat v̄bū. deinde subiūgamus. hoc erat in principio apud deum. D

Jlla vero distinctionis āmbiguitas: neutra parte resistit fidei. et ideo textu ipso sermonis diiudicanda est. vbi ait apl's. Et qd eligā ignoro. Compellor autē ex duob⁹ cōcupiscentiā habens dissolui et esse cū xp̄o. multo eñ magis optimum manere in carne necessarium ppt̄ vos. Jncertū eni vtrū ex duobus concupiscē tiam habens: an cōpellor ex duobus vt illud adiungat̄: cōcupiscentiam habens dissolui et esse cum xp̄o. Sed qm̄ ita sequit̄. multo enim magis optimum. apparet eum eius optimi dicere se habere concupiscentiaz: vt cū ex duob⁹ cōpellatur: alterius tñ habeat concupiscentiaz alterius necessitatem. cōcupiscentiā scz esse cū xp̄o. necessitatē manere in carne Que āmbiguitas vno consequenti verbo diiudicatur. quod positū est enim. Quā particulam qui abstulerūt interpretes illa potius sententia ducti sunt vt nō solū cōpelli ex duobus: sed etiam duorum habere concupiscentiā videret̄. Sic ergo distinguendum est. Et quid eligam ignoro. Cōpellor aūt ex duobus. Quā distinctionem sequitur. concupiscentiaz habēs dissolui ꝛ esse cū xp̄o. Et tanq̄ q̄reret̄ quare hui⁹ rei potius habeat concupiscentiam. multo enim magis optimum inquit. Cur ergo ex duobus compellitur. Quia est manendi necessitas. quam ita subiecit. Manere in carne necessariū propt̄ vos. Ubi autem neq3 prescripto fidei. neq3 ipsius sermonis textu āmbiguitas explicari potest. nihil obest s̄m quamlibet earꝝ que ostendunt̄ sentētiam distinguere. veluti est illa ad corinthios. Has ergo promissiones habentes charissimi mundemus nos ab omni coinquinatione carnis ꝛ spūs perficientes sanctificationem in timore dñi capite nos neminem nocuimus. Dubiuz est quippe vtrum mundemus nos ab omni coinquinatione carnis et spiritus scd̄m illā sententiā: vt sit sancta et corpore ꝛ spiritu. an mundemus nos ab omni

coinquinatione carnis: vt alius sit sensus: et spus perficientes sanctificationē in timore domini: capite nos.
V Tales igitur distinctionem ambiguitates in potestate legētis sunt Quecunq autem de ambiguis distinctionibus diximus eadē obseruāda sūt et in ambiguis pronunciationib⁹. Nā ⁊ ipse nisi nimia lectoris vicientur incuria aut regularis fidei corrigūt: aut pcedētis vel cōsequētis contextiōe sermonis aut si neutrum hoꝝ adhibetur ad correctionem nihilomin⁹ dubie remanebunt vt quolibꝫ mō pnunciauerit lector non sit ī culpa. Nisi enim fides reuocet qua credimus deum non accusaturū aduersus electos suos: ⁊ xpm condēnaturum electos suos: potest illud sit pronunciari. Quis accusabit aduers⁹ electos dei? vt hanc interrogationem quasi responsio subsequatur. Deus qui iustificat Et iterum interrogetur. Quis est q condēnet? Et respōdeat. Jesus xps q mortuus est Qd credere qꝫ demētissimū ē ita pnūciabit vt pcedat pcūctatio: sequat interrogatio. Inter percunctionem autem ⁊ interrogationē hoc veteris interesse dixerunt. q ad percunctationē multa rñderi. pōt ad interrogationē vero: aut nō: aut etiā. Pronūciabit ergo ita vt post pcunctationē qua dicim⁹ ī quis accusabit aduers⁹ electos dei: illud qd sequit sono īterrogātis enūcieē: deus q iustificat? vt tacite respōdeat nō Et itē pcūctemur. Quis est q cōdēnet: rursusq interrogem⁹ Jesus christus qui mortuus est? magis autē qui resurrexit: q ē in dextera dei? q ⁊ interpellat p nobis? vt vbiq tacite resondeat non. At vero ī illo loco vbi ait: qd ergo dicem⁹: qꝫ gētes que non sectabant iusticiā: apphēderūt iusticiā: nisi pmo pcunctationē q dicit quid ergo dicem⁹: respōsio subiiciat: qꝫ gentes q nō sectabant iusticiā apprehēderūt iusticiā. text⁹ cōsequēs nō coherebit. Qualibꝫ aūt voce pnunciet illō qd nathenael dixit. a nazareth pōt aliquid boni esse: siue affirmantis vt illud soluꝫ ad īterrogationē ptineat quod ait a nazareth: siue totum cū dubitationē interrogantis: non video quomodo discernatur: vterq autem sensus fidem non impedit. X Est etiam ambiguitas in sono dubio syllabarum: et hec vtiq ad pronunciationem pertinens. Nam quod scriptum est: non est abscōditum os meum a te quod fecisti in abscondito. non elucet legenti vtrum correpta littera os pronūciet an producta. Si enim corripiat ab eo q sunt ossa si autem producat ab eo q sunt ora intelligitur numer⁹ singularis. Sed talia lingue precedentis inspectione dijudicatur. Nam in greco non stoma sed osteon positum est Unde plerūq loquēdi consuetudo vulgaris vtilior est significandis rebus q itegritatis litterata. Mallem quippe cum barbarismo dici: non est absconditum a te ossum meum q vt ideo essꝫ minus apertum: quia magis latinum est. Sed aliquando dubius syllabe sonus etiam vicino verbo ad eādem sententiem pertinente dijudicatur sicut est illud apostoli. Que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Si tātummodo dixisset que predico vobis nec subiunxisset sicut predixi: mō nisi ad codicem precedētis lingue recurrendū esset: vt cognosceremus vtrum eo q dixit predico: producenda an corripienda esset media syllaba. Nūc autem manifestum est producendam esse. Non enim ait: sicut predicaui: sed sicut predixi. Non solum autem iste: sed etiam ille ambiguitates que non ad distinctionem vel ad pronunciationem pertinent similiter considerande sunt: qualis illa est ad thessalonicenses. Propterea cōsolati sumus fratres in vobis. Dubium est enim vtrum o fratres an hos fratres. Neutrum autem horum est contra fidem: Sed greca lingua hos casus pares non habet. Et ideo illa inspectare nunciatur vocatiu⁹ id est o fres. Qd si voluisset interpres dicere: propterea consolationem habuimus fratres in vobis animus seruitꝫ esset verbis: sed minus de sententia dubitaretur: aut certe si adderet: nři: nemo vere ambigeret vo

castimoniam esse castum cum audiret: propterea consolati sumus fratres nostri ī vobis. Sed etiam hoc periculosius permittitur. Ita factum est in illa ad chorinthios cum ait apostolus. Quotidie morior per vestram gloriā fratres quā habeo ī christo iesu. Ait enim quidam ī terpres quotidie morior ꝑ vrām iuro gloriam quia in greco vox iurantis manifesta est sine ambiguo sono. Rarissime igiẗ ⁊ dificilime īueniri potest ambiguitas ī propriis verbis: q̄tū ad libros diuinarū scripturarū spectat quaꝫ nō aut circūstātia ipsa sermonisqua cognosciẗ scriptoris ītentio: aut interpretū cōstantio: aut p̄cedētis ligue saluat īspectio. V Sed verborum translatorum ambiguitates: de quib⁹ deinceps loquendum est: non mediocrē curā īdustriamq; desiderant. Nā in principio cauendum est ne figuratam locutionē ad litterā accipias. Et ad hoc enī pertinet quod ait apostolus. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Cum enī figurata dictum sic accipiẗ tanq̄ ꝓprie dictū sit carnaliter sapiẗ. Neq; vlla mors aīe cōgruentius appellaẗ q̄ cum id etiam qđ in ea bestias antecellit: hoc est ītelligētia carni subijcitur sequendo litteram. Qui enim sequitur litterā trāslata verba sicut propria tenet: neq; illud qđ proprio verbo significaẗ refert ad aliam significationem sed si sabbatum audierit verbi grā: non intelligit nisi vnum dieꝫ de septē q̄ continuo volumine repetunẗ Et cum audierit sacrificium nō excedit cogitatiōe illud qđ fieri de victimis pecorum terrenisq; fructibus solet. Ea demum est miserabilis aīe seruitus signa ꝓ rebus accipere. ⁊ supra creaturā corporeum oculū mētis ad haurīēdū eťnū lumen leuare non posse. Que tamen seruitus in iudeo populo longe a ceterarū gentium more distabat: quandoquideꝫ rebus tēporalibus ita subiugati erant: vt vnus eis ī omnibus cōmendareẗ deus. Et q̄q̄ signa rerū spūaliū ꝓ ipsis rebus obseruarēt nesciētes quo referrenẗ id tn̄ īsitū habebāt q̄ tali seruitute vni omnium quē non videbāt placerēt deo Quam custodiam tanq̄ sub pedagogo paruulorum fuisse scribit apl's. Et ideo qui talib⁹ signis pertinaciter īheserūt contentētem ista dominū cū iam tēpus reuelationis eorum venisset: ferre non potuerūt: ita īde calūnias q̄ sabbato curaret moliti sunt principes eoruꝫ: populusq; signis illis tanq̄ rebus astrictus non credebat deum esse vel a deo venisse: qui ea sicut a iudeis obseruabantur nollet attēdere. Z Sed qui crediderunt ex quibus est facta prima ecclesia hierosolymitana: satis ostēderunt q̄ta vtilitas fuerit eo modo sub pedagogo custodiri: vt signa que tēporaliter īposita erant seruiētibus ad vnius dei cultum: qui fecit celum ⁊ terram opinionē obseruantiū religarent. Nam q; illi quia proximi spiritualib⁹ fuerūt in ipsis enim temporalibus ⁊ carnalib⁹ votis atq; signis q̄uis quō spūaliter essent intelligenda nescirent: quia vnum tamen didicerant venerari eternum deum. tā capaces extiterūt spūsctī vt omnia sua venderent: eorumq; preciū indigentibus distribuendum ante apostolorum pedes ponerent: seq; totos dedicarent deo tāq̄ tēplum nouū. cuius terrene imagini: hoc est templo veteri seruiebant. Non enim hoc vllas ecclesias gētium fecisse scriptum est. quia nō tam ꝓpe inuenti erāt qui simulacra manufacta deos habebant. Et si q̄n aliq̄ eorum illa tāq̄ signa īterpretari conabanẗ: ad creaturam colēdam venerandamq; referebant. A Quid enim mihi ꝓdest simulacrū: verbi grā neptuni: non ipsum habēdo deū: sed eo significari vniuersum mare vel etiam omnes aquas ceteras que fontibus prorunt: sicut a poeta quodaꝫ illorum describitur si bene recolo: ita dicēte. Tu neptne pater cui tempora cana crepanti. Cincta salo resonant: magnus cui perpete mento. Profluit occeanum: ⁊ flumina crinibus errant. Dec siliqua intra dulce dectorum sanantes capillos: nō est hominum sꝫ porcorū cibus. Nouit quid dicā qui euāgelium nouit. Quid ergo mihi prodest q̄ neptuni simulacrum ad illaꝫ

significationez referf: nisi forte vt neutrũ colãt Tam eniz statua quelibet: quam manere vniuersum: nõ est deus. Fateor altius dimersos esse q̃ opera oim deos putant quam q̃ opa dei. Sed nobis vnus diligendus et colẽdus deus precipit q̃ fecit hec oia quorũ illi simulacra venerant. vel tanq̃ deos vel tanq̃ signa et imagines deorũ. Si ergo signũ vtiliter institutũ pro ipsa re sequi cui significãde institutum est carnalis est seruitus. quanto magis inutiliũ rerũ signa instituta p rebus accipe? Que si retuleris ad ea ipsa q̃ his significant. eisq̃ colendis animum obligaueris. nihilominus seruili carnaliq̃ onere atq̃ velamie nõ carebis. Quemobrem christiana libertas eos quos inuenit sub signis vtilib⁹ tanq̃ prope inuentos: interpretatis signis quibus subditi erant eleuatos ad eas res quarũ illa signa sunt liberauit Ex his facte sunt eccl'ie sanctorum israelitarũ. Quos aũt inuenit sub signis inutilib⁹ nõ solũ seruilẽ operationem sub talib⁹ signis: sz etiã ipsa signa frustrauit remouitq̃ omnia. vt a corruptione multitudinis simulatorum deorũ quã sepe ac pprie scriptura fornicationez vocat. ad vni⁹ dei cultũ gentes cõuerterẽtur. nec sub ipsis iam signis vtilibus seruiture: sed exercitature potius aim in eorũ intelligentia spũali. Sub signo eni seruit q̃ operat aut venerat aliquã rem significantẽ nesciens quid significet. Qui vero operatur aut veneratur vtile signũ diuinit⁹ institutũ cuius vim significationemq̃ intelligit: nõ hoc venerat qd videt et transit: sed illud potius quo talia cuncta referenda sunt.

B Talis aũt homo spũalis et liberez etiã tpe seruitutis: quo carnalibus animis nondũ oportet signa illa reuelari. quorũ iugo edomãdi sunt. Tales autẽ spũales erant patriarche et prophete. oẽsq̃ in populo isrl' p quos nobis spiritussanctus ipa scripturarum et auxilia et solatia ministrauit. Hoc vero tpe postea q̃ resurrectione dñi nostri manifestissimum iudiciũ nostre libertatis illuxit: ne eorũ q̃dem signorũz q̃ iam intelligimus operatione graui onerati sumus: sed quedam pauca p multis eademq̃ factu facillima et intellectu augustissima: et obseruatione castissima. ipse dñs et aplica tradidit disciplia: sicuti est baptismi sacramentum: et celebratio corporis et sanguinis dñi. Que vnusquisq̃ cũ pcipit quo referant imbutus agnoscit: vt ea nõ carnali seruitute sed spirituali potius libertate venerer. Ut aũt litterã sequi et signa pro rebus que his significant accipere seruilis infirmitatis est. ita inutiliter signa interpretari male vagãtis erroris est. Qui autẽ nõ intelligit qd significet signum: et tñ esse signum intelligit. nec ipse premit seruitute. Melius est aũt vel pmi incognitis vtilibus signis q̃ inutiliter ea interpretando a iugo seruitutis seductam ceruicẽ laqueis erroris inserere. Huic aũt obseruationi qua cauem⁹ figuratam lectionẽ. i. trãslataz quasi ppriam sequi: adiungẽda est etiã illa ne pprĩã quasi figuratã velim⁹ accipere. Demõstrandus est igit pmus modus inueniende locutionis propriane an figurata sit. Et iste pmo modus est vt quicquid in sermonẽ diuino :neq̃ ad morum honestatez: neq̃ ad fidei ṽitatẽ pprie referri põt figuratũ esse cognoscas. Morũ honestas ad diligendũ deum et proximum. fidei veritas ad cognoscendum deũ et pximum pertinet. Spes autem sua cuiq̃ est in conscientia ppria: quẽadmoduz se sentit in dilectionẽ dei et pximi cognitionemq̃ proficere. De quibus omnibus primo libro dictũ est. C Sed qm̃ pcliuũ est humanũ gen⁹ nõ ex momentis ipsius libidinis: sed potius sue consuetudinis estimare pctã. fit plerunq̃ vt quisq̃ hoim ea tm̃ culpanda arbitretur q̃ sue regionis et tpis hoies vituperare atq̃ dãnare cõsueuerũt. et ea tãtũ probanda atq̃ lauãda q̃ cõsuetudo eorum cũ quibus viuit admittit. eoq̃ contingit vt si quid scriptura vel preceperit quod abhorret a consuetudine audientiuz. vel quod nõ abhorret culpauerit. si animuz eorum iam verbi vinxit auctoritas figuratam locutio-

nem putent. Non aūt precipit scriptu-
ra nisi charitatē. nec culpat nisi cupidi
tatem: et eo modo informat mores ho-
minum. Item si animuʒ preoccupauit
alicuius erroris opinio: quicquid aliter
asseruerit scriptura figuratū homines
arbitrant. Nō autem asserit nisi catho
licam fidem rebus preteritis ⁊ futuris
⁊ presentibus preteritoꝝ narratio fu-
turorū pnunciatio: ⁊ presentiū demon
stratio. Sed hec oīa ad eandē charita-
tē nutriendā atqꝫ roborandam ⁊ cupi/
ditatē vincendam atqꝫ extinguendam
valēt. Charitatē voco motum animi ad
fruendū deo ꝓpter ipm: ⁊ se atqꝫ proxi
mo ppt deū. Cupiditatē aūt motum a/
nimi ad fruendū se ⁊ proximo et quoli/
bet corpore nō ꝓpter deū. Quod autē
agit indomita cupiditas ad corrum-
pendum animū ⁊ corpus suū flagitiuʒ
vocat. Quod autem agit vt alteri no-
ceat facinus dicitur. Et hec sunt duo
genera omnium peccatorum: sed flagi/
tia priora sunt. Que cum exinaniuerit
animum. et ad quandam egestatem p-
duxerit in facinora prosilitur: quibus
remoueant impedimenta flagitiorum
aut adiumēta querant. Iteʒ quod agit
charitas quo sibi possit vtilitas vocat.
Quod aūt agit vt prosit ꝓximo bñficē
tia nominatur. Et hic precedit vtilitas
quia nemo potest ex eo quod non ha-
bet ꝓdesse alteri. Quanto aūt magis
regnū cupiditatis destruit: tanto chari
tatis augetur. D Quicqd
ergo asperū ⁊ quasi seuū factu dictuqꝫ
ī sctīs scripturis legit ex psona dei vel
sctōrum eius. ad cupiditatis regnum
destruendū valet. Et si perspicue so-
nat. nō ad aliud referendū quasi figu-
rate dictum sit: sicut est illud apostoli.
Thesaurisas tibi irā in die ire et reue/
lationis iusti iudicii dei. qui reddet vni
cuiqꝫ scdm opa sua. his qdē q scdʒ pati
entiā boni opis gl'iam ⁊ honorem et
incorruptionē querentib⁹ vitaʒ eternaʒ
his aūt q ex cōtentione sunt ⁊ diffidūt
veritati: credūt aūt iniquitati: ira ⁊ in
dignatio et tribulatio et angustia in o
mnem animā hominis operantis ma-
lum iudei primū ⁊ greci. Sed hoc ad
eos cū quibus euertit ipsa cupiditas:
qui eam vincere noluerunt. Cum autē
in homine cui dn̄abantur regna cupidi
tatis subuertuntur illa est aperta locu
tio. Qui aūt iesu christi sunt: carnē suā
crucifixerunt cum viciis et concupiscē
tiis. Nisi quia et hic quedaʒ verba trā
lata tractantur sicuti est ira dei ⁊ cru-
cifixerunt. Sed non tam multa sunt vł
ita posita vt obtegant sensum et allego
riam vel enigma faciant: quaʒ proprie
figurataʒ locutionem voco. Quod aūt
Hieremie dicitur. Ecce constitui te ho
die supra gentes et regna: et euellas ⁊
destruas ⁊ disperdas ⁊ dissipes: nō du/
bium quin figurata locutio tota sit ad
eum finem referenda quam diximus.
Que aūt quasi flagitiosa imperitis vi
dētur. siue tm̄ dicta siue etiā facta sunt
vel ex dei persona: vel ex hoim quorum
sctitas nobis commēdat tota figurata
sunt: quorū ad charitatis pastum enu-
cleanda secreta sunt. Quisqs autē re
bus pretereūtib⁹ restrictius vtit q̄ se
habēt mores eoꝝ cū qb⁹ viuit aut intē-
perans aut superstitiosus est. Quisqs
vero eis sic vtitur vt metas consuetudi
nis bonorum inter quos versatur exce
dat. aut aliqd significat: aut flagitios⁹
est. In hominibus enim talibus nō vs⁹
rerum sed libido vtentis in culpa est.
Neqꝫ vllo modo quisqꝫ sobrius credi-
derit dn̄i pedes ita vnguento precioso
a muliere perfusos. vt luxuriosorum et
neqꝫ hoim solent quorum talia conui-
uia detestamur. E Odor est
bonus fama bona est: Quā qsqs bone
vite operibus habuerit dum vestigia
xp̄i sequit: quasi pedes eius preciosissi
mo odore pfundit. Ita q in aliis perso
nis plerūqꝫ flagitiū est: in diuina vel p
phetica persona magne cuiusdam rei
signum est. Alia quippe est in perditis
moribus: alia in osee prophete vaticina
tione cōiunctio meretricis. Nec si fla-
gitiose in conuiuiis temulētoꝝ ⁊ lasci
uorum nudantur corpora: propterea
in balneis nudum esse flagitium est.
Quid igitur locis temporibus et pso-

nis conueniat diligenter attendendum est: ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim potest ut sine aliquo vitio cupiditatis vel voracitatis preciosissimo cibo sapiens vtatur. insipiens autem fedissima gulle flamma in vilissimum ardescat. et sanius quisque maluerit more domini pisce vesci. quam lenticula more Esau nepotis Abraham aut ordeo more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt plereque bestie: quia vilioribus alunt escis. Nam in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura quibus vtimur: sed ex causa vtendi et modo appetendi: vel probandum est vel improbandum quod facimus.

Regno terreno veteres iusti celeste regnum imaginabantur et prenunciabant. Sufficiende prolis causa erat vxorum plurimum simul vni viro habendarum inculpabilis consuetudo. et ideo vnam feminam maritos habere plurimos honestum non erat. Non enim eo mulier est fecundior: sed meretricia potius turpitudo est vel questum vel liberos vulgo querere. In huiusmodi moribus quicquid illorum temporum sancti non libidinose faciebant: quamuis ea facerent que hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt: non culpat scriptura. Et quicquid ibi tale narratur. non solum historice ac proprie sed etiam figurate ac prophetice acceptum interpretandum est: vsque in finem illum charitatis: siue dei: siue proximi: siue vtriusque. ¶ Sicut enim talares ac manicatas tunicas habere apud romanos veteres flagitium erat. nunc autem honesto loco natis cum tunicati sunt non eas habere flagitium est. sic animaduertendum est in certo quoque vsu rerum abesse oportere libidinem. que non solum ipsa eorum inter quos viuit consuetudine nequiter abutitur. sed etiam sepe fines eius egressa: feditatem suam que inter claustra morum solennium latitabat flagitiosissima eruptione manifestat: quicquid autem congruit consuetudini eorum cum quibus vita ista degenda vel necessitate imponitur: vel officio suscipitur a bonis et magnis hominibus ad vtilitatem et beneficentiam referendum est. vel proprie sicut et nos debemus. vel etiam figurate sicut prophetis licet. In que legenda cum incurrunt indocti alterius consuetudinis: nisi auctoritate reprimantur flagitia putant. nec possunt animaduertere: totam conuersationem suam. vel in coniugiis: vel in conuiuiis: vel in vestitu: ceteroque humano victu atque cultu aliis gentibus et aliis temporibus flagitiosum videri. Qua varietate innumerabilium consuetudinum commoti: quidam dormitantes vt ita dicam: qui neque alto somno stulticie sopiebantur. nec in sapientie lucem poterant euigilare: putauerunt nullam esse iusticiam per seipsam. sed vnicuique genti consuetudinem suam iustam videri. que cum sit diuersa omnibus gentibus: debeat autem incommutabilis manere iusticia: fieri manifestum nullam vsque esse iusticiam: non intellexerunt ne multa commemorem. quod tibi fieri non vis: alii ne feceris. nullo modo posse vlla eorum gentili diuersitate variari. ¶ Que sententia cum refertur ad dilectionem dei: omnia flagitia moriuntur: cum ad proximi omnia facinora. Nemo enim vult corrumpi habitaculum suum. non ergo debet corrumpi habitaculum dei. seipsum scilicet. Et nemo vult sibi ab quoquam noceri. nec ipse igitur cuiquam nocuerit. Sic euersa tirannide cupiditatis: charitas regnat iustissimis legibus dilectionis dei propter deum sui et proximi propter deum. Seruabitur ergo in locutionibus figuratis regula huiusmodi. vt tam diu versetur diligenti consideratione quod legitur: donec ad regnum charitatis interpretando perducatur. Si autem hoc iam proprie sonat: nulla putetur figurata locutio. Si preceptiua locutio: est aut flagitium: aut facinus vetans: aut vtilitatem aut beneficentiam iubens: non est figurata. Si autem flagitium aut facinus videtur iubere. aut vtilitatem aut beneficentiam vetare figurata

est. Nisi mãducaueritis inquit carnez filii hominis ꝛ sanguinem biberitis nõ habebitis vitam in vobis: facinus vel flagitiuz videtur iubere. Figura est ergo: precipiẽs passioni dominice esse cõmunicanduz: ꝛ suauiter atq; vtiliter recondendum in memoria qd̃ pro nobis caro eius crucifixa ꝛ vulnerata sit. Ait scriptura. Si esurierit inimicus tu⁹ ciba illum. Si sitit potũ da illi. Hic nullo dubitante beneficentiam precipit. Sed quod sequit. hoc eniz faciens carbones ignis congeres sup caput eius maliuolentie facin⁹ putas iuberi. Ne igitur dubitaueris figurare dictum: et cum possit dupliciter interpretari. vno modo ad nocendum. altero ad prestandũ. ad beneficẽtiam te potius charitas reuocet vt intelligas carbones ignis esse vrentes penitentie gemitus: quib⁹ supbia sanaẽ eius. qui dolet se inimicum fuisse hominis a quo eius miserie subuenit. ¶ Item cum ait dñs. qui amat animã suã perdet eam. nõ vtilitatem vetare putandus est. q̃ debet q̃sq; conseruare animã suã. sed figurate dictum. perdat animam. id est pimat atq; amittat vsum eius quẽ nũc habet puersum scz atq; prepostez quo inclinatur tpalibus vt eterna non q̃rat. Scriptum est. da misericordiam: ꝛ ne suscipias peccatorem. Posterior pars sentẽtie huius videtur vetare beneficentiã. Ait enim ne suscipias pctõrem. Intelligas enim figurate positũ pro peccato peccatorem: vt pctm̃ eius nõ suscipias. Sepe autem accidit vt quisq; i inferiori gradu spũalis vite vel est vel esse se putat figurate dicta esse arbitretur q̃ inferioribus gradibus pcipiunẽ. Ut pbi gratia. Si celibẽ amplexus est vitã ꝛ se castrauit propter regnum celoruz: quicq̃d de vxore diligenda ꝛ regenda sancti libri pcipiũt: nõ pprie sz translate accipi oportere cõtendat. Et quisq; statuit seruare innuptã virginez suam nanq; figuratã locutionẽ conet interptari qua dictũ est. Trade filiã ꝛ grãde opus perfeceris. Erit igit etiã hoc in obseruationibus intelligendaruz scripturarũ. vt sciamus alia omnibus communiter precepi. alia singulis quibusq; generibus psonaz: vt nõ solũ ad vniuersum statũ valitudinis: sz etiã ad suam cuiusq; mẽbri ppriam infirmitatez medicina ptineat. In suo quippe genere curandũ est: qd̃ ad melius genus nõ potest erigi. Itẽ cauenduz est ne forte qd̃ in scripturis veteribus p illoz tẽporũ cõditione etiã si nõ figurate sz pprie intelligat. non est flagitium neq; facinus ad ista etiã tẽpora q̃s putet in vsum vite posse transferri: nisi dominante cupiditate ꝛ ipsarum quoq; scripturarũ quibus euertẽda est satellitiũ querente nõ faciet. nec intelliget miser ad hanc vtilitatẽ illa sic esse posita vt spei bone hoies salubriter videant. et cõsuetudinem quã aspernanẽ posse habere vsum bonũ ꝛ eam quã amplexanẽ esse posse damnabilem: si ꝛ ibi charitas vtentiũ: ꝛ hic cupiditas attẽdat. Nam si multis vxoribus caste vti quisq; pro tempore potuit: põt ali⁹ vna libidinose ¶ Magis eniz probo multarũ fecunditate vtentẽ propter aliud: q̃ vni⁹ carne fruẽte proter ipsam. Ibi enim querit̃ vtilitas temporũ opportunitatib⁹ cõgrua hic satiatur cupiditas tẽporalibus voluptatibus implicata. Inferiorisq; gradus ad deũ sunt q̃bus scd̃m veniã cõcedit apl̃s carnalẽ cũ singulẽ cõiugibus cõsuetudinem pter intemperantiam eorum: q̃ illi q̃ plures singulẽ cũ haberent. Sicut sapiẽs in cibo ꝛ potu nõ nisi salutem corporis sic in cõcubitu nõ nisi pcreationẽ filioz intuebãtur. Itaq; si eos in hac vita inuenisset dñi aduentus cũ iã non immitandi sed colligendi lapides esset tp̃s: statim seipsos castrarent pter regnum celorum. Nõ enim est in carendo difficultas: nisi cum est in habendo cupiditas. Nouerãt quippe illi hoies etiã in ipsis cõiugibus luxuriã esse abutendi itemperantiam quod hodie testatur oratio tobie quando est copulatus vxori. Ait enim. Benedictus es dñe deus patrũ nostrorum. ꝛ benedictum nomen tuum in omnia secula seculorum. Benedicant te

celi et ois creatura tua. Tu fecisti adam et dedisti illi adiutoriū. Euā. Et nunc dñe tu scis qm̄ nō luxurie causa accipio sororē meā. sed ipsa veritate vt misererearis nostri dñe. Sed qui effrenata libidine: vel per multa stupra diffluentes euagantur: vel vt in ipsa vna cōiuge non solū excedunt ad liberorum procreationē pertinētē modū: sed etiam in humaniores intēperātie sordes inuerecunda omnino licentia seruilis cuiusdā libertatis accumulant: nō credūt fieri potuisse: vt tēperanter multis feminis antiqui vterētur viri. nihil seruantes in vsu illo nisi congruū tempori propagande prolis officium. et qd ipsi laqueis libidinis obstricti vel in vna non faciunt nullo modo in multis fieri posse arbitrātur. N Sed isti possunt dicere ne honorari qdem atq; laudari oportere viros bonos et sctōs: quia ipsi cū honorantur atq; laudantur itumescūt superbia: tāto auidiores inanissime glorie: quanto eos frequentius atq; latius lingua blādior ventilauerit. qua ita leues fiunt: vt eos rumoris aura: siue q̄ ꝓspera: siue aduersa existimatur in quas libet iuehat voragines flagitiorum: aut in facinorum etiam saxa collidat. Videāt ergo q̄ sibi arduū sit atq; difficile: nec laudis esca illici: nec cōtumeliarū aculeis penetrari et nou ex se alios mentiantur. Credant potius aplos nostros: nec cum susciperent ab hoibus inflatos fuisse: nec cū despicerētur elisos. Neutra quippe tentatio defuit illis viris. Nam et credentium celebrabant preconio: et ꝑsequentiū maledictis infamabant. Sicut ergo isti pro tpe vtebant his oibus et nō corrumpebant: sic veteres illi vsum feminarum ad sui tp̄is cōuenientiā referentes nō patiebāt eā dominationē libidinis cui seruiunt qui ista non credunt. Et isti sese nullomodo cohiberent ab inexpiabili filiorum odio a quibus vel vxores vel concubinas suas attaminatas aut attractatas esse cognoscerent si eis forte tale aliquid accidisset. Rex autem Dauid cum hoc ab impio atq; inmani filio passus esset: non solum ferocientē tolerauit sed etiam planxit extinctum. Non enim carnali zelo irretitus tenebatur: quem nullomodo iniurie sue: sed peccata filii commouebant. Nam ideo si vinceretur eum occidi prohibuerat: vt edomito seruaretur penitendi locus. Et quia non potuit non orbitatem doluit in eius interitu: sed quia nouerat in quas penas tam impii adultera et parricidalis anima raperetur. Namq; alio prius filio qui innocens erat pro quo egrotante affligebatur mortēte letatus est. L Ex hoc maxime apparet qua moderatione ac temperātia illi viri feminis vtebantur: q cum ī vnam illicite irruisset rex idem estu quodam etatis et temporalium rerum prosperitatibus arreptus. cuius etiam maritum occidendum preceperat: accusatus est per prophetam. Qui cum ad eum venisset conuincēdum de peccato proposuit ei similitudinem de paupere qui habebat ouem vnam. cuius vicinꝰ cum haberet multas ad aduentum hospitis sui vnicam potius vicini pauperis ouiculam exhibuit epulandam. In quem commotus Dauid eum occidi iussit: et quadruplicari ouem pauperi: vt se nesciēs condemnaret qui peccauerat sciens. Quod cum ei manifestum esset: et diuinitus denunciata vindicta diluit penitendo peccatum. Sed tamen in hac similitudine stuprum tantummodo designatum est de oue vicini pauperis. De marito autem mulieris interempto hoc est de ipso paupere qui vnā ouem habebat occiso: non est per similitudinem interrogatus Dauid: vt in solo adulterio disceret sententiam damnationis sue. Ex quo intelligitur quāta temperantia multas mulieres habuerit: quādo de vna in qua excessit modum a seipso puniri coactus est. Sed in isto viro immoderate huius libidinis non permansio sed transitus fuit. Propterea ergo ab arguente etiā propheta ille illicitus appetitus hospes vocatus est. Non enim dixit eum regi suo: sed hospiti suo: vicini pauperis

ouẽ ad epulandũ exhibuisse. Et vero in ei⁹ filiũ Salomonẽ nõ quasi hospes transitũ habuit: sȝ regnũ ista libido possedit. De quo scriptura non tacuit culpans eum fuisse amatorem mulierum. Cuius tñ initia desiderio sapientie flagrauerãt. Quã cũ amore spũali adept⁹ esset amore carnali amisit. M

Ergo quãq̃ oĩa vel pene omnia que i veteris testamẽti libris gesta cõtinẽtur nõ solũ proprie sed etiam figurate accipienda sint: tñ etiã illa que proprie lector acceperit: si laudati sunt illi qui ea fecerunt. sȝ tamẽ ea abhorrent a consuetudine bonorum q̃ post aduentũ dñi diuina precepta custodiũt: figurã ad intelligẽtiã referat. factũ ũo ipm ad mores nõ trãsferat. Multa eĩ sunt q̃ illo tẽpore officiose fctã sũt q̃ mõ nisi libidiose fieri nõ pñt. Si qua ũo pctã magnorũ virorũ legerit: tãetsi aliquã i eis figurã rerũ futurarũ aĩaduertere atq̃ idagare potuerit: rei tñ geste proprietatẽ ad hunc vsũ assumat vt se nequaq̃ recte suis factis iactare audeat: ⁊ pre sua iustitia ceteros tanq̃ pctõres cõtẽnat cũ videat tõrũ virorũ et cauendas tempestates ⁊ flenda naufragia. Ad hoc enim etiam pctã hominum scripta sunt: vt apostolica illa sñia vbiq̃ temperanda sit qua ait. Quapropter qui videt̃ stare videat ne cadat. Nulla enim vere pagina est sctõrum librorum in qua non sonet q̃ de⁹ supbis resistit: humilibus autem dat grãȝ. Maxime itaqȝ iuestigãdũ est vtrum propria sit an figurata locutio quam intelligere conamur. Nam comperto q̃ figurata sit adhibitis regulis rerũ quas in pmo libro digessimus: facile est eam ũsare oĩbus modis: donec perueniam⁹ ad sñiam veritatis presertim cum vsus accesserit pietatis exercitatione roboratus. Inuenimus autem vtrũ propria sit an figurata locutio illa intuentes q̃ supra dicta sunt. Quod cum apparuerit verba quibus cõtinet̃ aut a similib⁹ rebus ducta inuenient̃: aut ab aliqua vicinitate attingentibus. N

Sed quoniã multis modis res similes rebus apparent: non putemus esse prescriptum: vt quod i aliquo loco res aliqua per similitudinem significauerit: hoc eaȝ semper significare credamus. Nam ⁊ in vituperatiõe fermẽtũ posuit dñs cũ diceret cauete a fermento phariseorum: ⁊ in laude cum diceret. Simile est regnũ celorum mulieri q̃ abscondit fermentum in tribus mensuris farine donec fermentaret̃ totum. Hui⁹ igit̃ varietatis obseruatio duas habet formas. Sicut enim aliud atq̃ aliud res queq̃ significant: vt aut contraria aut tñmodo diuersa significẽt. Cõtraria scȝ cũ alias in bonos alias in malo res eadẽ p similitudines ponitur. sicut hoc est qd de fermento supra diximus. Tale est etiã q̃ leo significat xpm vbi dicit̃. Uicit leo de tribu iuda. Significat ⁊ dyabolum vbi scriptũ est. Aduersarius vester dyabolus tanq̃ leo rugiens circuit querens queȝ deuoret. Ita serpens in bono est. astuti vt serpentes In malo aũt serpẽs. Euã seduxit astutia sua. In bono panis. Ego suȝ panis viuus qui de celo descendi. In malo panis. Panes occultos libenter edite. Sic ⁊ alia plurima. Et hec quidẽ que cõmemoraui minime dubiam significationẽ gerũt. qȝ exempli gratia cõmemorari nõ nisi manifestissima debuerunt. Sũt aũt q̃ incertum sit i quã partẽ accipi debeant. sicut calix in manu dñi vini meri plenus mixto. Incertuȝ est enĩ vtrũ irã dei significet nõ vsq̃ ad nouissimã penã .i. vsq̃ ad fecẽ: an potius scripturarũ grãm a iudeis ad gentes trãseuntẽ qȝ iclinauit ex hoc in hoc remanentibus apud iudeos obseruationib⁹ quas carnaliter sapiunt. quia fex eius nõ est exinanita. Cum vero res eadem nõ in cõtraria. sȝ tñ in diuersa significatione ponit̃ illud est in exemplo q̃ aqua ⁊ populum significat. sicut in apocalipsi legimus ⁊ spiritũ sãctũ: sicut ⁊ illud flumina aque viue fluent de vẽtre eius. ⁊ si quid aliud atq̃ pro locis in q̃bus ponitur aqua significare intelligitur. O. Sic et alie res non singule: sed vnaqueq̃ earum non solum duo aliqua diuersa: sed etiaȝ nõnunq̃ mul-

ta significat pro loco suie sicut posita repitr. Ubi aūt aptius ponunt: ibi discēdum est quo in locis intelligantur obscuris. Neq3 enim melius pōt intelligi qd deo dictū ē. apphēde arma et scutū & exurge in adiutoriū mihi. q̄ ex illo loco vbi legit. Dñe vt scuto bone volūtatis tue coronasti nos. Nec tamen ita vt iam vbicūq3 scutū pro aliquo munimēto legerimus positū nō accipiamus nisi bonā volūtatē dei. Dictū est eni. Et scutū fidei i quo possitis inquit oēs sagittas maligni ignitās extinguere. Necrursum iō debem9 i armis hmōi spūalibus scuto tantūmodo fidē tribuere cū alio loco etiā lorica dicta sit fidei. Induti inquit loricā fidei & charitatis. Cū autē ex eisdē scripture verbis non vnum aliqd s3 duo vel plura sentiūt etiā si latet qd senserit ille q scripserit nihil periculi ē si quodlibet eoꝝ cōgruere veritati. ex aliis locis sanctaꝝ scripturarū doceri pōt. id tn̄ ex eo conātē q diuina scrutat eloq̄a: vt ad volūtatē pueniatur autoris p quā scripturā illā sctūs operat9 ē spūs: siue hoc assequatur: siue aliā sentētiā de illis v̄bis q̄ fidei recte nō refragat exculpat testimoniū habēs a q̄cūq3 alio loco diuinorū eloquiorū. Ille quippe auctor in eisdē v̄bis q̄ intelligere volumus & ipsam sniam forsitā vidit & certe dei spūs q̄ p cū hec opatus est etiā ipsam occursuram lectori vel auditori sine dubitatione preuidit immo vt occurreret: quia et ipsa est veritate subnixa puidit. Nam quid in diuinis eloquiis largius et vberius potuit diuinitus prouideri q̄ vt eadem verba pluribus intelligātur modis. quos alia non minus diuina cōstantia faciant approbari. ¶ Ubi aūt talis sens9 eruitur cuius incertum certis scrāū scripturaꝝ testimoniis non possit aperiri restat vt reddita ratione manifestus appareat. etiā si ille cuius verba intelligere querimus eum forte non sensit S3 hec consuetudo periculosa est. Per scripturas eni diuinas multo tutius ambulatur. quas verbis translatis occupatas cum scrutari volumus: vt aut hoc inde exeat quod non habeat controuersiam: aut si habet ex eadē scriptura vbicūq3 inuentis atq3 adhibitis eius testibus terminetur. Sciant autē literati modis oībus locutionis quos grammatici greco nomine tropos vocant: autores nostros vsus fuisse. & multiplicatius atq3 copiosius q̄ possunt existimare vel credere q nesciunt eos & in aliis ista didicerunt. ¶ Quos tamen tropos q nouerunt agnoscūt in litteris sanctis: eorumq3 scientia ad eas intelligendas aliquātum adiuuātur. S3 hic eos ignaris tradere non decet. ne artē grammaticā docere videamur. Extra sane vt discantur admoneo: q̄uis superius id iam admonuerim. i. in secundo libro. vbi de linguarū necessaria cognitione disserui. Nam lr̄e a quibus ipsa grammatica nomen accepit. grammata eni greci lr̄as vocant: signa vtiq3 sonorum sunt ad articulatā vocem qua loquimur pertinentiū. Istorum autem troporum nō solum exempla sicut omnium sed quorūdam etiā nomina in diuinis libris leguntur: sicut allegoria enigma parabola. ¶ Quamuis hi tropi omnes qui liberali dicuntur arte cognosci etiam in eorum reperiantur loquelis qui nullos grammaticos audierunt: et eo quo vtitur vulgus sermone contenti sunt. ¶ Quis enim non dicit: sic floreas? Qui tropus metathora vocatur. ¶ Quis non dicit piscinam etia3 que non habet pisces: et tamen a piscib9 nomen accepit? qui tropus catacresis dicitur. ¶ Longum est isto modo ceteros persequi. Nam vsq3 ad illos peruenit vulgi locutio. ¶ Qui propterea mirabiliores sunt: quia contra quam dicitur significant: sicuti est que appellatur ironia vel antifrasis ¶ Sed ironia pronunciatione indicat quid velit intelligi. vt cum dicimus homini mala facienti: res bonas facis. Antifrasis vero vt contraria significet non voce pronunciantis efficitur: sed aut verba habet sua quorum origo contraria est: sicut appellatur luc9 q minime luceat aut consueuit aliquid dici ita q̄

uis dicat etiã nõ ecõtrario. veluti cum querimus accipere qđ ibi non est: ꝛ respondetur nobis abũdat. aut adiũctis verbis facimus vt ecõtrario intelligat quid loquimur. veluti si dicamus caue illũ qꝛ bonus hõ est. Et qs talia non dicit indoctus: nec oĩno sciẽs q̃ sint vel qđ vocent hitropi; Quorum cognitio propterea scripturarũ ambiguitatibus dissoluendis est necessaria quia cuꝫ sẽsus ad proprietatẽ verboꝝ si accipiat absurdus est. querendum est vtiqꝫ ne forte illo vel illo tropo dictũ sit: qđ non intelligimus. ꝛ sic pleraqꝫ inuenta sunt que latebant. Thiconius quidã qui cõtra donatistas inuectissime scripsit cuꝫ fuerit donatista. ꝛ illic fuerit absurdissimi cordis: vbi eos non omni ex parte relinq̃re voluit: fecit librum quem reg aruꝫ vocauit: qꝛ in eo quasd m septem regulas executus est: q̃bus q̃si clauibus diuinarũ scripturaruꝫ aperirent occulta Quarũ primã ponit de dño ꝛ de eius corpore. Scđam de dñi corpore bipartito. Tertiã de promissis ꝛ lege. Quartã de specie ꝛ genere. Quintaꝫ de temporibus. Sextã de recapitulatiõe. Septimã de dyabolo ꝛ eius corpe. Que quidẽ cõsiderata sicut ab illo aperiunt nõ parũ adiuuant ad penetrãda q̃ tecta sunt diuinoruꝫ eloquiorum. Nec tñ oĩa q̃ ita scripta sunt vt non facile intelligantur: possũt his regulis inueniri. R Sꝫ aliis modis plurimis quos hoc numero septenario vsqꝫ adeo non est iste complexus: vt idẽ ipse multa exponat obscura: in q̃bus harum regularum adhibet nullam: qm̃ nec opus est. Neqꝫ eniꝫ aliqđ illic talle q̃rit aut q̃rit sicut in Apocalipsi Johannis querit quemadmoduꝫ itelligendi sunt angeli ecclesiarũ septẽ quibus scribere iubet ꝛ ratiocinatur multipliciter. ꝛ ad hoc puenit vt ipsos angelos intelligamus ecclesias. In qua copiosissima disputatione nihil istarũ est regularũ. ꝛ vtiqꝫ res illic obscurissima q̃rit: qđ exempli grã satis dictũ sit. Naꝫ colligere oĩa nimis longũ ꝛ nimis operosum est q̃ ita obscura sunt in scripturis canonicis: vt nihil istarũ septẽ ibi requirendũ sit. Iste autem cũ has velut regulas cõmẽdaret: tñ eis tribuit quasi oĩa q̃ in lege. i. in diuinis libris obscure posita inuenirem⁹ his bene cognitis atqꝫ adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorsus est eundem librũ cum diceret. Necessarium duxi ante oĩa q̃ cũ mihi videnť libellũ regularũ scribere. et secretorũ legis veluti claues et luminaria fabricare. Sunt ei quedã regule mystice q̃ vniuerse legis recessus obtinẽt: et veritatꝭ thesauros aliquibus inuisibiles faciũt Quarum si ratio regularum sine inuidia vt communicamus accepta fuerit clausa q̃qꝫ patefiẽt. ꝛ obscura dilucidabuntur: vt quisqꝫ prophetie imẽsaꝫ siluã pambulãs his regulis quodãmodo quasi lucis tramitibus deduct⁹ ab errore defendatur. Hic si dixisset. Sũt ei quedã regule mystice que nõnullos legis recessus obtinent: aut certe que legis magnos recessus obtinent: non autem q̃ ait vniuerse legis recessus: neqꝫ dixisset. clausa queqꝫ patefiẽt: sed clausa multa patefient: verum dixisset. nec tã elaborato atqꝫ vtili opi suo plusq̃ res ipsa postulat dando in spem falsam lectorem eius cognitoremqꝫ misisset. Quod ideo dicendum putaui: vt liber ipse et legatur a studiosis. quia plurimum adiuuat ad scripturas intelligendas ꝛ non de illo speretur tantum q̃tũ non habet. Caute sane legẽdus est non solum propter quedam in quibus vt homo errauit: sed maxime propter illa que sicut donatista hereticus loquitur Quid aũt doceant vel admoneant iste septem regule breuiter ostendam.

S Prima de dño ꝛ eius corpe est in qua sciẽtes aliq̃n capitis ꝛ corporis id est christi et ecclesie vnam personam nobis intimari: neqꝫ enim frustra dictũ est fidelibus: ergo Abrahe semen estis: cum sit semen vnum Abrahe quod est christus. nõ hesitemus q̃n a capite ad corpus: vel a corpore transit ad caput. ꝛ tñ nõ recedit ab vna eadẽqꝫ persona Una enim persona loquit dicens. Sicut spõso imposuit mihi mitrã: ꝛ sicut

sponsa z ornauit me ornamento. z tamē quid hoz duoz capiti: quid corpori. i. quid christo: qd ecclesie cōueniat: vtiqꝫ intelligendū est. ¶ Secūda ꝑ de dñi corpore biptito: qd qdem nō ita debuit appellare. Nō enim reuera corpus dñi est qd cū illo nō erit ineternum. Sed dicēdū fuit de dñi corpore vero atqꝫ permixto. aut vero atqꝫ simulato: vel quid aliud. qr nō solum ineternum: verū etiam r sic hipocrite non cum illo esse dicendi sūt: qꝫuis in eius esse videātur ecclesia. Vñ poterat regula ista sic appellari: vt diceretur de pmixta ecclesia. Que regula lectorē vigilātē reqrit: qñ scriptura cū ad alios iā loquaꝰ: tanqꝫ ad eos ipsos adquos loqbaꝰ videꝰ loq. vl' de ipsis cū de aliis iam loquatur tanqꝫ vnū sit vtrūqꝫ corpus ꝓpꝰ temporalem cōmixtionem z cōmunionē sacramētoꝝ. Ad hoc ptinet in cantico canticorum Fusca sum z speciosa vt tabernacula cedar: vt pelles salomonis. Nō eniz ait fusca fui vt tabernacula cedar: et speciosa suz vt pelles salomonis: sed vtrūqꝫ se esse dixit ꝓpꝰ temporalē vnitatē intra vna retis pisciū bonoꝝ z malorum Tabernacula eniz cedar ad ismaelē ptinēt: q non erat heres cum filio libere Itaqꝫ cū de bona parte dicat deus. ducam cecos in viā quaz nō nouerūt z semitas qꝫ nō nouerūt calcabūt z faciā illis tenebras in lucem: z praua in directū. hec ṽba faciā z nō derelinquā eos mox de alia parte q male pmixta est dicit. conuersi sunt retrorsuz: qꝫuis alii significentur his ṽbis. Sed qm nunc in vno sunt tanqꝫ de ipsis loquiꝰ de qbus loqbaꝰ nō tñ sp in vno erūt. Ipse est qppe ille seruus commemoratus i euāgelio: cuius dñs cū venerit diuidet euz: et partē eius cū hypocritis ponet. ¶ Tertia regula est de promissis et lege. que alio mō dici pōt de spiritu z lrā. sicut nos eā appellauimus cū de hac re librū scriberemꝰ. Pōt etiam sic dici de gr̃a z mandato. Hec autē mihi magis videtur magna q̃stio qꝫ regula que soluendis questionibus adhibenda est. Hec aūt est quaz non intelligentes pelagiani vel condiderunt suam heresim vel auxerūt. Laborauit in ea tichoniꝰ disserendo bene: sed non plene. Disputans enim de fide z opibꝰ opa nobis dixit dari a deomerito fidei: ipsam vero fidem sic esse a nobis vt nobis non sit a deo. Nec attendit aplm dicētem. Pax fratribus z charitas cū fide a deo patre z dño nostro Jesu xpo. Sz non erat expertus hanc heresim. que nostro tempore exorta multū nos vt gratiaz dei q̃ p dñm nostrū Jesuz xpm est aduersus eam defenderemus exercuit. z scdm id quod ait apl's oportz hereses esse vt pbati manifesti fiant in nobis. multo vigilantiores diligentioresqꝫ reddidit: vt aduerteremus in scripturis sanctis qꝫ istū thiconiū minus attentū minusqꝫ sine hoste sollicitum fugit etiā ipsaz s. fidē donū illiꝰ esse q mēsurā vnicuiqꝫ partitur. Ex qua sententia qbusdaz dictum est. Vobis donatuz est pro xpo nō solum vt in eum credatis. verumetiam vt p eo patiamini. Vñ qs dubitet vtrūqꝫ esse dei donū q fidel'r atqꝫ intelligenter audit vtrūqꝫ donatum? Plura sunt z alia testimonia qbus id ostendiꝰ scdꝫ. hoc nunc nō agimus: alibi aūt atqꝫ alibi sepissime egimus ista. ¶ Quarta ꝑ thiconii regula est de specie z genere sic enim eam vocat. volens intelligi speciem partem: genus autem totum cuius ea pars est quaz nuncupat speciem. sicut vna qꝫ ciuitas ps ē vtiqꝫ vniuersitatis gentiuz hāc illevocat speciem. genus autē oēs gentes. Neqꝫ hic ea discernēdi sublimitas adhibēda est q a dialecticis tradiꝰ: qui inter ptē z speciē qd intersit acutissime disputāt Eadē vero ratio est si nō de vnaquaqꝫ ciuitate sed de vnaquaqꝫ prouincia vel gente vel regno tale aliqd in diuinis repiaꝰ eloquiis. Nō solum enim: ṽbi grā de hierl'm vel de aliq gentiū ciuitate: siue tyro siue babilonia: siue alia q̃libet dr aliqd in scripturis sanctis: qd modum eius excedat: z cōueniat potiꝰ oibus gentibus. verum etiā de iudea de egypto de assiris. z quacūqꝫ alia gente in qua sūt plurime ciuitates: non tamē

totus orbis sed pars eius: vel quod trās eat eis modum: et cōgruat potius vniuerso cuius hec ps est: vel sicut iste appellat generi cuius hec spēs est. Vñ et in noticiam vulgi vba ista venerunt: vt etiam idiote intelligant quid specialiter quid gnālr in quocūqz pcepto imperiali sit cōstitutū. Fit etiā hoc de hoibus: sicut ea que de Salomone dicuntur excedunt eius modum: et potius ad xpm vel ecclesiā cuius ille pars ē relata clarescunt. Nec spēs semp excedit. sepe ei talia dicunt q vel ei quoqz vel ei fortasse tantūmō aptissime cōgruāt. Sz cuz a specie transit ad genus quasi adhuc de specie loquēte scriptura: vbi vigilare dz lectoris intentio ne querat in specie quod in genere pōt melius et certius inueniri. Facile qppe est illud qd ait propheta ezechiel. Domus israel habitauit in terra: et polluerunt illā in via sua et idolis suis: et pctis suis: scdz immundiciā menstrate: facta est via eorum āte faciē meā: et effudi irā meam sup eos et dispersi illos inter nationes: et ventilaui eos in regiones scdm vias eorum: et sm pctā eoz iudicaui eos. Facile est inqz hoc intelligere de illa domo israel de q dicit aplis. Videte israel scdm carnem quia hec oia carnalis ppls israel et fecit et passus est. Alia etiā quesequūt ei dē intelligūtur pplo cōuenire. Sed cū cepit dicere. et sanctificabo nomen meū sanctum: illud magnū quod pollutum est inter nationes quod polluistis i medio eaz et sciēt gētes qz ego dñs: iam intentus debet esse qui legit queādmodū species excedat et adiūgat genus. Sequit eni et dicit. Et dum sanctificabor in vobis añ oculos eorum: et accipiam vos de gentibus: et congregabo vos ex omnibus terris: et inducam vos in terram vestrā. et aspergā vos aqua munda et mundamini ab oibus simulacris vestris: et mūdabo vos: et dabo vobis cor nouum. et spm nouuz dabo in vos et auferam cor lapideum de carne vestra. et dabo vobis cor carneum: et spiritū meum dabo in vos et faciam vt in iustitiis meis ambuletis et iudicia mea custodiatis et faciatis: et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris et eritis mihi in populum: et ego ero vobis in deum: et mundabo vos ex omnibus immundiciis vestris. Hoc de nouo testamento esse prophetatum ad quod pertinet nō solum illa vna gens in reliquiis suis: de quibus alibi scriptum est. si fuerit nūerus filiorū israel sicut arena maris reliquie salue fient. verum etiam cetere gentes que promisse sunt patribus eorum qui etiam nostri sunt non ambigit quisquis intuetur: et lauacrum regenerationis hic esse promissum quod nunc videmus omnibus gentibus gentibus redditum. Et illud quod ait apostolus cum noui testamenti gratiam commendaret: vt in cōparatione veteris emineret: epistola nostra vos estis scripta nō attramento: sed spiritu dei viui non in tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carnalibus hic esse respicit et perspicit dictum vbi iste propheta dicit et dabo vobis cor nouum: et spiritum nouuz dabo in vos: et auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneuz. Cor quippe carneum. Unde ait apostolus: tabulis cordis carnalibus: a corde lapideo voluit vitam sentientem discerni. et per vitam sentientem significauit intelligentem. Sic fit israel spiritualis non vnius gentis: sed omnium que promisse sunt patribus eorum in semine quod est christus. Hic ergo israel spiritualis ab illo israel carnali: qui est vnius gentis: nouitate gratie non nobilitate patrie: et mente non gente distinguitur. Sed altitudo prophetica dum de illo vel ad illum loquitur latenter transit ad hunc. et cum iam de isto vel ad istum loquitur: adhuc de illo vel ad illum loqui videtur: non intellectum scripturarum nobis quasi hostiliter inuidens: sed exercens medicinaliter cor nostruz. Vñ et illud quod ait. et inducam vos in terrā vestram: et paulopost tanqz id ipsum repetēs: et habitabitis in terra vestra quā dedi patribus vestris: non carnaliter sicut carnalis israel. sed spiritualiter sicut spiritualis debemus accipere. Ec


clesia quippe sine macula & ruga ex omnibus gentibus congregata: atque in eternum regnatura cum christo ipsa est beatorum terra viuentium ipsa est intelligenda patribus data: quando eis certa & immutabili dei voluntate promissa est. quoniam ipsa promissionis vel predestinationis firmitate iam data est que danda suo tempore a patribus credita est sicut de ipsa gratia que sanctis datur scribens ad Thimotheum apostolus ait. Non secundum opera nostra: sed secundum suum propositum & gratiam que data est nobis in christo Jesu ante secula eterna: manifesta autem nunc per aduentum saluatoris nostri. Datam dixit gratiam quando nec erant adhuc quibus daretur quoniam in dispositione ac predestinatione dei iam factum erat quod suo tempore futurum erat quo esse dicit manifestatam. Quamuis hec possint intelligi & de terra futuri seculi quando erit celum nouum & terra noua in qua iniusti habitare non poterunt. Et ideo recte dicitur piis quod ipsa sit terra eorum que vlla ex parte non erit impiorum. quia & ipsa similiter data est quando danda firmata est. ¶ Quintam thiconius regulam ponit quam de temporibus appellat. qua regula plerumque inueniri vel conici possit latens in scripturis sectis quantitas temporum. Duobus autem modis vigere dicit hanc regulam: aut tropo synecdoche: aut legitimis numeris. Tropus synecdoche: aut a parte totum: aut a toto partem facit intelligi: sicut vnus euangelista post dies octo factum dicit: quod alius post dies sex quando in monte discipulis tantum tribus presentibus facies domini vt sol resplenduit & vestimenta eius sicut nix. Utrumque enim verum esse non posset quod numero dierum dictum est: nisi ille qui dixit post dies octo intelligatur partem nouissimam diei ex quo id Christus predixit futurum & partem primam diei quo id ostendit impletum: pro totis diebus duobus atque integris posuisse. is vero qui dixit post dies sex integros omnes & totos. sed solos medios computasse. Hoc modo locutionis vel quo significatur a parte totum etiam illa de resurrectione christi soluitur questio. Pars enim nouissima diei quo dicitur passus est nisi pro toto die accipiatur: id est adiuncta etiam nocte preterita. & nox in cuius parte vltima resurrexit nisi totus dies accipiatur adiuncto scilicet die illucescente dominico non possunt esse tres dies et tres noctes quibus se in corde terre predixit futurum. Legitimos autem numeros dicit quos eminentius diuina scriptura commendat. sicut septenarium vel denarium vel duodenarium. & quicumque alii sint quos legendo studiosi libenter agnoscunt. Plerumque enim numeri huiusmodi pro vniuerso tempore ponuntur sicut septies in die laudem dixi tibi: nihil est aliud quam semper laus eius in ore meo tantumdem valent cum multiplicantur siue per denarium sicut septuaginta & septingenti vnde possunt & septuaginta anni hieremie pro vniuerso tempore spiritualiter accipi quo est apud alienos ecclesia: siue per seipsos sicut decem per decem centum sunt. & duodecim per duodecim centum quadraginta quatuor: quo numero significatur vniuersitas sanctorum in Apocalipsi. Unde apparet non solas temporum questiones istis numeris esse soluendas: sed latius patere significationes eorum & in multa proserpere. Neque enim numerus iste in apocalipsi ad tempora pertinet sed ad homines. ¶ Sextam regulam thiconius recapitulationem vocat in obscuritate scripturarum satis vigilanter inuentam. Sic enim dicuntur quedam quasi sequantur in ordine temporis: vel rerum continuatione narrentur: cum ad priora que pretermissa fuerant latenter narratio reuocetur. Quod nisi ex hac regula intelligatur erratur: sicut in genesi. Et plantauit inquit dominus deus paradisum in eden ad orientem & posuit ibi hominem quem formauit & produxit deus adhuc de terra omne lignum speciosum & bonum in escam ita videtur dictum tanquam id factum sit postea quam factum posuit deus hominem in paradisum. cum breuiter vtroque commemorato. id est quod plantauit

deus paradisum. et posuit ibi hominez quē formauit recapitulando redeat et dicat ꝙ ꝑtermiserat. quomō. s. paradisus fuerit plātatus. qꝛ produxit de⁹ adhuc de terra omne lignū speciosū et bonū in escā. Deniqꝫ secutus adiunxit. et lignum vite in medio paradisi. ꝛ lignū scientie boni et mali. Deinde flumen quo paradisus irrigaretur diuisum in quatuor principia fluuiorum quatuor explicatur. quod totū pertinet ad institutionem paradisi. Quod verbum terminauit repetiuit illō quod iā dixerat ꝛ reuera hoc sequebatur atqꝫ ait. Et sumpsit dn̄s deus hominē quē fecit: et posuit eum in paradiso ꝛ cetera. Post ista eniꝫ facta sunt ibi posit⁹ ē homo: sicut nunc ordo ipse demonstrat. nō post hominem ibi positum facta sunt ista: sicut prius dictū putari pōt nisi recapitulatio illic vigilāter itelligaꝶ qua reditum est ad ea que fuerāt pretermissa. Itemqꝫ in eodē libro cū cōmemorarentur generationes filioꝝ Noe dictuꝫ est. hi filii cham in tribubus suis scd̄m linguas suas in regionibus suis ꝛ i gētib⁹ suis. Enūeratis quoqꝫ filiis Sem dictū est. hi filii Sem in tribubus suis scd̄ꝫ linguas suas in regeōib⁹ suis et gentibus suis. Et annectitur de omnibus. Hec tribus filioꝝ Noe: scd̄ꝫ generationes ꝛ scd̄m gētes eorū. Ab his disperse sunt insule gentiū super terrā p⁹ diluuiū. Et erat oīs terra labium vnuꝫ ꝛ vox vna oībus. Hoc itaqꝫ quod adiūctum est: et erat oīs terra labium vnuꝫ ꝛ vox vna oībus. i. lingua vna: ita dictum videtur tanꝗ eo iā tp̄e quo dispsi iam fuerāt sup terrā. Et scd̄m isulas gentium vna fuerit oībus ligua communis. qd̄ ꝓculdubio repugnat superioribus verbis vbi dictū est. in tribubus suis scd̄m linguas suas. Neqꝫ enim dicerentur habuisse iā linguas suas. singule tribus que gentes singulas fecerant. quando erat omnibus vna communis. ac per hoc recapitulando adiunctum est. ꝛ erat omnis terra labiuꝫ vnum ꝛ vox vna oibus latenter narratione redeunte vt diceret quomō factū sit vt ex vna omnium lingua fuerint diuisi per multas. Et cōtinuo de illa turris edificatione narratur vbi hec eis iudicio diuino ingesta est pena sugbie per qd̄ factū dispersi sunt super terraꝫ scd̄m linguas suas. Fit ista recapitulatio etiā obscurius sicut in euangelio dicit dn̄s. Die quo exiit loth a sodomis pluit de celo ignē ꝛ pdidit oēs. scd̄ꝫ hec erit dies filii hoīs qn̄ reuelabitur. Illa hora. qui erit in tecto et vasa eius in agro non descēdat tollere illa. Et qui i agro similiter non reuertaꝶ retro: meminerit vxoris loth. Nunqd cū domin⁹ fuerit reuelatus tunc sunt ista seruanda ne qsqꝫ retro respiciat. id est vitam ꝑteritā cui renūciauerit iquirat. et nō potius isto tēpore: vt cū dn̄s fuerit reuelatus retributionem ꝓ eis ꝗ quisqꝫ seruauit vel contēpsit inueniat. Tamē quia dictū est illa hora tunc putantur ista seruanda cū fuerit dn̄s reuelatus nisi ad intelligendam recapitulationeꝫ sensus legentis inuigilet: adiuuante alia scriptura que ipsorum apostolorum adhuc tempore clamauit. Filii nouissima hora est. Tempus ergo ipsum quo euangeliū ꝑdicatur: quousqꝫ dn̄s reueletur: hora est in qua oportet ista seruari: quia ꝛ ipsa reuelatio domini ad eandē horam pertinet ꝗ die iudicii terminabitur. ꝫ Septima thiconii regula est eademqꝫ postrema de diabolo ꝛ eius corpore. Est ei et ipse caput impiorum qui eius sunt quodammodo corpus: ituri cuꝫ illo in supplicium eterni ignis. sicut christ⁹ caput est eccl'ie ꝗ est corpus eius futurū cum illo in regno ꝛ gloria sempiterna. Sicut ergo in prima regula quā vocat de dn̄o ꝛ eius corpore vigilandū est: vt intelligatur cum de vna eadēqꝫ ꝑsona scriptura loquitur. quid conueniat capiti. quid corpori. ita ꝛ in ista nouissima aliqn̄ in diabolum dicitur qd̄ non in ipso sed potius in eius corpore corpore possit agnosci qd̄ habet nō solum in eis qui manifestissime foris sunt: sed in eis etiam qui cum ad ipsum pertineant: tamen ad temp⁹ miscentur ecclesie donec vnusquisque

de hac vita exeat: vel a frumento palea ventilabro vltimo separet. Quod enim scriptum est apud Esaiam quō cecidit de celo lucifer mane oriens ⁊ cetera: q̄ sub figura regis babilonie de eadem persona vel ad eandem personam di-dicta sunt in ipsa contextione sermonis de dyabolo vtiqꝫ intelliguntur. ⁊ tamē q̄ ibi dictum est contritus est in terra q̄ mittit ad oēs gentes: non totuꝫ ipsi capiti congruit. Nam ⁊ si mittit ad omēs gentes dyabolus angelos suos: tamen interra corpus eius nō ipse conteritur nisi quia ipse est in corpore suo qđ contritum sit vt puluis quē proiicit vētus a facie terre. ¶ Hec autem omnes regule excepta vna q̄ vocatur de promissis ⁊ lege: aliud ex alio faciunt intelligi: quod est propriū tropice locutionis que latius patet q̄ꝫ vt posset vt mihi videtur ab aliquo vniuersa comprehēdi Nam vbicunqꝫ velut aliud dicitur vt aliud intelligatur. ⁊ si nomē ipsius tropi inloquendi arte non inuenitur tropica locutio est. Que cum fit ibi fieri solet sine labore sequitur intellectus. cū vero vbi non solet laboratur vt intelligatur ab aliis magis: ab aliis minus sicut magis minus ve dona dei sunt in ingeniis hominum vel adiutoria tribuuntur. Proinde sicut in verbis propriis de quibus superius disputauimꝰ vbi res vt dicuntur intelligende sunt. sic in translatis que faciunt tropicas locutiones vbi aliud ex alio intelligēdum est: de quibus hucusqꝫ q̄tum visum est satis egimus: nō soluꝫ admonēdi sunt studiosi venerabiliuꝫ litterarū vt in scripturis sanctis genera locutionum sciant: ⁊ quomodo apud eas aliquid dici soleat vigilanter aduertant memoriterque retineant. verum etiam quod est precipuum ⁊ maxime necessarium: orent vt intelligant. In eis quippe litteris quarum studiosi sunt qui legunt dn̄s dat sapientiam. et a facie eiꝰ scientia ⁊ intellectus a quo ⁊ ipsuꝫ studium si pietate predituꝫ est acceperūt Sed hec satis etiam de signis q̄tū ad verba pertinent dicta sint. Restat vt de proferendis eis que sentimus sequenti volumine que dominus donauerit disseramus.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit liber .iiii. A



Hoc opus nostrū quod inscribitur de doctrina Christiana in duo quedā fueraꝫ prima distributione partitus. Nā post prohemium quo respondi eis qui hoc opus fuerant reprehensuri: due sunt res inquam in q̄bus nititur omnis tractatio scripturarum modus inueniendi que intelligenda sunt: et modus proferendi que intellecta sunt. De inueniendo prius: de proferendo postea disseremus. Quia ergo de inueniendo multa iam diximus et tria de hac vna volumina absoluimꝰ domino adiuuante de proferendo pauca dicemus. vt si fieri potuerit vno libro cuncta claudamus: totumqꝫ hoc opus quattuor voluminibus terminetur Primo itaqꝫ expectationem legentiuꝫ qui me forte putant rhetorica daturuꝫ esse precepta: que in scolis secularibꝰ et didici et docui ista prelocutione cohibeo atqꝫ vt a me non expectentur admoneo. non vt nichil habeant vtilitatis sed si quid habent seorsum discendum est. si cui fortassis bono viro etiam hoc vacat discere. non autē a me vel in hoc opere: vel in aliquo alio requirendum Nā cum per artem rhetoricaꝫ ⁊ vera suadeantur ⁊ falsa: quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem vt videlicꝫ illi qui res falsas persuadere conantur nouerint auditorem vel beniuolum vel intentum vel docilem prohemio facere: isti autēꝫ non nouerint. Isti falsa breuiter aperte verisimiliter ⁊ isti vera sic narrent: vt audire tedeat intelligere non pateat. credere postremo non libeat. Illi fallacibus argumētis veritatem oppugnent. asserent fal-

sitatem isti. nec vera defendere nec falsa valeant refutare. Illi animos audientium in errorem mouentes impellentesque dicendo terreant: contristent: exhilarent exhortantur ardenter isti pro veritate lenti frigidique dormitent. Quis ita desipiat vt hoc dicat.

B Cum ergo sit in medio posita facultas eloquii que ad persuadenda seu praua seu recta valet plurimum. cur non bonorum studio comparatur: vt militet veritati: si eam mali ad obtinendas peruersas vanasque causas in vsus iniquitatis et erroris vsurpant. Sed quecunque sunt de hac re obseruationes atque precepta: quibus cum accedit in verbis plurimis ornamentisque verborum exercitationis lingue solertissima consuetudo fit illa que facundia vel eloquentia nominatur extra illas litteras nostras seposito ad hoc congruo temporis spacio apta et conuenienti etate discenda sunt eis qui hoc celeriter possunt. Nam et ipsos romane principes eloquentie non piguit dicere quod hanc artem nisi quis cito possit nunquam possit omnino perdiscere. Quod vtrum verum sit quid opus est querere? Non enim etiam si possit hec a tardioribus tandem aliquando perdisci: nos ea tanti pendimus vt eis discendis iam maturas vel etiam graues hominum etates velimus impendi. Satis est vt adolescentulorum ista sit cura. nec ipsorum omnium quos vtilitati ecclesiastice cupimus erudiri: sed eorum quos nondum magis vrgens et huic rei sine dubio preponenda necessitas occupauit. Quoniam si acutum et feruens adsit ingenium: facilius adheret eloquentia legentibus et audientibus eloquentes: quam eloquentie precepta sectantibus.

C Nec desunt ecclesiastice litere etiam preter canonem in arce auctoritatis salubriter collocatum: quas legendo homo capax: et si non id agat: sed tantummodo rebus que ibi dicuntur intentus sit etiam eloquio quo dicuntur dum in his versatur imbuitur accedente vel maxime exercitatione siue scribendi siue dictandi: postremo etiam dicendi que secundum pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingenium: nec illa rhetorica precepta capiuntur nec si magno labore inculcata quomodolibet ex parte capiantur aliquid prosunt. quandoquidem etiam ipsi qui ea didicerunt et copiose ornateque dicunt. non omnes vt secundum ea ipsa dicant possunt ea cogitare cum dicunt. si non de his disputant. Immo vero vix vllos esse existimo qui vtrunque possint et dicere bene. et ad hoc faciendum precepta illa dicendi cogitare dum dicunt. Cauendum est enim ne fugiant ex animo que dicenda sunt dum attenditur vt arte dicantur. Et tamen in sermonibus atque dictionibus eloquentium impleta reperiuntur precepta eloquentie. de quibus illi vt eloquerentur vel cum eloquerentur non cogitauerunt. siue illa didicissent siue ne attigissent quidem. Implent quippe illa quia eloquentes sunt: non adhibent vt sint eloquentes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiant nisi locutiones discendo loquentium: cur eloquentes fieri non possunt nulla eloquendi arte tradita. sed elocutiones eloquentium legendo et audiendo. et quantum assequi conceditur imitando.

D Quid quod ita fieri ipsis quoque experimur exemplis? Nam sine preceptis rhetoricis nouimus plures eloquentiores plurimis qui illa didicerunt. sine lectis vero et auditis eloquentium disputationibus vel dictionibus neminem. Nam neque ipsa arte grammatica qua discitur locutionum integritas indigerent pueri. si eis inter homines qui integre loquerentur crescere daretur et viuere. Nescientes quippe vlla nomina viciorum quicquid viciosum cuiusque ore loquentis audirent sana sua consuetudine reprehenderent et cauerent. sicut rusticos vrbani reprehendunt etiam qui litteras nesciunt. Debet igitur diuinarum scripturarum tractator et doctor: defensor recte fidei. ac debellator erroris: et bona docere: et mala edocere. atque in hoc opere sermonis conciliare auersos. remissos erigere. nescientibus quid agatur quid expectare debeant intimare. Ubi autem beniuolos: intentos: dociles: aut inuenerit: aut ipse fecerit, cetera peragenda sunt sicut po-

stulat causa. Si docendi sunt qui audiunt narratione faciendum est. si tamen indigeat vt res de qua agitur innotescat. Ut autem que dubia sunt certa fiant documentis adhibitis ratiocinandum est. Si vero qui audiunt monendi sunt potiusq͂ docendi: vt in eo quod iã sciunt agendo non torpeant et rebus assensum quas veras esse fatentur accommodant: maioribus dicendi virib⁹ opus est. Ibi obsecrationes et increpationes: concitationes: et coercitationes et quecunq͂ alia valent ad commonendos animos necessaria. Et hec quidez cuncta que dixi omnes fere homines in his que loquendo agunt facere nõ quiescunt E Sed cuz alii faciant obtuse deformiter frigide: alii acute ornate vehementer: illum ad hoc opus vnde agimus iam oportet accedere qui potest disputare ꝛ dicere sapienter etiam si non potest eloquenter vt ꝓsit audientibus ꝛ si minus q͂ prodessz si ꝛ eloquenter posset dicere. Qui vero affluit insipienti eloquentia: tanto magis cauendus est quanto magis ab eo in hisque audire inutile est delectatur auditor: et cum quem diserte dicere audit etiam vere dicere existimat. Hec autem sententia nec illos refugit qui artem rhetoricam docendam putarunt. Fassi sunt enim sapientiam sine eloquẽtia parum prodesse ciuitatibus: eloquẽtiam vero sine sapientia nimium obesse plerumq͂: prodesse nunq͂. Si ergo illi qui precepta eloquentie tradiderũt in eisdem libris in quibus id egerunt veritate instigante coacti sunt confiteri veram hoc est supernam que a patre luminum descendit sapientiam nescientes: quanto magis nos non aliud sentire debemus qui huius sapientie filii et ministri sumus. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus quanto in scripturis sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legendum: memorieq͂z mandandum: sed bene intelligendum et diligenter earũ sensibus indagandum. Sunt enim qui eas legunt et negligunt: legunt vt teneant: negligunt ne intelligant. Quibus lõge sine dubio preferendi sunt qui verba earum minus tenent: et cor earum sui cordis oculis vident. Sed vtrisq͂ ille melior: qui et cum volet eas dicit: et sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere etiam quod non potest eloquenter. verba scripturarum tenere maxime necessarium est.

Quanto enim se pauperiorem cernit in suis: tanto eum oportet in istis esse ditiorem. vt quod dixerit suis verbis probet ex illis. Et qui propriis verbis minor erat magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat qui minus potest delectare dicendo. F Porro qui non solum sapienter: verumetiam eloquenter vult dicere quoniam profecto plus proderit si vtrunq͂ potuerit ad legendos vel audiendos et exercitatione imitando eloquentes mitto eum libentiusq͂ magistris artis rhetoriceuacare precipiam si tamen hi qui leguntur et audiuntur non solum eloquenter sed etiam sapienter dixisse vel dicere veraci predicatione laudantur.

Qui enim eloquenter dicunt suauiter qui sapienter salubriter audiuntur. Propter quod non ait scriptura. multitudo eloquentiũ: sz multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Sicut autem sepe sumenda sunt ꝛ amara salubria. ita semper vitanda est dulcedo perniciosa. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suauitas tanto facilius salubritas prodest.

Sunt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloquia non soluz sapienter sed eloquẽter etiam tractauerunt. Quibus legendis magis non sufficit tempus quẽ deesse ipsi studentibus et vacantibus possunt. Hic aliquis forsitã q̃rit vtrum autores nostri quoꝝ scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima autoritate fecerunt: sapientes tantummodo an eloquentes etiaz nuncupandi sint. Que q̃dem questio apud incip-

sum et apud eos qui mecum quod di-co sentiunt: facillime soluitur. Naz vbi eos intelligo: nō solū nihil esse eis sapiētius. verū etiam nihil esse eloquentius nihil videri potest. Et audeo dicere et omnesqui recte itelligunt quod illi loquuntur simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quedam eloquentia que magis etatem iuuenilem decet: est que senilem nec iam dicenda est eloquentia si persone non congruat eloquentis. ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos planeqꝫ diuinos decet. G

Hoc illi locuti sunt: nec ipsos decet alia nec alios ipsa. ipsis enī congruit alios autez q̄to videt humilior tanto altius non ventositate sed soliditate transcendit. Ubi vero non eos intelligo: minus quidem mihi apparet eorum eloquentia: sed eam non dubito esse talem qualis est vbi intelligo. Ipsa quoqꝫ obscuritas diuinorum salubriūqꝫ dictorū tali eloquentie miscenda fuerat. in qua proficere noster intellectus non solum inuentione: veruz etiam exercitatione deberet. Possem quidem si vacaret omnes virtutes ꝛ ornamenta eloquentie: de quibus inflant isti qui linguā suam nostrorum authorum lingue nō magnitudine sed tumore preponunt: ostēdere in istorum litteris sacris: quos nobis erudiendis et ab hoc seculo prauo in beatum seculum trāsferendis prouidentia diuina prouidit. Sed non ipsa me plus q̄ dici potest in illa eloquentia delectant: que sunt his viris cum oratoribus gentilium poetisve communia. Illud magis admiror ꝛ stupeo ꝙ nr̄a eloquentia ita vsi sunt ꝑ alteram quādam eloquentiam suam. vt nec eis deesset nec emineret in eis: quia nec improbari ab illis. nec ostētari oportebat quorum alterum fieret si vitaretur. alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur a doctis tales res dicūtur: vt verba quibus dicuntur non a dicente adhibita: sed ipsis rebus velut sponte subiecta videantur: quasi sapientiam de domo sua. id est pectore sapientis ꝓcedere intelligas: ꝛ tanq̄ inseparabilem famulam etiam non vocatam sequi eloquentiam. Quis eniz non videat quid voluerit dicere. et q̄ sapienter dixerit apostolus? H Gloriamur i tribulationibus scientes ꝙ tribulatio patiētiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spem. spes autez non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hic si ꝗs vt ita dixerim imperite peritus artis eloquentie precepta apostolum secutuz fuisse contendat. nonne a Christianis doctis indoctisqꝫ ridebit? Et tamen agnoscit̄ hec figura que climax grece latine vero a quibusdam est appellata gradatio. quoniam scalam dicere noluerunt: cum verba vel sensus connecterentur alteruz ex altero: sicut hic ex tribulatione patientiam: ex patientia probationem: ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur ꝛ aliud decus: quoniam post aliqua pronūciationis voce finita singula q̄ nostri membra ꝛ cesa: greci autem cola et comata vocant. sequitur ambitus siue circuitus quem periodon illi appellant. cuiꝰ membra suspendunt voce dicentis donec vltima finiantur. Nam eorum que precedunt circuitum membrū illō est primū: quoniam tribulatio patientiam operat̄ secundum: patientia autez probationem: tertiū: probatio vero spem. Deinde subiūgitur ipse circūitus: qui tribus pagitur membris. quorum primum est. spes autem non confundit. secūdum: q: charitas dei diffusa est in cordibus nostris tertiū: per spiritū sanctum qui datus est nobis. At hec atqꝫ huiusmodi in elocutionis arte tradūtur. I Sicut ergo apl'm p̄cepta eloquentie secutū fuisse nō dicimus ita ꝙ eius sapientiam secuta sit eloquētia nō negamus. Scribens ad corinthios in secunda ep'la redarguit quosdam q̄ erant ex iudeis pseudo ap'li eiqꝫ detrahebant. Et qm̄ seipsū p̄dicare compellitur: hanc sibi velut incipientiam tri-

buens. q̄ sapiens dicit q̄q3 eloquenter Sed comes sapientie. dux eloquētie il lam sequēs: istā precedēs sequēte: nō re spuens iterum dico inquit ne quis me/ tet insipientē eē: alioquin velut insipien tem insipiente me: vt et ego modicū qd glorier. Qd loquor nō scd3 deū loquor s3 quasi i stulticia i hac substantia glo rie. Qm qdē multi gl'ianf scdm carnem et ego gl'iabor. Libenf eni suffertis insi pientes: cū sitis ipsi sapientes. Tolera tis enim si qs vos in seruitutē redigit. Si q3 deuorat: si quis accipit: si qs ex tollif. Si qsi faciē vos cedit: scd3 igno bilitatē dico: quasi nos infirmati simus In q̄ qs audet in isipiētie dico: audeo et ego. Hebrei sūt et ego. Israelite sunt et ego. Semē abrahe sunt et ego. Mini stri xp̄i sunt et vt insipiens dico sup ego In laboribus plurimū: i carcerib9 abū dātib9 in plagis supra modū i mortib9 sepius. A iudeis quinquies quadragi ta vna minus accepi. Ter virgis cesus sum: semel lapidatus sum: ter naufra- gium feci: et nocte et die in pfūdo mari ful. In itinerib9 sepe periculis flumi- nū: pericl' latronū: pericul' ex genere pe riculis ex gētib9. periculis in ciuitate periculis i deserto. periculis i mari. pe riculis in falsis fratribus. In labore et erūna. in vigiliis sepi9. in fame et siti. in ieiuniis sepius: in frigore et nuditate. Preter illa q̄ extrisec9 sunt icursus in me quotidiani sollicitudo oim eccl'ia- rū. Quis infirmaf et ego nō infirmor Quis scādalizatur et ego nō vro. Si gl'iari oportet in his q̄ ifirmitatis mee sunt gl'iabor. ¶ Quanta sapiētia ista sint dicta vigilātes vidēt. Quanta vero eloquentie flumina cucurrerint et q̄ stertit aduertit. Porro aūt q̄ nouit a gnoscit q̄ ea cesa que comata greci vo cant: et membra et circūitus de quibus paulo ań disserui: cū decētissima varie tate interponerenf: totā istā speciē di ctionis: et quasi eius vultū quo etiā in docti delectanf mouenturq3 fecerunt. Nā vn̄ cepim9 hūc locū inserere: circūi tus sunt: prim9 minim9 hoc est bimem- bris: minus eni q̄ duo mēbra circūitus habere non pn̄t plura vero pn̄t. Ergo ille pmus est. Itē3 dico me qs me existi met incipiētē esse. Sequif ali9 trimem bris Alioqn velut insipientem suscipi- te me: vt et ego modicum quid glorier Terti9 q̄ sequif mēbra habet quattuor Qd loquor nō loquor scdm deū; sed q̄- si i stulticia i hac substātia gl'ie Quar tus duo h3. Qm qdē multi gl'ianf scd3 carnē et ego gl'iabor. Et qntus h3 duo. Libenf eni sustinetis isipiētes. cū sitis ipsi sapiētes. Et sext9 bimēbris est. To leratis eni si qs vos i seruitutē redigit. Sequūf tria cesa. Si qs deuorat. si qs accipit. si qs extollif. Deinde tria mem bra. Si qs in faciē vos cedit: scdm igno bilitatē dico: quasi nos ifirmati sumus Addif trimēbris circūit9. In quo aūt qs audet. in insipientia dico: audeo et ego. Hinc et singulis quibusq3 cesis inf rogando positis: singula itide3 cesa re sponsione reddunf: tria tribus. Hebrei sunt et Et ego. Israelite sūt et Et ego. Se mē abrae sūt et Et ego. Quarto autē ce so simili interrogatiōe posito: nō alte- rius cesi: s3 mēbri oppositiōe respōdet Ministri xp̄i sūt. Vt min9 sapiēs dico sup ego. ¶ Iam cesa q̄ttuor se- quētia remota decētissime inrogatio- ne fūdūf. In laboribus plurimū. i car- ceribus abundantius. in plagis supra modū in mortibus frequenf. Deinde se quif breuis circūitus: qm̄ suspēsa pnū ciatione distīguēdū est. A iudeis quin quies. vt hoc sit vnū mēbrū cui conne- ctif alterū: quadraginta vna min9 ac- cepi. Inde reditur ad cesa et ponūtur tria. Ter virgis cesus su3. Semel lapi dat9 sum. Ter naufragiū feci. Sequif mēbrū. Nocte ac die in pfundo maris fui. Deinde q̄ttuordeci3 cesa decentissi mo impetu pfluunt. In itinerib9 sepe. periculis flumiū. piculis latronum. pe riculis ex genere. piculis ex gētibus pe riculis in ciuitate. periculis in deserto. piculis i mari. periculis i falsis fratri- bus in labore et erunna. in vigiliis sepi us in fame et siti. in ieiuniis sepi9 in fri gore et nuditate. Post hec iterponit tri membrē circūitum. Preter illa que ex-

excitata. Et ideo cauendum est dum volumus altius erigere quod erectum est. etiam inde decidat quo fuerat excitatione perductum. Interpositis vero que sunt dicenda summissius bene redditur ad ea que opus est granditer dici. vt dictionis impet⁹ sicut maris estus alternet. Ex quo fit vt grande dicendi genus si diutius est dicendum non debeat esse solum sed aliorum generum interpositione varietur. ei tamen generi dictio tota tribuatur cui⁹ copia preualuerit. Interest enim quod genus cui generi apponatur vel adhibeatur certis et necessariis locis. Nam et in grandi genere semper aut pene semper temperata docet esse principia. Et in potestate est eloquentis vt dicant nonnulla summisse etiam que possent granditer dici. vt ea que dicuntur granditer ex illorum fiant comparatione grandiora et eorum tanque vmbris luminosiora reddantur. ¶ In quocunque autem genere aliqua questionum vincula soluenda sunt acumine opus est quod sibi summissum genus proprie vendicat. Ac per hoc eo genere vtendum est et in aliis duobus generibus quando eis ista incidunt sicut laudandum aliquid vel vituperandum vbi nec damnatio cuiusque nec liberatio nec ad actionem quodlibet assensio requiritur in quocunque alio genere occurrerit gen⁹ adhibendum et interponendum est temperatum. In grandi quoque genere inueniunt suos locos duo cetera: et in summisso similiter. Temperatum autem genus non quidem semper sed tamen aliquando summisso indiget. si vt dixi questio cui⁹ nodus est soluendus incurrat. vel quando non nulla que ornari possent: ideo non ornantur sed summisso sermone dicuntur. vt quibusdam quasi thoris ornamentorum prebeant eminentiorem locum. Grande autem genus temperata dictio non requirit. Ad delectandos quippe animos non ad mouendos ipsa suscipitur. Non sane si dicenti crebri⁹ et vehementius acclametur ideo granditer putandum est dicere. hoc enim et acumina summissi generis et ornamenta faciunt temperati. Grande autem gen⁹ plerunque pondere suo voces premit: sed lachrymas exprimit. Denique cum apud cesaream mauritanie dissuaderem populo pugnam ciuilem vel potius plusque ciuilem quam cateruam vocabant. neque enim ciues tantummodo sed etiam propinqui fratres. postremo parentes ac filii lapidibus inter se in duas partes diuisi per aliquot dies continuos et certo tempore anni solenniter dimicabant. et quisque vt quemque poterat occidebat. Egi quidem granditer quantum volui: vt tam crudele et inueteratum malum de cordibus et moribus eorum auellerem pelleremque dicendo non tamen egisse me aliquid putaui cum eos audirem acclamantes: sed cum flentes viderem Acclamationibus quippe se doceri et delectari: flecti autem lachrimis indicabant. Quas vbi aspexi inmanem illam consuetudinem a patribus et auis longeque a maioribus traditam: que pectora eorum hostiliter obsidebat vel potius possidebat victam antequam reipsa id ostenderent credidi. ¶ Moxque sermone finito ad agendas deo gratias corda atque ora conuertit. Et ecce iam ferme octo vel amplius anni sunt propicio christo ex quo illic nihil talle tantatum est. Sunt et alia experimenta multa quibus didicimus homines quid in eis fecerit sapientis granditas dictionis. non clamore potius quam gemitu. aliquando etiam lachrymis postremo vite mutatione monstrasse. Summisso etiam dicendi genere sunt plerique mutati: sed vt quod nesciebant scirent: aut quod eis videbatur incredibile crederent non autem vt agerent quod agendum iam nouerunt et agere nolebant. Ad huiusmodi namque duriciam flectendam debet granditer dici. Nam et laudes et vituperationes quando eloquenter dicuntur: cum sint in genere temperato sic afficiunt quosdam vt non solum in laudibus et vituperationibus eloquentia delectentur. verum etiam ipsi laudabiliter appetant fugiantque vituperabiliter viuere. Sed nunquid omnes qui delectantur mutantur sicut in grandi

genere omnis q flectunt agunt et in summisso genere omnes qui docent sciunt. aut credunt verum esse quod nesciunt. Unde colligunt illa duo genera qd efficere intendunt: hoc eis esse maxime necessarium qui sapienter et eloquenter volunt dicere. Illud vero quod agitur genere temperato.i. vt eloquentia ipsa delectet: non est propter seipsum vsurpandum: sed vt rebus que vtiliter honesteque dicunt: si nec docente indigent eloquio nec mouente: quia et scientes et fauentes auditores habent aliquanto promptius ex ipsa delectatione elocutionis accedat vel tenacius adhereat assensus Nam cum eloquentie sit vniuersale officium in quocunque istorum trium generum dicere apte ad persuasionem. finis autem id quod intendis persuadere dicendo in quocunque istorum trium generum dicit quidem eloquens apte ad persuasionem: sed nisi persuadeat ad finem non peruenit eloquentie. Persuadet autem in summisso genere vera esse que dicit. Persuadet in grandi vt agantur que agenda iam esse sciuntur: nec tamen aguntur. Persuadet in genere temperato pulcre ornate dicere. Quo fine nobis quid opus est? Appetant eum qui lingua gloriantur: et se in panegyricis talibusque dictionibus iactant: vbi nec docendus: nec ad aliquid agendum mouendus: sed tantummodo est delectandus auditor. Nos vero istum finem referamus ad alterum finem: vt.s.qd efficere volumus cum granditer dicimus: hoc etiam isto velimus id est vt bona morum diligantur vel deuitentur mala: si ab hac actione non sic alieni sunt homines vt ad eam grandi genere dictionis vrgendi videantur: aut si iam id agunt vt agant studiosius atque in eo firmiter perseuerent. S Ita fit vt etiam temperati generis ornatu. non iactanter: sed prudenter vtamur. non eius fine contenti quo tantummodo delectatur auditor: sed hoc potius agentes vt etiam ipso ad bonum quod persuadere valeamus adiuuemur Illa ita que tria que supra posuimus eum qui sapienter dicit. si etiam eloquenter vult dicere id agere debere vt intelligenter. vt libenter vt obedienter audiatur non sic accipienda sunt tanquam singula illis tribus dicendi generibus ita tribuent. vt ad summissum intelligenter. ad temperatum libenter. ad grande pertineat obedienter audiri. sed sic potius vt hec tria semper intendat et quantum potest agat. etiam cum in illorum singulo quoque versatur. Nolumus enim fastidiri etiam cum summisse dicimus. ac per hoc non solum volumus intelligenter verum etiam libenter audiri. Quid enim agimus diuinis testimoniis docendo quod dicimus nisi vt obedienter audiamur.i.vt credatur eis opitulante illo cui dictum est. Testimonia tua credibilia facta sunt valde. Quid etiam cupit nisi credi qui aliquid licet summisso eloquio discentibus narrat? Et quis velit eum audire. nisi auditorem nonnulla etiam suauitate detineat? Nam si non intelligatur quis nesciat nec libenter eum posse nec obedienter odiri Plerumque autem dictio ipsa summissa dum soluit difficillimas questiones. et inopinata manifestatione demonstrat dum sententias acutissimas de nescio quibus quasi cauernis vnde non sperabatur eruit et ostendit. dum aduersarii conuincit errorem. et docet falsum esse quod ab illo dici videbatur inuictum maxime qn adest ei quoddam decus non appetitum. sed quodammodo naturale et nonnulla non iactatiuncula sed quasi necessaria atque vt ita dicam ipsis rebus exorta numerositas clausularum tantas acclamationes excitat vt vix intelligatur esse summissa. Non enim quia neque incedit ornata neque armata. sed tanquam nuda congreditur. ideo non aduersarium neruis lacertisque collidit. et obsistentem subruit. ac destruit membris fortissimis falsitatem. T Unde autem crebro et multum acclamant ita dicentibus. nisi quia veritas sic demonstrata. sic defensa. sic inuicta delectat? Et in hoc igitur genere summisso iste noster doctor et dictor id agere debet


vt non solum intelligenter. verũ etiam libenter et obedienter audiatur. Illa quoque eloquentia generis temperati apud eloquentem ecclesiasticum nec inornata relinqtur. nec indecenter ornatur. nec solũ hoc appetit vt delectet. qd solũ apud alios pfitetur. verũ etiã i his q laudat siue vitupat. istis appetãdis vel firmi9 tenẽdis illis aũt vitãdis vel respuendis: vult vtique obedienter audiri. Si autẽ nõ auditur itelligent nec libenter potest. Proinde illa tria vt intelligant qui audiunt. vt delectentur: vt obediant. etiaz in hoc genere agendum est vbi tenet delectatio principatum. Iam vero vbi mouere et flectere grandi genere opus est auditorem. qd tunc est opus qñ et veraciter dici et suauiter confitetur. et tamen non vult facere quod dicitur. dicenduz est pculdubio granditer. Sed quis mouetur si nescit qd dicitur? Aut qs tenetur vt audiat si non delectatur? Unde et in isto genere vbi ad obedientiam cor durum dictionis granditate flectanduz est nisi et intelligenter et libenter qui dicit audiatur nõ põt obedienter audiri. Habet autẽ vt obedient audiatur quãtacũque granditate dictionis maius pondus vita dicentis. Nam qui sapienter et eloquenter dicit viuit autez nequiter erudit qdem multos dicendi studio. quis anime sue sit inutilis. sicut scriptuz est Scribe et pharisei in cathedra moysi sederunt. que dicunt facite. q autẽ faciunt facere nolite. Dicunt eniz et nõ faciunt. Unde ait et Apls. Siue occasione siue veritate xps anũcietur. Christ9 aũt veritas est. et tamẽ etiam non veritate annũciari veritas potest. i. vt prauo et fallaci corde que recta et vera sũt predicẽtur. Sic quippe annũciat Jes9 Christus ab eis qui sua querũt nõ que Jesu Christi. Sed qm boni fideles nõ quemlibet hoĩm sed ipsum dñm obediẽter audiunt. qui ait. que dicunt facite q aũt faciunt facere nolite dicunt eni et nõ faciũt. ideo audiuntur vtilit etiam q inutiliter agunt. ¶ Sua eñi qrere studẽt. Sz sua docere nõ audent de loco scilicet superiore sedis ecclesiastice. quam sana doctrina constituit. Propter quod ipse dominus priusque de talibus qd commemoraui diceret premisit cathedra moysi sederunt Illa ergo cathedra non eorũ sed moysi cogebat eos bona dicere etiam non bona facientes. Agebant ergo sua in vita sua. docere autez sua cathedra illos nõ permittebat aliena. Multis itaque prosunt dicendo que non faciunt. sed lõge pluribus prodessent faciendo que dicunt. Abundant eniz qui male vite sue defensionem ex ipsis suis prepositis et doctoribus querunt respondentes corde suo. aut etiam si ad hoc erumpunt ore suo atque dicentes. Quod ipse mihi precipis: cur ipse non facis? Ita fit vt eum obedienter non audiant qui se ipe non audit: et verbum dei quod eis predicatur. simul cum ipso pdicatore contemnant. Denique apostolus scribens ad thimotheũ cũ dixisset. nemo adolescentiam tuaz contemnat. subiecit vnde nõ cõtemneretur: atque ait. Sed forma esto fidelium in sermone: in conuersatione in dilectione: in fide: in castitate. Talis doctor vt obediente audiatur non impudenter non solum summisse ac temperate. verum etiaz granditer dicit: qr non contemptibiliter viuit. Sic namque elegit bonam vitam: vt etiã bonã nõ negligat famaz. sed prouideat bona corã deo et hoibus quantum potest illum timendo his consulendo. In ipso etiam sermone malit rebus placere q verbis nec existimet dici melius nisi qd dicitur verius. Nec doctor verbis seruiat: sed verba doctori. Hoc est eniz qd apls ait nõ in sapiẽtia verbi ne euacuetur crux Christi. Ad hoc valet etiã qd ait ad thimotheum. Noli verbis contendere. ad nihil eniz vtile est: nisi ad subuersionez audientium. Neque enim hoc ideo dictũ est: vt aduersariis oppugnantibus veritatem nihil nos pro veritate dicamus. Et vbi erit quod cum ostenderet qualis esse episcopus debeat ait inter cetera. vt potens sit in doctrina sana et contra dicentes possit redarguere.

x Verbis eniz cōtēdere est nō curare quomodo error veritate vincat sed quō tua dictio dictioni preferat alterius. Porro qui non verbis contēdit siue summisse: siue tēpate. siue grādit' dicat. id agit verbis vt veritas pateſiat: veritas placeat: vitas moneat: quoniam nec ipsa que precepti finis ꝛ plenitudo legis est charitas vllo modo recta esse potest: si ea q̄ diligunt nō vera sz falsa sunt. Sicut aūt cuius pulcrū corpus ꝛ deformis est animus magis dolendū est: q̄ si deforme haberet corpus ita q̄ eloquent' q̄ falsa sunt dicunt magis miserandi sunt q̄ si talia deformit' dicerēt. Quid est ergo nō soluz eloquēter verū etiā sapient' dicere nisi verba i summisso genere sufficiētia: i temperato splēdētia: in grandi vehementia. veris tñ rebus quas audire oporteat adhibere. Sed q̄ vtrūq̄ non pōt dicat sapienter quod nō dicit eloquēter potius q̄ dicat eloquēt' qđ dicit insipient'. Si aūt ne hoc qdem pōt ita: conuersef: vt nō solum pmium sibi cōparet: sed etiaz pbeat aliis exemplu z: ꝛ sit ei quasi copia dicēdi forma viuendi. Sunt sane qdam q̄ bñ pnūciare pñt: qđ autem pnūciēt excogitare nō pñt. Qđ si ab aliis sumant eloquenter sapienterq̄ conscriptum memorieq̄ commendent atq̄ ad ppl'm proferant: si eam personaz gerūt nō improbe faciūt. Sic eniz (quod profecto vtile est) multi predicatores veritatis sunt: nec multi magistri. si vnius veri magistri idipsum dicāt oēs ꝛ nō sint in eis cismata. Nec deterrēdi sunt isti voce. Hieremie pphete p quē deus arguit eos q̄ furant' vba ei' vnusq̄sq̄ a pximo suo. y Qui eni furāt' alienum auferūt. Vbum autem dei nō ē alienum ab eis q̄ obtemperant ei. potiusq̄ ille dicit aliena q̄ cū dicat bene viuit male. Quecūq̄ enim bona dicit ei' excogitari vident' ingenio. sed ab eius moribꝰ aliena sūt. Eos itaq̄ dicit deus furari verba sua. q̄ boni volunt videri loquendo q̄ dei sunt cum mali sint faciendo que sua sunt. Nec sane ipsi dicunt bona que dicunt si diligent' attendas. Quomodo eniz dicūt verbis quod negant factis. Non eniz frustra de talibꝰ ait. Apostolus. Confitent' se nosse deuz factis aūt negant. Modo quodam ergo ipsi dicunt. ꝛ rursus alio modo non ipsi dicunt quoniaz vtrumq̄ verum est quod ait veritas. De talibus eni loq̄ns q̄ dicunt inq̄t facite. q̄ aūt faciunt facere nolite hoc est qđ ex ore illoꝝ auditis facite quod in ope videtis facere nolite. dicūt eniz inquit ꝛ nō faciunt. Ergo q̄uis non faciant tñ dicunt. Sed alio loco tales arguens. Hipocrite inquit quomodo potestis bona loqui cuz sitis mali. Ac per hoc ꝛ ea q̄ dicunt quādo bona dicunt non ipsi dicunt. voluntate. s. atq̄ opere negando quod dicunt. Unde contingit vt homo disertus ꝛ malus sermonem quo veritas predicetur dicendum ab alio non diserto sed bono ipse componat. Quod cum ipse sit ipse a seipso tradit alienum. ille ab alio accipit suum. Cum vero boni fideles bonis fidelibus hanc operam commendant vtriq̄ sua dicūt. quia et deus ipsorum est cuius sunt illa que dicunt. et ea sua faciunt q̄ non ipsi componere potuerunt q̄ scđm illa composite viuūt Siue autē apud ppl'm vel apud quoslibet iam iamq̄ dicturus siue qđ apud populum dicēdum. vel ab eis qui voluerint aut potuerint legēdum est dictaturus oret vt deus sermonē bonū det i os eius. z Si eniz regina orauit hester pro sue gētis tēporali salute locutura apud regez vt in os eius congruū sermonez daret q̄tomagis orare debet vt talemunus accipiat q̄ pro eterna hoīm salute in verbo ꝛ doctrina laborat. Illi vero q̄ ea dicturi sūt que ab aliis acceperūt. ꝛ anteq̄ accipiāt orēt pro eis a quibus accipiunt. vt eis detur qđ per eos accipere volunt. ꝛ cum acceperint orent vt bene ꝛ ipsi proferant: ꝛ illi ad quos proferūt sumant. ꝛ de pspero exitu dictionis eidem grās agāt a quo se id accepisse non dubitant. vt q̄ gloriat' in illo glorietur in cuius manu sunt ꝛ nos ꝛ sermones nostri. Longior euasit liber hic q̄ volebaz q̄q̄ putaue

uā. Sed legenti vel audienti cui grat⁹ est lōgus nō est. Cui aūt longus est per partes eū legat: q̄ habere vult cognitū. Quē pro eius cognitiōis nō piget de lō gitudine nō q̄raf. Ego tn̄ deo nostro gratias agoq̄ in his quatuor libris nō qualis ego essem cui multa desunt: sed qualis esse debeat: qui in doctrina sana i. christiana non solum sibi: sed aliis eti am laborare studet: quantalacunq̄ po tui facultate disserui. Amen.

¶ Aurelii Augustini egregii docto ris de doctrina christiana liber quar tus: qui est vltimus istorum librorum feliciter expletus.

¶ Diui aurelii augustini Hipponensis episcopi de fide ad petrum diaconem liber incipit. A



Epistolam fi li petere tue charita tis accepi. In qua te significasti velle ihe rosolimā pgere: et po stulasti te litteris no stris instrui. quā de beas in illis partiqus vere fidei regu lā tenere: vt null⁹ tibi possit sensus he retice surripere falsitatis. Gaudeo q̄dē q̄ pro fide tua sine vllo pfidie vitio cu stodiēda sollicitudinē geris. sine q̄ nul la pōt prodesse: imo nec esse conuersio. Aplica q̄ppe dicit auctoritas: q̄ sine fide ipossibile ē placere deo. Fides nā q̄ ē bonorū oim fundamentū. Fides est hūane salutis iitiū. Sine hac fide ne mo ad filiorū dei numerū pōt ptinere. Q̄ sine ipsa nec i hoc sc'lo q̄sq̄ iustifi catiōis grām cōsequit: nec in futuro vi tā possidebit eternā. Et si q̄s hic non ambulauerit p fidē. nō pueniet ad spe ciē. Sine fide ois labor hois vacu⁹ est Tale quippe est: vt sine vera fide quis q̄ velit deo per contēptum seculi pla cere: quale si quisq̄ tendens ad patriā in qua scit se beate esse victurū. relin quat itineris rectitudinem et improui dus sectetur errorē: quo non ab beataz ciuitatē perueniat: sed in precipitiū ca dat. vbi non gaudiū peruenienti daf. sz cadēti interitus inferatur. Uerūtamē vt de fide sufficiens sermo promaf. nec tēporis suffragatur spaciū. q̄ celeriter nostrū cupis habere responsum. Et tā magnū est huius disputationis opus. vt a magnis viꝛ possit impleri. Neq̄ ei poposcisti sic te debere de fide instrui vt vnā quālibet heresim designares cō tra quā specialiter nostre disputationis vigilaret intentio. Sz cū indiffinite dif finitionē fidei petis eamq̄ cupis etiam sub breuitate concludi. videsprocuidu bio q̄ sit nobis impossibile. vt rem tan tā in breui plene cōprehendamus. Cui sufficientes esse non possumus. etiāz si tantū spacium temporis et tale nobis esset ingenium. vt multa volumina de hoc quod a nobis expetis facere vale remus. Sed q̄ deus prope est omnib⁹ inuocantibus eū inveritate: qui verbū cōsummans et breuians fecit super ter rā. spero q̄ sicut tibi dedit huius fidei sctāz sollicitudinē: sic etiā mihi vt tuo tā bono tāq̄ laudabili seruiam desiderio: sufficientē tribuet facultatē: vt et si non potuero cuncta dicere: ex quibus om nis error hereticus possit agnosci: et a gnitus vel conuincivaleat vel vitari. tn̄ in nomine atq̄adiutorio sctē trinitatis q̄ vnus solus verus et bonus est deus. ea dicam in quibus saltem magna ex parte rationem fidei catholice constet sine aliqua erroris caligine contineri. Quibus retentis poteris et illa depre hendere atq̄ fugere que et si in hoc o pere videntur speciali disputatione cō uinci. tn̄ ex his que hicgeneraliter atq̄ absolute ponentur. appareant illa que infideles homines auribus volunt su surrare fidelium. non regula diuine ve ritatis tradita. sz nequicia humani er roris inuenta.

¶ Finit prologus.

De trinitate personaruz et vnitate essētie. B




Quocunqz igitur loco fueris cōstitutus qz secūdum regulam nostri saluatoris imperio ꝓmulgatam nosti te in vno patris et filii et spiritussācti nomine baptizatum principaliter atqz indubitanter toto corde retine patrem deum filium deum: et spiritumsanctum deum.i.sāctaz atqz ineffabilem trinitatē vnum esse naturalr̄ deuz. de quo in deuteronomio dr̄. Audi isrl̄. dn̄sdeu tuus deus vnus est: et dn̄m deū tuū adorabis et illi soli seruies. Verūtn̄ qz iustū vnuz deum: q̄ solus est verus naturaliter de⁹ nō patrē solū. neqz filiū solū: neqz soluz spm̄sctūm: sz simul patrē et filiū et spm̄ sanctū diximusesse. cauēdū est ne sicut patrē et filiū et spiritūsāctū vnū deū esse q̄tū ad naturalē attinet vnitatē veraciter dicimus. sic eū q̄ pr̄ est: eūdem vel filiū vl̄ spm̄sāctū: aut cū q̄ filius est siue patrē siue spm̄sāctū: aut eū q̄ spūsctūs ꝓpe in cōfessione huius trinitatis dr̄ vel patrē vl̄ filiū ꝑsonaliter dicere siue credere qd̄ oīno nefas ē audiam⁹. Fides eni quā scti pr̄iarche atqz ꝓphete añ incarnationem filii dei diuinitus acceperūt. quā ēt sācti apostoli ab ip̄o dn̄o i carne posito audierūt: et spūsācti magisterio istructi: nō solū sermōe predicauerūt verū etiam ad istructionem saluberrimā posteroꝝ scriptis suis iditā reliq̄rūt vnū deū ꝑdicat trinitatem.i. patrē et filiū et spm̄sctūm C Sz trinitas vera nō esset. vna eadēqz persona diceret pr̄ et filius et spūsāctus. Si eni sicut est patris et filii et spiritussācti vna substātia. sic esset vna persona nihil oino esset i quo veracit trinitas diceretur Rursus quidem tritas vera est. sz vn⁹ deus tritas ipsa nō esset. si quemadmodum pater et filius et spūsctūs personarum sunt ad inuicez proprietate distincti. si fuissent naturaruz quoqz diuersitate discreti. Sed qz i illo vno vero deo trinitate non solū q̄ vnus deus est. sz ēt q̄ trinitas est naturalr̄ verum est. propterea ipse verus deus i personis trinitas est. et in vna natura vnus est. Per hanc vnitatez natura lē totus par̄ in filio et spūsctō est. totus filius in patre et spūsctō est. totus quoqz spūsctūs in patre et filio est. Nullus horum extra quē libz ipsorum est. qz nemo alium aut p̄cedit eternitate aut excedit magnitudie aut supat ptāte. qz nec filio nec spūsctō quātum ad nature diuine vnitatez ptinet. aut anterior aut maior pater est. nec filii eternitas atqz immensitas. velut anterior aut maior spiritussācti immēsitatem eternitatēqz aut precedere aut excedere naturalitr pōt. Sicut ergo nec filius posterior aut minor est patre. ita nec spiritussāctus posterior aut minor est filio. Eternum quippe et sine initio est q̄ filius de patris natura natus extitit et⁹ eternum ac sine initio est q̄ spiritussanctus de natura patris filiiqz procedit. Ob hoc ergo tres vnuz recte credimus et dicimus deum. quia vna prorsus eternitas: vna immēsitas vna naturaliter est trium personarum diuinitas. Teneamus igitur patrem et filium et spiritumsanctuz vnum esse naturaliter deum. neqz tn̄ ipsum patrē esse qui filius est. neqz filium ipsum esse qui pater est. nec spm̄sanctum ipsuz esse qui pater aut filius est. Vna eniz est patris et filii et spūsācti essentia quam greci vsian vocant. in qua non est aliud pater. aliud filius: aliud spūsctūs q̄uis personaliter sit alius pater ali⁹ filius alius spiritussāctus. D

Qd̄ nobis maxime i ipso sctāꝝ scripturarū initio demōstratur. vbi deus dicit Faciamus hominē ad imaginē et silitudinē nostrā. Cū eniz in singulari numero dicit imaginem ostēdit vnā naturaz esse. ad cuius imaginē hō fieret. Cum vero dicit pluraliter nostrā. ostēdit eūdem deum ad cuius imaginē hō fiebat nō vnā esse personā. Si enim i illa vna

natura patris & filii & spiritussancti vna esset persona. nõ diceretur ad imaginem nostrã: sed ad imaginẽ meã. Nec dixisset faciam⁹: sed faciã. Si vero i illis trib⁹ personis tres essent intelligende vł credende substantie: nõ diceretur ad imaginem nostram. sed ad imagines nostras. vna ei imago triũ naturarum inequaliũ esse non posset. Sed dũ ad vnam imaginẽ vnius dei homo factus dicitur. vna sctẽ trinitatis essentialiter diuinitas intimatur. Deinde & paulo post pro eo q superius dixerat. Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostrã: sic hominem factũ scriptura narrauit vt diceret. Et fecit deus hominẽ: ad imaginem dei fecit eũ. Hanc trinitatem psonarũ atq3 vnitatem nature propheta Esaias reuelatam esse sibi non tacuit: cum se dicit seraphin vidisse clamãtia sctũs sctũs sctũs dominus deus sabaoth. Ubi prorsus in eo quod dicitur tertio sctũs personarũ trinitatem: in eo vero quod dicitur semel dominus de⁹ sabaoth: diuine nature cognoscimus vnitatẽ. In illa igitur sancta trinitate que ideo a nobis repetitur totiẽs: vt nostro cordi tenacius infigatur: vnus est de⁹ pater: qui solus essentialiter de seipso vnum filium genuit & vnus filius qui de vno patre solus est essentialiter natus: et vnus spiritus sanctus qui solus essentialiter de patre filioq3 procedit. Hoc aũt totum vna persona non posset id est & gignere se & nasci de se: & procedere de se. Quia igitur aliud est genuisse: q̃ natum esse. aliudq3 est procedere q̃ genuisse vel natum esse: manifestum est: quoniam alius est pater: alius fili⁹: alius spiritussanctus. Trinitas itaque ad personas patris & filii & spiritussancti refertur. vnitas ad naturam.

De assumptiõe humane nature a solo filio in trinitate accepte. E



Sicut ergo secundum illam diuinitatem: qua vnum sunt pater & filius et spiritussanctus: neq3 patrẽ natum credimus: neq3 spiritu3 sanctũ sed solũ filiũ: sic etiã scd'm carnem solũ filiũ natũ catholica fides & credit & predicat. Neq3 eni in illa trinitate propriũ esset solius patris: q2 non est natus ipse sed vnum filiũ genuit: neq3 propriu3 solius filii: q2 non genuit ipse: sed sol⁹ de patris essentia natus est: neq3 propriu3 spiritussancti q2 nec natus est ipse neq3 genuit: sed solus de patre filioq3 procedit si scd'm diuinam quidem naturã de⁹ pater de nullo nasceretur deo: scd'm carnẽ tñ ipe nasceret ex virgine Si eni pater nasceretur de virgine vna psona esset pr & filius ipsa aũt vna persona p eo q2 nõ de deo: s3 tantũ de virgine nasceretur: non dei filius: sed tm̃ hois fili⁹ veraciter diceretur. Ipse aũt dei filius dicit: q2 sic dilexit deus mũdũ: vt filiu3 suum vnigenitũ daret. Et iterũ. Nõ eni misit deus filiũ suũ in mundum: vt iudicet mundum: sed vt saluetur mundus per ipsum. Nec beatus dixisset Johannes Qui diligit genitorẽ: diligit & eum qui natus est, ex eo. Nec ipse filius dixisset. Pater me⁹ vsq3 modo operaſ et ego operor. Ipse ei qui fili⁹ diciſ: si idẽ esset & pater: nõ veraciter dei filius diceret: q2 non de deo: sed de sola virgine nasceretur. Ad extremũ nec ipse pater de celo testaretur: et suã corporali voce filiũ demõstrasset dicens. Hic est fili⁹ me⁹ dilectus in quo mihi bene complacui. Apl's quoq3 non dixisset de deo patre: qui proprio suo filio non pepercit s3 p nobis omnibus tradidit illum. F

Sed qm̃ oia ista diuinitus ad nostram doctrinã dicta sunt. & q2 diuina dicta sũt vtiq3 vera sũt. Uerũ est q fides catholica pdicat: & scd'm diuinitatẽ de pr̃e natũ esse solũ filium eternum cum patre: immortalem: impassibilem: atq3 incommutabilem deum: & secundum carnem non patrem sed vnigenitum eius filium: salua eternitate sua temporaliter

natum: salua impassibilitate sua passum salua immortalitate sua mortuum: salua incommutabilitate sua qua deus verus ⁊ vita eterna est veraciter suscitatum. Qui totum habet commune cum patre q̄ eternus naturaliter sine initio habuit et nihil habet cōe cū patre corꝫ qui in suā personā tpaliter atq̄ humiliter ille eternus atq̄ excelsus accepit Rursus si nō ille q̄ proprius atq̄ vnigenitus dei patris filius est: sed spūssanctus nasceret ex virgine. non ipsum qui factus est ex muliere: factus sub lege: natū de spūssancto ex maria virgine in symbolo acceptum ⁊ corde ad iusticiam crederet: ⁊ ore ad salutem sctā ecclesia cōfiteret. Sz ⁊ si ipse spiritussanctus qui patris ⁊ filii spiritus est: formam serui acciperet: non ipse spūssanctus super seipsum hominem factum in columbe specie celit⁹ adueniret. Pater ergo deus de nullo genit⁹ deo semel de sua natura sine initio genuit filium deū sibi equalē: ⁊ eadē qua ipse naturaliter eternus est diuinitate coeternum Sed idē deus filius cum sit eternus ⁊ verus: ⁊ cū p̄re scdm diuinitatem naturaliter vnus deus: scdm q̄ dicit. ego ⁊ pater vnū sum⁹. idē pro nobis est: homo factus verus ⁊ plenus: in eo verus: quia verā habet deus ille humanā naturam in eo vero plen⁹: q̄ ⁊ carnē humanā suscepit ⁊ aiam rōnalem. Idē tñ vnigenitus deus nat⁹ est semel ex patre semel ex matre. Natus est enim de patre de⁹ verbum: natus est de matre verbum caro factum. Vnus ergo est atq̄ idē de⁹ dei fili⁹ natus ante scl'a. ⁊ natus in seculo. ⁊ vtraq̄ natiuitas vnius est filii dei. diuina scdm quam creditur in forma dei coeternus patri deo scdm quam semetipsum exinaniēs ⁊ formā serui accipiēs nō solū in conspectu materni vteri semetipsum dū hō fie: et eadē seruilis forme susceptiōe formauit verū etiā de eodem matris vtero idem deus homo factus exiuit: ⁊ in cruce idem deus homo factus pependit: et in sepulcro idē deus homo factus iacuit. ⁊ ab inferis idem deus homo factus tertio die resurrexit. sed i sepulcro scdm solā carnem idē deus iacuit. ⁊ in infernū scdm solā aiam descēdit. ¶ Qua de inferis ad carnē die tertia reuertēte: idē deus scdm carnē qua in sepulcro iacuit de sepulcro resurrexit: ⁊ quadragesimo post resurrectionē die idē deus hō factus: in celum ascēdens in dextera dei sedit: inde in fine seculi ad iudicandos viuos mortuosq̄ venturus. Verbum ergo caro factū vnus est filius dei dñs Jesus christus: mediator dei ⁊ hominū Idcirco aūt mediator: q̄ idē deus atq̄ homo verus habēs cū patre vnā diuinitatis naturā: ⁊ humanitatis vnā cū matre substantiā: habēs ex nobis vsq̄ ad mortē iniqtatis nr̄e penā. habens incōmutabilem de deo patre iusticiam. ꝓpter iniqtatē nr̄am tēporaliter mortu⁹ propter iusticiā suā ⁊ ipse viuus semꝑ ⁊ immortalitatē mortalibus largitur⁹. Qui perfectam quidem humanitatem suam in ipsa diuinitatis sue perfectiōe seruauit. veritatem vero mortalitatis nostre per susceptionē mortis. veritate atq̄ incōmutabilitate sue immortalitatis absorbuit. Hoc est qd testat beatus petrus: q̄ xp̄s deglutiuit mortem vt vite eterne heredes efficeremur. Beatus quoq̄ paulus docet: q̄ xp̄s mortē deglutierit: illuminauerit autem vitam ⁊ incorruptionē. Christus ergo mortem gustauit: q̄ verus homo est idēq̄ mortē deglutiuit: q̄ verus deus ē. Idē q̄ppe sicut dicit aplūs: mortuus est ex infirmitate: sz viuit ex virtute dei. vnus atq̄ idē q̄ scdm ꝓphetiā btī dauid ⁊ hō factus est in syon ⁊ ip̄e fundauit eā altissimus. Itaq̄ nec diuinitas christi aliena est a natura p̄ris: scdm id. quia i principio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deum: ⁊ deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deū. Oia p ipm facta sunt ⁊ sine ipso factū est nihil. Nec humanitas eius aliena ē a natura m̄ris: scdz id qd verbū caro factū est: et habitauit in nobis. Illa cui natura q̄ semꝑ genita manet ex patre: nostram naturam sine peccato suscepit vt nasceretur ex virgine. Neq̄ enim natura eterna at-

q3 diuina tēporalr concipi et temporaliter nasci ex natura humana vllaten⁹ posset.nisi scd̄m susceptionem veritatis humane .verā temporalr cōceptionem atq3 natiuitatem ineffabilis in se diuinitas accepisset. ¶ Sic est deus ef nus ac verus: ꝑaciter scd̄m tēp⁹ ꝛ cō ceptus ꝛ natus ex virgine Dū eni venit plenitudo tempis misit deus filium suū factū ex muliere: factū sub lege: vt eos q̄ sub lege erāt redimeret :vt adoptionē filiorū reciperemus.illo.s.deo naturalr facto filio hoīs q̄ vnus est natura lr filius dei patris vngenitus. Hoc vtiq3 Joannes euangelista confirmās postq3 dixit : ꝛ verbum caro factum est ꝛ habitauit in nobis:subsequenter ait. ꝛ vidimus gloriā eius gloriam quasi vnigeniti a patre plenum gratie ꝛ veritatis.Sic ille omnium spirituum omniumq3 corporum . id est omnium naturarum creator ꝛ dominus.creauit ꝟginem creandus ex virgine:et cuius ipse factor est matrem sibi fecit. quando de eius carne concipiēdus atq3 pariēdus veram materiam carnis de⁹ immensus ac sempit̄nus accepit.vt ꝛ scd̄m veritatem forme seruilis deus hō misericorditer fieret. ꝛ scd̄m formā dei naturali veritate idē deus hō ꝑmanens non careret. Sic igitur Christum dei filium .id est vnam ex trinitate personam deu3 verum crede .vt diuinitatem eius de natura patris natam esse nō dubites. Et sic eum verū hominē crede:vt eius carnē non celestis :non aeree:non alterius cuiusq3 putes esse nature: sed eius cuius est omniū hominū caro: id est qua3 ipse deus homini primo de terra plasmauit : et ceteris hominibus plasmat quos per propagationem ex hominib⁹ creat.Sed licet caro Christi ꝛ omniu3 hominum vnius eiusdemq3 nature sit: hec tamen quam deus verbum ex maria virgine sibi vnire dignatus est sine peccato suscepta sine peccato nata est: vt pote scd̄m qua3 deus eternus ꝛ iust⁹ misericorditer ꝛ conceptus ꝛ natus est ꝛ dn̄s glorie crucifixus est. ¶ Quibus autē verbis explicabitur carnis illius excellentia singularis:cuius diuina est ex ipsa sui conceptione persona : cuius origo natiuitatis insolita qua sic verbum caro factum est.vt vna ꝑsona esset cum carne sua vnigenitus ac sempiternus deus. ipsa sue carnis conceptione cōceptus. Ista3 vero ceterorum hominū carnem:per humanum certum est nasci concubitum :viro seminante femina vero concipiente atque pariente. Et quia du3 sibi inuicem vir mulierq3 miscentur vt filios generent sine libidine non est parentum concubitus : ob hoc ex eorum carne nascentium.non potest sine peccato esse conceptus .vbi pctm̄ in paruulos nō trāsmitt'it propagatio:sed libido. Nec fun ditas humane nature facit homines cum peccato nasci : sed feditas libidinis quam homines habent ex illius primi iustissima condemnatione peccati. Ideo beatus Dauid q̄uis de legitimo nasceretur iustoq3 coniugio.in quo scilicet nec infidelitatis culpa : nec fornicationis macula poterat inueniri ; ꝓpter originale tamen peccatu3 quo naturaliter obstricti sunt filii ire non solum impiorum filii : sed omnes etiam qui de iustorum sanctificata carne nascuntur . clamat et dicit . Ecce eni3 in iniq̄tatibus conceptus su3:ꝛ in peccatis concepit me mater mea.Sanctus etiam Job dicit:mundum a sorde non esse hominem . nec si vnius diei sit vita eius super terram. Dei ergo filius vnigenitus.qui est in sinu patris:vt carnem hominis animamq3 mundaret susceptione carnis atq3 anime rationalis incarnatus est:et qui est deus verus homo verus factus est : non vt alter deus esset alter homo. sed idem deus idē3 homo. Qui vt illud peccatu3 quod in concubitu mortalis carnis generatio humana contraxit auferret conceptus ē nouo more deus incarnatus in matre virgine : sine coitu viri: sine libidine concipientis virginis : vt per deum hominem quem absque libidine conceptum inuiolatus edidit virginis vterus: ablueret pctm̄q̄d nascē

Quid de creatura credere oporteat. ¶



Rincipaliter itaq3 tene omnem naturam que non est trinitas deus ab ipsa sancta trinitate: que solus deus eternus et verus est creatam ex nihilo. Ac si vniuersa in celis et in terra visibilia et inuisibilia: siue thronos: siue dñationes siue. principatus: siue ptãtes: opus atq3 creaturã esse scte trinitatis. q est vnus deus rerum oim creator et dñs: eternus oipotens et bonus: hñs naturalr vt sp sit et mutari aliqñ nõ possit. Et hic deus q sine iitio sp est: qr summe est: dedit rebus a se creatis vt sint: nõ tñ sine initio: qr nulla creatura eiusdem nature est: cuius est trinitas vnus verus et bonus deus a quo creata sunt oia. Et qr summe bonus est: dedit oibus naturis qs fecit vt bone sint: nõ tñ tãtũ bone qtũ creator oim bonorum. Qui nõ solũ sũme bonus sz etiã summũ atq3 icõmutabile bonum est: qr eternũ bonũ est: nullũ hñs defectum qr nõ est ex nihilo factũ: nullũ hñs profectũ qr nullũ hz initiũ. Ideo qppe nature a deo facte pficere possunt. qr esse ceperunt: ideo deficere: qr ex nihilo facte sunt. Ad defectũ eas cõditio ducit originis ad profectũ vero prouehit opatio creatoris: In eo igit primũ trinitatisq deus verus est: eternitas sine initio naturalis agnoscitur. qr quedã ita fecit: vt cũ esse qdẽ ceperint: tñ nõ esse aliqñ nõ possint. in eo vero eius oipotẽtia intelligit: qr omnẽ creaturã visibilẽ atq3 inuisibilem. i. corporalẽ atq3 spiritualẽ de nihilo fecit: in qbus ipsa rerũ diuersitas multo magis cõmendat bonitatẽ atq3 oipotentiã creatoris. Nisi eni oipotẽs esset nõ vna eadẽq3 facilitate sũma atq3 ima fecisset. Et nisi summe bonus esset: nõ se gubernãdis rebus quoq3 infimis pñtitisset. ¶ Igr tam in magnis q in paruis qbusq3 reb9 cõditis magna est bonitas atq3 oipotẽtia cõditoris. Oia eni sapiẽter fecit summa veraq3 sapientia: cui naturaliter hoc est esse qd sapiẽtem esse hoc facere quod sapienter facere. Simpicitas itaq3 multiplicis sapientie dei magnitudinez celsitudinis sue: no soluz i magnitudine sublimium creaturarum: verum etiã in ifimarum paruitate cõmẽdat: dũ bona oia q creauit: nõ solum multo inferius dissimiliusq3 suo creatore sunt vt pote non prolata de seipso: sed facta prorsus ex nihilo: verũ etiã inter se non qualr sunt. sz vnaqq3 res ita pmanet sicut a deo cũ non esset accepit: alia qdẽ sic: alia autez sic. Neq3 eniz sic datũ est corporibus vt sint: sicut spũs acceperunt: cũ ipsa quoq3 corpora nõ equaliter sint et in ipsis celestibus atq3 terrestribus inueniat nonnulla diuersitas: cũ taz celestia q terrestria non solum impari diſtent qtitate molis. verũ etiaz dissimili splendeant claritate. Alia namq3 est sicut dicit Apostolus claritas celestium corporum. alia trestriũ. In ipsis quoq3 celestibus. alia claritas solis. alia claritas lune. alia claritas stellaruz. Stella eniz differt a stella in claritate. Corporaliũ igit naturarum diuersitas ostendit vnam quãq3 earum non hoc esse quod ex se semper habere potuerit. sed quod ex dispositione atq3 opere oipotẽtissimi atq3 incommutabilis et sapientissimi creatoris accepit. Quod si vnius eiusdemq3 nature esset quelibet creatura corporalis: cuius est sancta trinitas que vnus est deus: nec localiter in loco esset nec temporis mutationem aliquando sentiret: nec de loco ad locum transiret nec circumscriberetur: quantitate molis sue. ¶ Que omnia ostendunt huiusmodi naturarum illum esse opificem. cui nullus latus aut angust9 est locus: quia non minus in angustis q in latis totus est. Nec mutatur tempore qui solus potest volumina temporum nõ temporali volubilitate sed eterna stabilitate mirabiliter ordinare.

Neq3 enim in tempore cogitat quemadmodum temporum series rerum decessione aut successione transcurrat: nec aliqua molisq quãtitate terminatur quia nullo fine concluditur. Neq3 per-

mundi partes partibus suis maiori= bus est ipse diffusus: vt maiores mun= di partes suis maioribus ipleat: et mi nores minoribus iplendo: nusq̃ tamen totus se infundat. ¶ Ipse eni est deus qui ait. Celum et terram ego impleo. Omnia igitur que fecit: id est spiritus ꝛ corpora: summa et ima: cele= stia atq; terrestria: viuētia et quibus vi uendi facultatem non dedit: ineffabili= ter vbiq; totus dominus deus ꝛ iplet ꝛ cōtinet. Nec in his que diuidunt ipse diuiditur: nec in his que mutantur vl= la mutatione variatur. Nisi enim natu/ raliter incōmutabilis ipse esset: nunq̃ i rebus mutabilibus ordo quidem consi lii ac dispositionis eius incommutabi= lis permaneret. Deus igitur rerum cor porearum atq; incorporearum creator immensus: eo primū se nullum esse cor/ pus ostendit: quia quibusdam corpori= bus vitam non dedit: cum corpora om= nia ipse creauerit. Ipse autem natura liter vita est: quia si vita non esset: non viuentia corpora non fecisset. Neq; eni facit rem non viuentem nisi res viuens Non igitur vnius nature sunt cum deo corpora que viuere omnino non possūt. Ac sic neq; illa corpora vnius nature cum deo sunt: quibus singulis singulos brutos atq; irrationales spiritus: qui= bus eadem corpora viuificarentur: ac sensificarentur inseruit. Sed nec ipsi bruti spiritus vnius nature cum deo sit qui licet viuificandis sensificandisq; co gnoscatur inseruisse corporibus. ipsis tamen spiritibus nullum intelligendi largitus est lumen. quo suuz posset aut cognoscere aut diligere creatorem. Ip sos quoq; spiritus quos rationales at q; itellectuales esse nō dubiū est: quis audet blasphemo spū ꝛ ceco corde eius dē nature cuius est deus: vel putare vl dicere: cū deus vtiq; naturaliter incō= mutabilis oino sit ꝛ immensus. Qui cum in se diuersitatez vllā habere non possit: in eisdē tamen spiritibus quos rationales atq; intellectuales fecit: di uersitatem sue opationis ostendit. In quibusdā eñ: id est q̄ terrenis ac mor= talibus sunt inserti corporibus: ꝛ si nl lus est eis localis motus: quia per loco rum corporalium partes cum ipsi i cor poribus sint: non particulatim sunt: s; sicut in totis corporibus toti sic in eo= rundem corporum partibus toti sunt. tamen cogitationū varietas diuersita tem in eis cuiusdam temporalis motio nis ac mutationis ostendit: dū modo a liquid nescieunt: modo sciunt: modo vo lunt: modo nolunt: modo sapiunt modo desipiunt: modo iniqui ex iustis modo iusti sunt ex iniquis: modo pietatis illu strantur lumine: modo deprauantur te nebroso impietatis errore. ¶ Illos quoq; quos terrenorum corpor grauat nulla lutulenta materies .i. an= gelicos spiritus: quis non videat non vnius nature esse cum deo sed factos ex nihilo: quorum naturalis mutabili= tas in eo cognoscitur quia eiusdem na ture pars est in deterius permutata. Deinde q; hi qui deprauati non sunt: li cet illius dono: a quo cū non essent fa cti sunt indefessa ꝛ inquantum creatu re angelice gratis datum est: perfecta dilectione: contemplatione atq; exulta tione multitudinem dulcedinis domini incessabiliter sumant: nec ab eo natura li conditione deficiant: si et inherenti= bus deo nihil inest de varietate tempo ris: quia collato sibi eterne incorruptio nis atq; incommutabilitatis munere nihil in se sentiant mutationis. inest ta men singulis naturalis terminus: quo a se inuicem discernuntur quia nullus eorum in alio est. Et cum vni eorum o/ pus quodlibet iniungitur. alius quoq; alteri operi implendo diuine potesta= tis deputatur arbitrio. Hec omnia ostē dunt etiam sanctos angelos opera es= se scte trinitatis: cuius p singulas res quas vtiq; sicut voluit fecit: appet mi/ rabilis ꝛ sapientia i dispositiōe: ꝛ vir= tus i ope. Quosdā igit spūs sic de crea uit vt sēp eēnt. quosdā vo vt eē spūs qñ q; desinerēt. Illos itaq; desituros q̄sdā ex aqua: q̄sdā q: sic voluit omnipotens pduxit ex terra. Superiores vo spūs nullum cū corporeis elementis habere

fecit naturale cōsortiū: quos eternos creauit: ⁊ eis facultatē atq; intelligentiam cogitande: cognoscende diligendeq; diuinitatis inseruit. Quos tñ ita creauit: vt etiā pre se ipsis illum diligerēt. cuius se tales creatos opere cognouissent: cum eoꝝ vt tales fierent nulla merita precessissent. ¶ Ut aūt hec dilectio haberet iustā ⁊ cōgruā laudē voluntatis quoq; eis tribuit libertatez vt esset eis possibile siue ad eū q̄ supra eos est intentionem sancte dilectionis erigere. siue ad se vel ad ea q̄ īfra eos sunt graue cupiditatis semetipsos pondere declinare. Non est igitur natura que ineternum possit siue misere siue bñ viuēdo subsistere: nisi que potest de deo ipsius dei munere cogitare Hec autē natura ītellectualis ī aīabus est hoīm ⁊ spiritibus angelorum. Deus quippe diligendi ac cognoscendi se nō nisi angelis ⁊ hoībus indidit facultatem. Quib⁹ propꝫ arbitrii libertatem que maxime debuit intellectuali creature: creatoris benignitate cōferri: ī a cognoscēdi et diligendi se facultatem voluntatēq; donauit: vt ita vnusq̄sq; et habere posset ⁊ perdere. Si q̄s tñ sponte eam pderet: suo eā deinceps arbitrio resumere nō valeret: vt illius esset sancte cogitationis initia gratuite dono bonitatis denuo reuocādis quibus vellet īfundere: cuius fuit in ipso creationis exordio nullis p̄cedētibus meritis spūs ⁊ corpora locis atq; affectionib⁹ prout ipse sapiens voluit cōgrue ⁊ mirabiliꝫ ordiare. Angeli ergo atq; homines p eo q2 rōnales sūt facti. eternitatis ac beatitudinis donū in se a nature spūalis creatore diuinitus acceperunt ita. s. vt si dilectioni creatoris sui iugiter inhesissent: simul eterni beatiq; māsissent. Si vō pprie libertatis arbitrio contra summi creatoris imperium: suā niterentur facere voluntatem: protin⁹ a cōtumacibus beatitudo discederet: ⁊ ad supplicium eis relinqueref eternitas misera: erroribus deinceps doloribusq; cruciāda. Et de angelis q̄dē hoc disposuit ⁊ impleuit: vt si q̄s eoꝝ bonitatē volūtatis pderet. nunq̄ eā diuino munere repararet. Pars itaq; angeloꝝ q̄ a suo creatore deo q̄ solo bono beata fuit volūtaria prsus auersiōe discessit. eq̄tatis supne iudicio: īitiū sue damnatiōis ipsa auersiōe volūtatis fuenit vt nō aliud ei esset īcipere iā puniri: q̄ illius beatifici boni dilectione destitui quā deus īeterno sic totā p̄cepit remanere supplicio: et etiā ignem ei eternuz p̄pararet: ī quo oēs illi preuaricatores angeli nec mala possint vnq̄ voluntate carere nec pena: sed permanente in eis iiuste auersiōis malo: pmaneat etiam iuste retributiōis eťna dānatio. ¶ Bonorum maloꝝ pīceps dyabol⁹ primos hoīes q2 ad pcti p̄ncipiū inuidus duxit: nō eis tm̄ sz ⁊ vniuerse ppagini eoꝝ cū vitio pcti meritū mortis īseruit. Deus aūt misericors ⁊ iustus sicut diabolo atq; angelis ei⁹ ppria voluntate cadētib⁹ ceteros āgelos ī sue dilectionis eternitate firmauit: sic etiā hūani generis massā nō totā ī sempiťnū pire pmisit: sz quos voluit ei⁹ gratuita bōitas repulsis tenebr; ī q̄b⁹ oīs hūana natiuitas pcti originalis cōdēnatiōe versaf: reducēdo ⁊ p̄destinauit ad lucē: in eo p̄cipue demōstrās q̄ istos originalis pcti vinculis ī debita grā liberatoris absolueret. cū alios ⁊ q̄m maxime paruulos q̄bus nulla pñt vel bona vel mala iesse ppria merita volūtatis īsolubili nexu eterna dānatio retineret. Bone quoq; volūtatis ⁊ cogitatiōis ītiū nō hoī ex seipso nasci: sz diuinit⁹ ⁊ separi ⁊ tribui in eo de⁹ euidēter ostēdit: q2 neq3 dyabolus neq3 aliq̄s angeloꝝ eius ex quo ruine illius merito ī hāc īferiorē sūt d̄trusi caliginē: bonā potuit aut poterit resumere volūtatē. Q2 si possibile esset vt hūana natura postq̄ a deo auersa bōitatē pdidit volūtatis ex seipa rursus eā hr̄e potuisset: multo possibilius hoc naťa hr̄et āgelica: q̄ q̄to min⁹ grauaťreni corpis pondere: tāto magis hac esset p̄dita facultate. Sz ostendit deus vñ bona volūtas hoibus def: quā sic amiserūt āgeli cū hr̄ent: vt amissam deinceps habere nō possent. Q̄ñ igitur

digna est eadem voluntas bona per dei gratiaz eterne beatitudinis premio: et iniquitas angelica atq humana nō dz esse inpugnita propterea secundū catholice fidei regulam venturum esse filiuz dei ad puniendos omnes peccatores angelos: et ad iudicandos homines viuos et mortuos fideliter expectamus. Testatur enim beatus Petrus qz deus angelis peccātibus nō pepercit: sz carceribus caliginis inferi detrudēs tradidit in iudicio puniendos reseruari. De hominibus quoq viuis ac mortuis iudicandis hec ait beatus Paulus Testificor coram deo et xpo Jesu: q iudicaturus est viuos et mortuos et aduentum ipsius et regnum eius. In cuius aduentu ab illo primi hominis corpore quod deus de terra plasmauit vsq ad omnium hominum corpora que animata quandoque viuere ceperunt ab illo resuscitabūtur: a quo operante creata sunt. V Singula vero corpora illis singulis suis aīmabus in resurrectione reddentur. quas in maternis vt viuere inciperent ventribus habere ceperunt. vt. s. anime in illo examine iusti iudicis. in eisdem singulis corporibus suis accipiant retributionem siue regni siue supplicii i quibus siue bonam siue malam qualitatem vite pñtis habuerint. Qualitas autem male vite ab infidelitate incipit: que ab originalis peti reatu initiuz sumit. In quo quisquis viuere ita incipit: vt añ finiat vitam q̄ ab eius obligatione soluatur: si vnius diei vel vnius hore spacio anima illa vixit in corpore necesse est eam cum eodem corpore interminabilia gehenne sustinere supplicia: vbi dyabolus cum angelis suis in eternum arsurus est: qui et primus peccauit: et peccatum primis hominibus persuasit Ubi cum eo etiam fornicarii idolis seruientes. adulteri molles masculorum concubitores. fures. auari. ebriosi: maledici. rapaces: et omnes qui opera carnis agunt. de quibus beatus dicit apostolus. quia regnum dei non consequentur. si ante huius vite terminuz a viis suis malis conuersi non fuerint eternis ignibus exurētur. Omnis enī homo qui in hoc seculo vsq ad finem in iniquitatum delectatione et cordis obduratiōe permanserit: sicut hic eum noxia criminum delectatio tenuit: sic cum sine fine sempiterna cruciatio retinebit. Erit enīz etiam iniquoruz resurrectio: sed sine immutatione quaz solis fidelibus et ex fide iuste viuentibus daturus est deus. Hoc est enim quod ait apostolus Paulus. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. Ostendens autem iustos diuino munere commutandos ait: et nos immutabimur. Habebunt ergo iniqui cū iustis resurrectionē carnis communez immutationis tamen gratiaz non habebunt: que dabitur iustis. Quoniam a corporibus impiorum non auferetur corruptio et ignobilitas et infirmitas in qbus seminātur. X Que ob hoc morte non extinguētur: vt illud iuge tormentum corpori atq aīe sit mortis eterne supplicium. Juste vero animae quas hic redemptor deus gratis ex fide iustificauit: et iustificatis bñ viuendi vsq in finem perseuerantiaz tribuit in ipsis corporibus in quibus hic iustificationis gratiam diuinitus acceperūt: et in quibus iustificate p fidem: in charitate dei proximiq vixerunt: regni celestis eterna beatitudine potiētur glorificatis etiaz corporibus suis que sine dubio carnis natura quam deus creauit veraciter pmanente: non sic vt hic animalia sed spiritualia tunc habebūt Sanctorum enim seminatur corpus animale surget spirituale. In his p illaz immutationem que solis dabitur iustis implebitur: quod oportere dicit apostolus: vt corruptile hoc induat incorruptionem: et mortale hoc induat inmortalitatem. In quibus sexus masculinus vel femininus sicut eadem corpora creata sunt remanebit. Quorum gloria erit profactorum bonoruz diuersitate diuersa. Omnia tamen corpora siue masculorum siue feminarū quecunq in regno illo erunt: gloriosa erūt

qui presunt ppłis nō me coequaui: nec in conuiuio dñi mei superiorē locū elegi: sꝫ iferiorem & abiectū Et placuit illi dicere mihi: ascēde sursuꝫ Usqꝫ adeo aūt timebam episcopatū: vt quoniam ceperat esse iam alicuius momenti inter dei seruos fama mea: in quo loco sciebam non esse episcopum non illo accederem Cauebam autem hoc & agebam quātum poteram: vt in loco humili saluarer: non in alto periclitarer. Sꝫ vt dixi domino seruus cōtradicere nō debet veni ad istam ciuitatem ꝓpter videndum amicum quem putabaꝫ me lucrari posse deo: vt nobiscum esset in monasterio quasi securus: quia locus habebat episcopum. Apprehēsus presbiter factus sum. & per hunc gradum ad episcopatum perueni Non attuli aliquid. non veni ad hanc ecclesiam nisi cum his indumentis: quibus illo tempore vestiebar. Et quia hic disponebā esse in monasterio cum fratribus. cognito instituto & voluntate mea beatememorie senex Ualerius dedit mihi ortum illum. in quo est nunc monasterium. Cepi boni propositi fratres colligere compares meos: nihil habentes sicut nihil habebam. Et imitantes me: vt quomodo ego tenuē paupertatulaꝫ meā vendidi: & pauperibus meis erogaui: sic facerent & illi qui mecum esse voluissent: vt de communi viueremus. Commune autē nobis esset magnū & vberrimum p̄miū ipse deus. ¶ Perueni ad episcopatum: vbi necesse hr̄e epm exhibere hūanitatē assiduā quibuscꝫ venientibus siue trāseūtibus. Quod si nō fecissem eps ihumanus diceret. Si autē ista cōsuetudo i monasteriū missa esset indecens esset. Et volui hr̄e i domo ista epi mecū monasteriū clericoruꝫ. Ecce quō viuimus. Nulli licet in societate nr̄a habere aliqd ꝓpriuꝫ: sed forte aliq habēt nulli licet. & si q habent faciūt qd nō licet. Bene aūt sentio de fratribus meis & semp bene credēs. ab hac inquisitiōe dissimulaui. qꝛ & ista q̄rere quasi male sentire mihi videbatur. Nouerā enim & noui oēs qui mecū viuerent. nosse ꝓpositum nostrum. nosse legē vite nostre Uenit ad nos etiam pbr̄. Januarius: qd videbat̄ hr̄e honeste rogando quasi cōsumpsit. & nō ꝯsumpsit. Remansit illi quedā pecunia .i. argentum qd diceret esse filie sue. Filia ipsius deo propicio i monasterio feminaꝝ est bone spei. Gubernet illā dñs: vt impleat qd de illa speramus. in illius mīa. nō in eius meritis Et quia infra annos erat: & de sua pecunia nihil facere poterat: Quis enim videremus fulgorē ꝓfessionis: tū lubricum timebamus etatis. Factū est vt i pꝫ argentum q̄si puelle seruaret: vt cū ad legitimos annos veniret. faceret inde qd v̄ginem xp̄i deceret qñ optime iam facere posset. Dū hoc expectatur cepit ille morti propinquare. Qui diu tamen de suo iurans quia ipsius erat nō filie testamentū fecit. Testamētū inquā fecit pbr̄ socius noster nobiscum manens de ecclesia viuens. communem vitam ꝓfitens: testamētū fecit heredes: instituit O dolor illius societatis: o fructus natus non de arbore quam plantauit dominus. Sed ecclesiam scripsit heredeꝫ Nolo munera ista: non amo amaritudinis fructum. Ego illum deo querebam societatem ꝓfessus erat. hanc teneret hanc exhiberet. nihil haberet. testamētum non faceret. habebat aliquid: non se nostrū socium q̄si dei pauperem fingeret. Magnus mihi inde dolor est fratres. D Dico charitati vestre. ꝓpter hūc dolorē statuit hereditatem ipsam in ecclesia non suscipere. Filioꝝ ipsius sit quod reliquit. ipsi inde faciant quod voluerint. Uidetur enim michi quia si eam suscepero in isto facto quod mihi displicet: & quod doleo eius particeps ero. Hoc volui non latere charitatem vestram Filia ipsius in monasterio feminarum est. Filius ipsius in monasterio virorum est. Ambos exhereditauit. illam cum laude. istum. cum elogio id est cum vituperatione. Commendauit autē ecclesie vt non acciperent ipsas portiūculas. que ptinēt ad exheredatos: nisi cum ad legitimaꝫ etatē ꝑuenerīt. Hoc eis reseruet ecclia

Deinde litem dimisit inter filios suos:
in qua laboro. Puella dicit. meum est.
Nostis quia hoc dicebat sẽper pater
meus. Puer dicit. Credat patri meo:
quia moriens mentiri non potuit. Et
ista contentio quale malum est? Sed si
pueri ipsi serui dei sunt: litem hanc int
illos cito finimus. Audio illos vt pater
& forte melius q̃ pater ipsorum. Video
quid sit in re. sicut dñs voluerit cũ pau
cis fratribus fidelibus honoratis deo
propicio de numero vestro: id est de ple
be ista. Audio inter illos causam. & si
cut dominus donauerit finio. Tñ rogo
vos nemo me reprehendat: qr eius he-
reditatem nolo suscipiat ecclesia. Pri
mo: quia factum illius detestor. Deinde
quia institutum meũ est. Multi laudãt
quo dicturus sum: sed aliq̃ & reprehen
dunt. Vtrisq; satisfacere valde difficile
est. Audistis modo cũ euãgeliũ legere
tur. Cantauimus vobis & nõ saltastis
planximus & nõ luxistis. Venit iohãnes
baptista nõ manducans & nõ bibens: &
dicunt demonium habet. Venit filius ho
minis manducans & bibens: & dicunt
ecce homo vorax: potator vini: & amicus
publicanorũ. Quid ergo facio inter illos
qui parant me reprehendere. & dẽtes in
me ducere. si suscepero hereditates eo
rum q̃ filios suos irati exheredãt? Ite
rum qd facturus sum eis qbus canto &
nolunt saltare? Qui dicunt: ecce q̃re ne
mo donat eccl'ie hipponẽsi aliqd. Ecce
quare non eã faciunt q̃ moriunt̃ here-
dẽ. qr eps Augustinus de bonitate sua
donat totum laudãdo eni mordent la-
biis mulcent: & dentẽ figũt: donat totũ:
nõ suscepit. E Plane suscipio: p
fiteor me suscipere oblationes bonas:
oblationes sctãs. Si qs autem irascit̃
filio suo. & moriẽs exheredat eum si vi-
ueret non eũ placaret. nõ ei si iũ recon
ciliare deberẽt? Quomodo ergo cũ filio
suo volo vt habeat pacẽ: cuius appeto
hereditatẽ? Sz plane si faciat qđ sepe
hortatus sum. vnũ filium habet: putet
Christũ alterũ. Duos filios habet pu-
tet Christũ tertiũ. Decem habz christũ
vndecimum faciat & suscipio. Qr ergo
fecit hoc in qbusdã rebus: iam volunt bo
nitatem meam. vel cõmendationẽ fame
mee in aliud vertere vt in alio modo me
reprehendant. qr oblationes deuotorũ
hominũ nolo suscipere. Considerent q̃
multas susceperim: quid opus est nu-
merare. Ecce vnã dico. Filii iuliani he
reditatẽ suscepi. Quare? Quia sine fi
liis defunctus est. Bonifacii heredita-
tem suscipere nolui. non mia: sed timo-
re. Nauiculariã nolui esse ecclesiã chri
sti. Multi sunt quidẽ qui etiã de naui-
bus acqrunt. tñ vna tentatio si esset. si
iret nauis & naufragaret. hoies ad tor
menta daturi eramus. vt de submersio
ne nauis scdm consuetudinẽ quereren
tur & torquerentur a iudice qui essẽt de
fructibus liberati. sed non eos daremus
Nullo pacto eni hoc facere deceret ec
clesiam. Onus ergo fiscale persolueret
sed vnde psolueret? Enthecam nobis
habere non licet. Non est enim episcopi
seruare aurum. & reuocare a se mendi
cantis manum. Quotidie tam multi
petent: tam multi gemunt: tam multi
nos inopes interpellant: vt plures tri-
stes relinquamus. Quia quod possi-
mus dare omnibus non habemus.
Non habemus ergo enthecam. Pro-
pter nanfragium ergo hoc vitando fe-
ci: non donando. Nemo ibi me laudet
sed nemo & vituperet. Plane quando
donaui filio quod iratus pater moriẽs
abstulit: bene feci. Laudent qui volunt
parcent qui laudare nolũt. Quid plu
ribus fratres mei? Quicunq; vult ex
heredato filio heredem facere ecclesiã
querat alterum qui suscipiat: nõ Augu
stinũ: immo deo propicio neminem inue
niat. F Quã laudabile fa-
ctum sancti & venerandi episcopi au-
relii carthaginensis. quomodo imple-
uit omnibus qui sciunt os laudibus
dei. Quidam cum filios non haberet
neq; speraret. res suas omnes reten-
to sibi vsufructu donauit ecclesie. Na
ti sunt illi filii: & reddit eepiscopus nec
opinanti illi que donauerat. In pote-
state habebat episcopus non redde-
re: sed iure fori: non iure celi. Sane

etiam hoc nouerit charitas vestra: dixisse me fratribus meis: qui mecum manent: vt quicunque hz aliquid aut vendat et eroget aut donec et commune illud faciat. Ecclesia habeat per quam deus nos pascit. Et dedit dilationez vsque ad epyphaniam propter eos: qui vl' cum fratribus suis non diuiserunt. et dimiserunt quod habent apud fratres suos vel nendum de re sua aliquid egerunt quia expectabatur etas legitima. Faciant inde quod volunt. dum tamen pauperes mecuz simul expectemus misericordiam dei. Si autem nolunt: qui forte nolunt. certe ego sum qui statueram sicut nostis nullum ordinare clericum nisi qui mecum vellet manere: vt si vellet discedere a proposito: recte illi tollerem clericatum: quia desereret sctē societatis promissum: ceptumque consorcium. Ecce in cōspectu dei et vestro muto cōsilium. Qui volunt habere aliquid proprium: quibus non sufficit deus et ecclesia eius: maneant vbi volunt: et vbi possunt. non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas. Malum est. Quis nesciat? Malum est cadere a proposito: sed peius est simulare ppositū. Ecce dico audite. Qui socitatē communis vite iam susceptam que laudatur in Apostolorum actibus deserit a voto suo cadit: a professione sancta cadit obseruet iudicem: sed deum: non me. Ego ei non aufero clericatum. Quantum sit periculum ante oculos eius posui: faciat quod vult. Noui enim qz si aliquē hoc facientē degradare voluero: nō ei deerunt patroni: nō ei deerunt suffragatores: et hic et apud epos qui dicant. Quid mali fecit? Nō potest mecum tolerare istā vitā. Extra episcopiū vult manere. de pprio viuere: ideo nō debet pdere clericatuz. Ego scio quāti mali sit profiteri sanctuz aliquid nec implere. Vouete inqt et reddite domino deo vestro. Et melius est non vouere: quam vouere et non reddere. Virgo est si nunquam fuit in monasterio. Et virgo sacra est. nubere illi non licz. Esse in monasterio non compellitur. Si autem cepit esse in monasterio: et deseruit et tñ virgo est: dimidia ruit. Sic et clericus duas res professus est: et sanctitatē et clericatuz. Interius sanctitatē: nam clericatum propter populum suum deus imposuit ceruicibus ipsius: magis onus est quam honor. G Si quis sapiens est itelliget hec? Ergo professus est sctitatē: professus est communiter viuēdi societatem professus est quam bonum et quam iocundum habitare fratres in vnuz Si ab hoc proposito ceciderit. et extra manens clericus fuerit. dimidius et ipse cecidit. Quid ad me? Non eum iudico. Si foris seruat sanctitatez. dimidius cecidit. Si intus habuerit simulationē totus cecidit. Nolo habeat necessitatē simulādi. Scio quō hoīes ament clericatum. nemini eum tollo: nolentes mecum communiter viuere habeant deum. Qui mecum manere vult si paratus est pasci a deo per ecclesiam ipsius non habere aliquid proprium: sed aut erogare pauperibus. aut in commune mitterre maneat mecum. Qui hoc non vult: habeat libertatem. Sed videat vtrum habere possit felicitatis eternitatem. Sufficiant hec nunc interim charitati vestre. Quod egero cum fratribus meis annunciabo vobis. Spero enim bona quod omnes mihi libenter obediant. nec inuentur⁹ sum aliquos habere aliqd: nisi aliqua necessitate religionis: non occasione cupiditatis. Quod ergo egero post epiphaniam charitati vestre in domino voluntate nunciabo. Et quomō litez finiero inter duos fratres filios presbyteri ianuarii: non vobis tacebo. Multa locutus sum. Date veniam loquaci senectuti: sed timide infirmitati. Ego sicut modo videtis per etatem senui. per infirmitatem corporis olim sum senex. Tamen si deo placet quod dixi modo: ipse dat vires: non vos desero. Orate pro me. vt quantum inest aīa in hoc corpore et qualescunque vires suppetunt i ꝟbo dei seruiam vobis. Amen.

¶ Itē sermo secundus de vita et moribus clericorum. Ho

¶ Hic sermo videtur alterius.



Charitati vestre hodie de nobis ipsis sermo redendus est. Quod enim ait. Apostolus spectaculum facti sumus mūdo ꝛ angelis ꝛ hominibus: qui nos amant querunt quod laudēt in nobis: q̄ autē nos oderunt detrahunt nobis. Nos aūt in vtroꝝ́q; medio cōstituti: adiuuente dño deo nostro ꝛ vitā nostrā ꝛ famā nostrā sic custodire debemus: vt nō erubescāt detractoribus laudatores. Quō autez viuere velimus quō deo ꝓpicio iam viuamus cꝫ uis de scriptura sctā multa noueritis. tñ ad cōmemorāda ipsa de libro actuū apostoloꝝ vobis lectio recitabitur. vt videatis vbi descripta sit forma q̄ desideramus implere. Dū ergo recitat. vos intentissimos esse volo: vt post eius recitationez: qꝺ institui loquar dño donāte intentioni vr̄e. Cūq; diaconus lazarus legeret. Cū orasset motus est locus in quo erā cōgregati: ꝛ īpleti sunt oēs spūsancto: ꝛ loq̄bant v̄bū dei cum fiducia omī volēti. Multitudinis aut credentiū erat aīa vna ꝛ corvnū ꝛ nemo eorum q̄ possidebat dicebat aliquid suuz esse: sꝫ erant illis oīa communia. Et virtute magna reddebant apostoli testiōniū resurrectionis dñi Iesu xp̄i grāq; magna erat sup oēs illos: neq; enim egēs q̄sq; fuit inter illos. Quotquot enī possessores p̄dioꝝ vl' domoꝝ erāt vēdētes afferebant p̄cia illorum ꝛ ponebant añ pedes apostoloꝝ. Distribuebant autez vnicuiq; prout cuiq; opus erat. Dūq; lazarus diaconus recitasset ꝛ ep̄o codicē tradidisset. Augustinus ep̄s dixit. Etiam ego legere volo plus enim me delectat hui⁹ verbi eē lectorē: q̄ v̄bi mei disputatorē. Cū orasset motus ē locus in quo erāt cōgregati. ꝛ impleti sunt oēs spūsancto ꝛ loq̄bant verbū dei cū fiducia omī volenti. Multitudinis aūt credētium erat aīa vna ꝛ cor vnuz: ꝛ nemo eoꝝ q̄ possidebat dicebat aliqd suuz eē sꝫ erant illis om̄ia cōmunia. Et virtute magna reddebant apostoli testimoniuz resurrectiōis dñi. Iesu xp̄i. grāq; magna erat sup oēs illos neq; eni egēs q̄sq; fuit int' illos. Quotquot eni possessores p̄dioꝝ vl' domoꝝ erant vēdētes afferebant p̄cia illorum: ꝛ ponebant añ pedes apoſtoꝝ. Distribuebant autez vnicuiq; prout cuiq; opus erat. Cumq; ep̄s legisset dixit. Audistis qd vellimus: orate vt possimus. Cōtigit autē q̄daz necessitas: vt hec diligentius ageremus. Iam sicut iaz nostis p̄sbit' in nostra societate constitutus. quasi societati p̄hibet testimonium lectio quā modo cum recitaremus audistis moriens testamētuz fecit: qꝛ habuit vñ faceret. Erat quod diceret suū. cū in ea societate viueret: vbi nemini licebat dicere aliqd suū. sꝫ essēt illis oīa cōmunia. Si q̄s dilector ꝛ laudator nr̄ apud detractorē nostruz p̄dicaret istā societatē ꝛ diceret. cū ep̄o augustino sic viuunt oēs cohabitatores ei⁹. quō scriptum est in actib⁹ ap̄loꝝ continuo ille detractor caput mouens dētē promouens diceret. Ita v̄o sic ibi viuit. quomodo dicis. Quare mētiris? quare falsa laude honoras indignos? Nonne ibi mō in eoꝝ societate positus p̄sbit' testamētū fecit: ꝛ qꝺ habuit quomō voluit ꝛ disposuit ꝛ reliquit? Certe oīa ibi sunt cōia. certe nēo dicit aliquid suū. Sub his v̄bis quid ageret laudator meus. Nōne eē ei⁹ q̄si plūbo opilaret ille detractor? Nōne illum laudasse peniteret? Nōne reuerētia pfusus: ꝛ illius sermone cōfusus: vl' nobis vl' testatori illi malediceret? Hec fuit necessitas vt ad istam diligētiā veniremus. Nūcio q̄ vobis vñ gaudeatis. quia omnes fr̄es ꝛ clericos meos q̄ mecum habitāt p̄sbiteros diaconos. subdiaconos ꝛ patricium nepotem meū tales inueni quales desideraui. Sed sūt qui de sua qualicunq; pauptate qꝺ statuerant nōduz fecerūt. Hi duo sunt. valēs subdiacon⁹ ꝛ paulo añ dictus nepos me⁹ subdiacon⁹. Et mr̄is vita impediebat: qꝛ iñ viuebat. Expectabat in illo ēt legitie etatis

accessus: vt qd faceret firmissime faceret. Nondum aute3 fecit. qr ipsos agellos habet cu suo fratre cõmunes et sub idiuiso possidet. K Si autẽ eos cupit ecclesie conferre: vt inde alantur sui qui sunt in proposito sanctitatis: quousque in hac vita degũt. Scriptũ est enim et hoc. Apostolus loquitur. Quisquis autẽ suis. et maxime domesticis non prouidet. fidem denegat: et est infideli deterior. Hec autem mãcipia sunt ei similiter cũ fratre communia. nondum diuisa disponit ea manu mittere. nõ potest anteque diuidantur. Quid enim ad quẽ pertinet: adhuc ignorat. Ad ipsu3 sane quia maior est pertinet diuisio: et ad fratrem eius electio. Et ipse frater eius deo seruit. subdiaconus est cum sancto fratre meo: et coepiscopo. Seuero in ecclesia mileuitana. Hoc igitur: hoc sine dilatione peragendũ est: vt illi seruuli diuidantur: manumittantur. et sic de ecclesie vtero accipiant alimẽtũ. Nepos autem meus ex quo conuersus est et mecum esse cepit. impediebatur et ipse aliquid de agellis suis agere in vita vsufructuaria matre sua. q hoc anno defũcta est. Inter ipsum et sorores eius sũt queda3 cause in Christi adiutorio cito vt et ipse faciat qd dei seruum decet. qd ipsa professio. et ista exigit lectio. Diaconus faustinus: sicut pene omnes nostis de militia seculi ad monasterium conuersus est. hic baptisatus: inde diaconus ordinatus. Sed quia exiguum est quod videtur possidere. sicut iurisperiti loquuntur. iure non corpore relinquerat illud. et ab eius fratribus tenebatur. Nunque inde cogitauit ex quo conuersus est. nec ipse aliquid quesiuit a fratribus suis. nec ab illo aliquid est quesitum. Modo quia ventum est ad hunc articulum temporis cum consilio meo diuisit ipsam rem: et dimidiam donauit fratribus suis. et dimidia3 ecclesie pauperi in eodem loco constitute. Diaconus seuerus sub qua dei disciplina et flagello sit nostis: lumen tamen nõ perdidit mentis. Unam domum hic emerat propter matrem et sororẽ suam: quas de sua patria huc desiderabat adducere. Emerat autẽ nõ sua pecunia quam non habebat: s3 ex collatione religiosorum virorum: quos mihi querenti etiã nominans indicauit. De ipso non possum dicere quid fecerit. aut quid disponat: nisi quia totũ et ipse in mea posuit voluntate. vt quicquid ipse vellem hoc inde fieret. L Sed habet quasdam causas cum matre sua: quarum causarum me iudicem posuit: vt cum ille cause fuerint terminate. fiat de ipsa domo quod ego voluero. Quid aute3 velle potero deo regẽte: nisi quod iusticia iubet: et pietas postulat? Habet etiam in patria sua aliquos agellos disponit eos sic destribuere vt etiam illic in ipso loco posite pauperi largientur ecclesie. Diaconus hipponensis homo pauper est quid alicui conferat non habet: tamen de laboribus suis anteque esset clericus emerat aliquos seruulos. Hodie illos in conspectu vestro manumissurus est episcopalibus gestis. Diaconus eraclius ante oculos vestros versatur: opera eius lucent coram oculis nostris. De opere eius expensa pecunia memoriam sancti martiris habemus. De pecunia sua emit etiam possessionẽ ex cõsilio meo. Nam ipsam pecuniã volebat per manus meas erogari: sicut michi placeret. Ego pecunie auidus essem aut necessitates ipsas meas quas pro pauperibus habeo in hac causa plus curarem: pecuniam acciperem. Quare dicit aliquis. qr possessio illa que ab illo empta et ecclesie donata est adhuc nihil prestat ecclesie. Minus enim habebat ad precium. et quod mutuatus fuerat. hoc de eius adhuc fructibus redditur. Homo sum senex: quantus mihi de illa possessione potest fructus accedere? Nunquid promitto mihi tot annos esse victurum: donec suum precium illa persoluat? Quod ergo vix diu partibus reddet. de proximo haberem totum si sic accipere voluissem. Non fecit illud attendi. Fateor enim vobis et ipsi suspecta mihi adhuc eius etas fuit: et verebar ne forte vt sunt hoies mihi eius hoc

displicet: ꝛ diceret inductum a me fuisse adolescentem. vt bona eius paterna consumerem. ꝛ eum egentem relinquerem. M Ideo volui eius pecuniam in illa possessione seruari. vt si aliqd: quod deus auertat: aliter ꝙ volumus euenisset. redderetur villa: ne culparetur episcopi fama. Scio enim ꝙtum vobis sit necessaria fama mea. Nam mihi sufficit conscientia mea. Emit etiam spacium ab ipsa postera ecclesie. notum vobis: ꝛ sua pecunia edificauit domum. ꝛ hoc nostris. Ante paucos dies prius ꝙ sermonem de hac re haberem vobiscum: eam donauit ecclesie. Expectabat enim vt eam perficeret: ꝛ perfectam donaret. Fabricandi autem domum necessitas illi nulla erat: nisi quia cogitauit matrem suam huc esse venturem. Si ante venisset in re filii sui habitasset. Modo si venerit in ope filii sui habitabit. Testimonium ei perhibeo pauper remāsit: sed in charitatis possessione permāsit. Aliqui serui ei reliqui fuerāt: iam quidem in monasterio viuēte quos tamē gestis ecclesiasticis manumissurus est hodie. Nemo ergo dicat. diues est. nemo existimet: nemo locatur male: nemo seipsum ꝛ animam suam suis dentibus laniet. Pecuniam nullam habet seruatam. vtinam quam debet restituat. Ceteri id est subdiacones pauperes sunt deo propicio. misericordiam dei expectant. vnde ipsi satiant nō habēt. Nullas habētes facultates. finierūt mundi cupiditates. Viuunt nobiscum in societate communi. nemo eos distinguit ab eis qui aliquid attulerunt. Charitatis vnitas preponenda est terre commodo hereditatis. Restant presbiteri. Sic enim ad eos gradatim ascendere volui. Cito dixerim. Paupes dei sunt Nihil ad domum societatis nostre attulerūt: nisi ipsaꝫ. ꝙ nihil est chariꝰ charitatē R Verūtamē qm̄ scio natos fuisse rumores de diuitiis ipsorum: non a me aliquid compellendi: sed vobis meo sermone purgandi sunt. Vobis dico qui forte nescitis. Nam vestri plurimi sciunt presbiterum leporium: ꝙuis seculi natalibus clarum: et apud suos honestissimo loco natum tamen iā deo seruientem cunctis que habebat relictis inopem suscepi. non quia nihil habuit: sed quia iā fecerat quod lectio ista persuadet. Hic nō fecit: sed nos scimus ꝛ vbi fecit. Vnitas xp̄i est: ecclesia vna est. ꝛ vbicunqꝫ fec. t opus bonum pertinet ad nos. si congaudeamus. Ortus est vnus vbi nostis: vbi monasterium suis constituit: quia ꝛ ipsi deo seruiunt. Ille ortus ad ecclesiam non pertinet: sed nec ad ipsum. Et ad queꝫ dixerit aliquis? Ad illud quod ibi est monasterium. Sed quod veruꝫ est vsqꝫ ad hoc tempus curaꝫ pro illis ita gerebat. vt sumpticulos quibus sustētātur apud se haberet: ꝛ eis ipse vt videbat impenderet. Sed ne propter hoc daretur locus hominibus suspiciones suas rodentibus et ventrem non implentibus. hoc placuit et mihi et ipsi: vt sic se illi trāsigant: quasi iste iam de seculo exierit. Nunquid eniꝫ cum obierit ipse illis dispēsaturus est aliquid? Melius est vt videat illos bene versantes regēte deo in disciplina Christi sic viuentes vt de illis tā tūmodo gaudeat: nō eoruꝫ necessitatibus occupetur. Ergo et ipse nullam pecuniam habet quam suam dicere possit. Xenodochiuꝫ edificāduꝫ quod modo videtis edificatum: ego illi iniunxi: ego iussi. ille obtemperauit mihi libentissime: ꝛ sicut videtis operatꝰ est: q̄modo meo iussu etiā basilicam ad octo martires fabricauit: de his q̄ per vos deus donat. Cepit enim de pecunia que data erat ecclesie ꝓpter xenodochiū ꝛ cuꝫ cepisset edificare: vt sunt religiosi desiderantes opera sua in celo scribi: adiuuerunt prout qsqꝫ voluit ꝛ fabricauit. opus ante occulos habemus. omnis homo quid factum sit videt. de pecunia qꝛ non habet mihi credant: dentem compescant: ne frangant. Emerat de ipsa pecunia xenodochii: quandam domum in carraria: quam sibi existimabat ꝓpter lapides profuturam. sed lapides eius domus fabrice

necessarii non fuerunt: quoniam aliunde pulsi sunt. ¶ Domus ergo ipsa sic remanserit. pessionem praestat sed ecclesie. non presbytero. Nemo amplius dicat in domum presbyteri: ad domum presbyteri. an domum presbyteri. Ecce ubi domus presbyteri. Ubi est domus mea. ibi est domus presbyteri. Alibi non habet domum. sed ubicunque habet deum. Quid amplius queritis? nisi quia me illud memini etiam promisisse. ut ad vos perferrem quid egissem inter duos: fratrem scilicet et sororem: filios Ianuarii presbyteri: quia orta inter illos fuerat controversia pecuniaria. Sed tamen sicut inter fratres: salua deo propicio charitate: promiseram ego audire inter illos: et quicquid esset iudicando finire: parauerant me iudicem sed antequam iudicarent ipsi unde iudicaturus fueram finierunt. Non inueni unde iudicarem: sed unde latarer. Accesserunt omnino concorditer voluntati mee. et consilio meo. ut pares essent in pecunia quam reliquit pater eorum: ecclesia renunciante. Post sermonem meum locuturi sunt homines. Sed et quodlibet homines loquantur. qualicunque aura flante. perducetur inde aliquid ad aures meas. Et si fuerit tale ut sit nos iterum necesse purgare: respondebo maledictis: respondebo detractoribus. respondebo incredulis non nobis credentibus prepositis suis. respondebo ut potero quod dominus dederit. Interim modo non est necesse: quia nihil fortedicturi sunt. Qui nos amant libere gaudeant quod nos oderunt tacite dolebunt. Tamen si linguas exacuerit: audiet deo propicio vobiscum responsionem meam: non litem meam. Non eis homines nominaturus sum. et dicturus sum. ille hoc dixit. ille sic detraxit: cum forte etiam ad me falsa. quia et hoc potest fieri proferantur. Uerumtamen quecunque perlata fuerint: si oportere videbitur: loquar inde charitati vestre. ante oculos vestros volo sit vita nostra. Scio quia querentes licentiam male faciendi querunt sibi exempla male viuentium: et multos infamant: ut socios inuenisse videantur.

¶. Ideo quod nostrum est fecimus plus quod faciamus: non habemus ante vos oculos sumus: nullius aliquid desideramus: nisi bona opera vestra. Et vos exhortor fratres mei. si aliquid vultis clericis dare. sciatis quia non debetis quasi vicia eorum fouere contra me. Omnibus offerte quod vultis offerte de voluntate vestra. quod commune erit. distribuitur unicuique: sicut cuique opus erit. Gazophilacium attendite: et omnes habebimus. Ualde me delectat si ipsum fuerit presepe nostrum: ut nos simus iumenta dei. vos ager dei. Nemo det birrhum lineam tunicam nisi in commune. De communi accepi et mihi ipsi: cum scio commune me velle habere: quicquid habeo. Nolo talia offerat sanctitas vestra: quibus ego solus quasi decentius utar. Offeratur mihi: verbi gratia. birrhum preciosum forte decet episcopum: quamuis non deceat augustinum. i. hominem pauperem: de pauperibus natum. Modo dicturi sunt homines quia inueni preciosam vestem: quam non possem habere. vel in domo patris mei: vel in illa seculari professione mea. Non decet. Talem debeo habere: qualem possum. si non habuerit: fratri meo dare.

Qualem potest habere presbiter: qualem potest habere decenter dyaconus et subdyaconus: talem volo accipere: quia in commune accipio. Si quis meliorem dederit: vendo: quod et facere soleo ut quando non potest vestis esse communis precium vestis possit esse commune. Uendo et erigo pauperibus. Si hoc eum delectat: ut ego habeam. talem det de qua non erubescam. Fateor enim vobis de preciosa vestre erubesco: quia non decet hanc professionem non decet hanc ammonitionem. non decet hec membra: non decet hos canos. Etiam illud dico: si forte in nostra domo: in nostra societate eger est aliquis. vel post egritudinem ut necesse sit eum ante horam prandii reficere. non prohibeo religiosos vel religiosas mittere eis quod eis videtur ut mittant. Prandium tamen et cenam extra nemo habebit. Ecce dico. auditis audiunt. Qui habere voluerit proprium: et de proprio viuere: et contra ista precepta nostra facere. paratum est ut dicam. non mecum manebit sed clericus non erit. Dixeram

enim ⁊ scio me dixisse: vt si nollent su-scipere socialē vitā mecū:nō illis tollerem clericatum seorsū manerent:seorsum viuerent. quō nossent deo viuerent Et añ oculos possui:q̄tum mali sit a ꝓposito cadere. Q Malui enim habere vel claudos:q̄ plangere mortuos Qui enim hipocrita est: mortuus est. Quomodo ergo quicunq̄ voluisset extra manere ⁊ de suo viuere:non ei tollerē clericatū. ita mō q̄ placuit illis deo ꝓpicio socialis hec vita. q̄sq̄s cū hipocrisi vixerit:q̄sq̄s inuētus fuerit habēs ꝓpriū:nō illi ꝑmitto vt idē faciat testamentū:s3 delebo eū de tabula clericorū Interpellet cōtra me mille cōcilia. nauiget cōtra me q̄ voluerit. sit certe vbi potuerit. adiuuabit me dñs: vt vbi ego ep̄s sum:ille clericus esse nō possit. Audistis. Audierunt. S3 ⁊ spero in deū nostrū: ⁊ miam ei⁹ q̄ sicut dispositionem meā istā hilariter acceperūt:sic eā pure fideliterq̄ seruabūt. Dixi aliq̄d suū nō habere pb̄ros cohabitatores meos int̄ q̄s est ⁊ pb̄r barnabas: sed ⁊ de illo audiui quedā fuisse iactata. ante omnia q̄ emit villam a dilecto ⁊ honorabili filio meo eleusino. hoc falsum est. Monasterio donauit ille:nō vendidit. Ego sum testis. Quid āplius q̄ratis ignoror Ego sum testis. donauit ille:nō vendidit. S3 dū nō credit̄ donare potuisse creditus est vendidisse. Btūs hō q̄ tam bonū opus fecit:vt nō crederet̄. Tñ vt̄ mō credite ⁊ detractores audire libēter desinite. Iā dixi. Ego sū testis. Dictū est de illo anno prepositure sue ꝑ industriā debita fecerit:vt dum volo ego reddi debita:darē illi poscenti fundum victorianensem: tanq̄ dixisset mihi: vt reddā debita mea da michi in decē annos fundū victorianensem. Et hoc falsum est. S3 fuit vnde rumor nasceret̄. Fecit debita reddēda. a nobis reddita sunt partim vnde potuerunt. Remansit aliquid q̄d nō debeatur etiā monasterio illi. q̄d ꝑ ip̄m de⁹ instituit. Cū ergo remansisset: cepimus q̄rere:vnde debitū redderemus. Ad conductionē ipsi⁹ fundi nullus accessit: nisi quadraginta solidos offerens pensiones. Sed vidimus fūdū amplius posse dare. Et vt celerius debitū redderet̄. cōmisi fidei eius vt de ipsa cōductione lucra nō requirerent fratres: sed quicquid daret fūdus de ipsis fructibus:imputarent ad debitum. Fide agit̄. Paratus est pb̄r vt aliū cōstituā:q̄ de fructibus fratrib⁹ reddat. Ex nūero vr̄o sit aliq̄s cui hoc cōmittā: ex numero ipsorū q̄ ad nos talia ꝓtulerūt. R Sūt eni in vobis hoīes religiosi:qui cū rumore falso rep̄hensum esse doluerūt: ⁊ tñ crediderunt factum. Ex ipsis ꝗ aliq̄s veniat ad nos suscipiat possessionē. oēs fructus p̄ciis suis fideliter vēdat: vt reddi possit facilius q̄d debet̄. ⁊ hodie recedit idē cura pb̄ri. Locus etiā ip̄e vbi monasteriū cōstitutū est: a memorato honorabili filio meo. Eleusino ipsi pb̄ro barnabe donatus est. Anteq̄ ordinaret̄ pb̄r. in ip̄o loco monasteriū instituit. Sed tñ q̄ noīe ipsius donatus erat loc⁹ mutauit īstrumēta. vt noīe monasterii possideatur de fundo victorianēsi. Ego rogo. ego hortor. ego peto: vt si q̄s religiosus est: fide agat: ⁊ exhibeat eccl̄e istā operā: vt cito debitum reddat̄. Q̄d si nemo de laicis fuerit inuētus: ego ꝓpono aliū: iam iste illuc nō accedit. Quid vultis āpli⁹ Nemo laceret seruos dei q̄ nō expedit lacerātibus. Seruis dei q̄dem merces falsis detractiōib⁹ crescit: s3 crescit etiā pena detrahētib⁹. Nā nō sine causa dictū est. Gaudete ⁊ exultate q̄n detrahunt de vobis dicētes falsa: q̄ merces vr̄a magna est in celis. Volum⁹ cū detrimēto vr̄o magnam habere mercedē. Minus ibi habeam⁹: ⁊ tamē vobiscum ibi regnemus. Amen.

¶ Expliciunt duo sermones aurelii Augustini de vita ⁊ moribus clericorum.

¶ Ex libro retractationum beati Augustini i librum de vera religione eiusdem. S



E vera religione librum scripsi. in quo multipliciter & copiosissime disputatur vnum verum deum. i. trinitatem patrem et filium & spiritum sanctū religione vera colēdum: & quāta misericordia eius p tēporalē dispēsationē cōcessa sit hoibus xpiana religio q̄ vera religio ē & ad eūdē cultū dei queadmodū sit homo quadā sua vita coaptād⁹ Maxime tñ cōtra duas naturas manicheorum liber hic loquit̄. In hoc libro quodā loco. Scit inq̄ tibi manifestum atq̄ pceptuz nullū errorē i religiōe eē potuisse si anima pro deo suo non colleret animā aut corpus aut fantasmata sua. Hic animā p vniuersa creatura in corporali posui nō loquens more scripturarū q̄ animā qñ nō trāslato verbo vtunt̄ nescio vtrū velit intelligi nisi eaz qua viuūt aialia mortalia. in quibus & hoies sunt q̄diu mortales sunt. Paulo post aūt eūdē sensuz melius sum breuiusq̄ cōplex⁹. Ubi dixi. Nō g creature poti⁹ q̄ creatori seruiam⁹. nec euanescam⁹ in cogitationib⁹ nrīs. & pfecta religio ē. Creaturā qppe vno noie vtrāq̄ .i. spūalem corporalemq̄ significaui. Restat qd ibi dixi. aut fantasmata sua ppt qd hic dixi nec euanescam⁹ in cogitationibus nrīs. Itē qd dixi: ea est nostris tēporibus xpiana religio quā cognoscere ac seq̄ securissima & certissima salus est: scd3 hoc nomē dictū ē: nō scd3 ipsam rē cui⁹ hoc nomē ē. Naz res ipa q̄ nūc xpiana religio nūcupatur: erat & apud antiq̄s. nec defuit ab initio generis humani. quousq̄ ipse xps veniret i carne: vñ vera religio q̄ iaz erat cepit appellari xpiana. Cū eni eū post resurrectionē ascēsionēq̄ in celū cepissent apl'i pdicare & plurimi crederēt pmū apud ātiochiā: sicut scriptū est appellati sūt discipuli xpiani. Propterea dixit. Hec est nrīs temporib⁹ xpiana religio. nō q2 priorib⁹ temporib⁹ nō fuit: s3 q2 posteriorib⁹ hoc nomē accepit ¶ Alio loco intende igit̄ inquā i hec q̄ sequunt̄ diligent' & pie q̄tū potes. tales eni3 adiuuat de⁹. Qd nō ita itelligēdū est: q̄si tm̄ mō tales adiuuet. cu3 adiuuet etiā nō tales vt sint tales. i. vt diligenter et pie q̄rāt. Tales aūt adiuuat vt iueniāt Itē q̄ alibi. Deide inq̄ iā erit cōseq̄ns vt post morte3 corporalē quā dēm⁹ prio pctō tpe suo atq̄ ordie suo hoc corpus restituat̄ pstine stabilitati. Qd sic accipiēdū est: q2 ēt pstina stabilitas corpis quā peccādo amisim⁹ hēbat tātā felicitatē vt i defectū nō vgeret senectutis Huic g pstine stabilitati restituet̄ hoc corp⁹ i resurrectionē mortuor̄. S3 habebit ampli⁹ vt nec alimētis corpalib⁹ sustētet̄: s3 ad sufficiētiā viuificet̄ solo spū: cū resurrexit in spm̄ viuificantem. Qua cā ēt spūale erit. Illud aūt qd p mū fuit: q̄uis nō moritur̄: nisi hō peccasset: tñ aiale factū ē. hoc ē i aiam viuētē. Et alibi. Usq̄ adeo inq̄ pctm̄ voluntariū malū est vt nullo mō sit pctm̄ si non sit volūtariū. Pōt videri falsa hec diffinitio: s3 si diligenter discutiat̄: inueniet̄ eē verissima. Peccatū qppe il: d cogitādū ē: qd tātūmō peccatū ē: nō qd ē ēt pena peti: sicut supi⁹ ondi. cū q̄dā cōmemorarē ex libro tertio de libero arbitrio Quāuis & illa: q̄ nō īmerito nō volūtaria pctā dicunt̄: q2 vl' a nesciētib⁹ vel a coactis ppetrātur. nō oino pñt sine volūtate cōmitti: quoniā & ille q̄ peccat ignorās: volūtate vtiq̄ facit qd cū faciēdū nō sit: putatq̄ faciēdū. Et ille q̄ pcupiscēte aduers⁹ spū3 carne: ñ ea q̄ vult facit: cōcupiscit q̄dē nolēs: & in eo non facit qd vult. S3 si vincit̄ cōcupiscētie cōsētit volēs: & in eo non facit nisi qd vult liber sc3 iusticie seruusq̄ peti: & illud qd i paruulis d̄r originale peccatū est adhuc nō vtātur arbitrio volūtatis


non absurde vocat etiã volũtarium: q2 ex p2imi hois mala volũtate cõtractũ: factũ est quodãmodo hereditarium.

V Si itaq3 falsum est quod dixi. Vsq3 adeo pctm voluntariu3 malum ẽ vt nullo modo sit pctm. si non sit voluntariũ. Ideo gratia dei non solum reatus omniũ preteritoꝝ soluit in omĩbus qui baptizant in xp̃o quod fit spũ regenerationis. verum etiam in grandib9 voluntas ipsa sanat ꝛ preparatur a domino: quod fit spiritu fidei ꝛ charitatis Alio loco ineo qđ dixi de dño Jesu xp̃o nihil egit vi. s3 oĩa suadendo vel monẽdo: nõ mihi occurrerat: qđ vendentes ꝛ ementes flagello eiecit de tẽplo. S3 qđ hoc aut qñtũ est? Quãuis ꝛ demones nolentes ab hoibus: non sermone suasiõis: sed vi potestatis eiecerit. Itẽ loco alio. Prius inquam isti sequendi sunt qui vnum ꝛ summũ ꝛ solũ ꝛ verũ deũ colendum esse dicunt si apud hos veritas non eluxerit tunc demum migrandum est. Quod ita potest videri dictum quasi de huius religionis veritate dubitauerim. Dixi autem sicut ei cõgruebat ad quẽ scribebã. Sic eni3 dixi. Si apud hos veritas nõ eluxerit nihil dubitans quod apđ eos elucesceret quẽadmodũ ait apostolus. si xp̃s non resurrexit: nõ vtiq3 dubitans q resurrexit. Itẽ quod dixi. Nec miracula illa in nostra tempora durasse permissa sũt ne anima semper visibilia quereret ꝛ eoꝝ cõsuetudine frigesceret genus humanum: quorum nouitate flagrauit Verũ est quidẽ. Nõ eni3 nũc vsq3. cum man9 imponitur baptizatis. sic accipiunt spm̃sanctu3 vt loquentur linguis omniũ gentiũ. atq3 nũc vsq3 ad vmbrã transeuntiũ predicatoꝝ xp̃i sanantur infirmi. ꝛ si qua talia tunc facta sũt q̃ postea cessasse manifestu3 est. S3 nõ sic acciplẽdu3 est quod dixi. vt nunc in xp̃i nomine fieri nulla miracula credãtur. Nam ego ipse qñ istũ libru3 scripsi ad mediolanensium corpora martyrum: in eade3 ciuitate cecu3 illuminatũ fuisse iã nouera3: ꝛ alia nõnulla q̃ lia tã multa etiã istis tẽporib9 fiunt: vt nec oĩa cognoscere: nec ea q̃ cognoscimus enumerare possimus. Et alio loco illud qđ dixi. Sicut ait apostolus. Omis ordo a deo est: non eisde3 verbis hoc dixit apls: q̃uis eadẽ videatur eẽ sñia. Ait q̃ppe ille. ✠ Que aũt sunt a đo ordiata sunt. Et alibi. Prorsus inquã nemo nos fallat. Quicqđ recte vitupat in melioris comparatione respuit. Hoc de substantiis atq3 naturis dictũ est. inde eni3 disputabatur nõ de bonis actionibusatq3 pctis. Itẽq3 alibi. S3 ne sic qđẽ inquã ab homie homo diligẽdus est: vt diligunt carnales frẽs vel filii. vel cõiuges. vel quicũq3 cognati. aut affines. aut ciues. Nam ꝛ ista dilectio tẽporalis est. Non enim vllas tales necessitudineshaberem9 que nascendo ꝛ moriendo contingunt si natura nostra in preceptis ꝛ imagine dei manensin istã corruptionem nõ religaret. Hunc sensu3 prorsus improbo quẽ iam ꝛ supius improbaui in p2io libro de genesi contra manicheos. Ad hoc enim ducit vt credant illi cõiuges p̃mi non generaturi posteros hoiesnisi peccassent: tanq3 necesse fuerit vt morituri gignerent. si de concubitu maris ꝛ femine gignerent. Nõdũ eni videram fieri potuisse vt nõ morituri de non morituris nascerent. si pctõ illo magno non mutaret in deterius humana natura. ac per hoc si in parentibus ꝛ in filiis fecunditas felicitasq3 mansisset: vsq3 ad certũ sanctoꝝ numrũ quã p̃destinauit deus nascerent hoies non parentibus successuri moriẽtibus: s3 cũ viuẽtibus regnaturi. Essent g̃ etia3 iste icognatões ꝛ affinitates si nullus derelinqret nullusq3 moreretur. Item alio loco Ad vnũ deũ tendẽtes iquã: ꝛ ei venire ligantes aias nostras. vñ religio dicta credit. oĩi supstitione careamus. In his verbis meis ratio q̃ reddita est: vnde sit dicta religio plus mihi placuit. Na3 non me fugit aliã nois huiusoriginem exposuisse latini sermonis autores: q inde sit appellata religio qđ relegatur. Quod verbum compositum est alegendo. id est eligendo: vt ita

latinum videatur religio sicut eligo.

¶ Hic liber sic incipit. Cum omnis vi te bone ac beate.

¶ Incipit liber Augustini de vera religione ad Rominianum.



Cum omnis vite bone ac beate via in vera religione sit constituta qua vnus deus colitur: et purgatissima pietate cognoscitur: principiū naturarum omnium a quo vniuersitas et inchoatur et perficitur et continetur. Hinc euidentius error deprehenditur eorum apostolorum qui multos deos colere q̄ vnum verū deum et dominum omnium maluerunt: q eorum sapientes quos philosophos vocant scolas habebant dissentientes ꝛ templa cōmunia: non enim vel populos vel sacerdotes latebat: de ipsorum deorum natura q̄ diuersa sentirent. cū suam quisq; opinionem publice profiteri non formidaret: atq; omnibus si posset persuadere moliretur: oēs tamen cum sectatoribus suis diuersa ꝛ aduersa sētientibus ad sacra cōia nullo prohibente veniebant: Non nūc agitur quis eorꝫ verius senserit: sed illud satis quantū mihi videtur apparet. aliud eos in religiōe suscepisse cum populo et aliud eodem ipso populo audiente defendisse priuatim. Socrates autē audacior ceteris fuisse perhibetur iurando per canem quemlibet et lapidē quemlibet et quicquid iuraturo esset in promptu: et quasi ad manum occurrisset. Credo intelligebat qualiacunq; opera nature: q̄ administrante diuina prouidentia gignerentur: multo q̄ hominum et quorumlibet opificum esse meliora: ꝛ ideo diuinis honoribus digniora q̄ ea que in templis colebantur. Non quod vere lapis et canis essent colenda sapientibus: sed vt hoc modo intelligerent qui possent: tanta superstitione demersos esse homines: vt emergentibus hic esset tam turpis demonstrādus gradus: ad quem venire si puderet: viderent quanto magis pudendum esset in turpiore consistere. Simul et illos qui mundum istum visibilem: summum deum esse opinabantur: admonebat turpitudinis sue docens esse consequens: vt quilibet lapis tanq̄ summi dei particula iure coleretur. Qđ si execrarentur: mutarent sententiā et vnum deum colerent. quē solū supra mentes nostras esse: ꝛ a quo oēm aiam et totum istum mundū fabricatū esse constaret. Postea suauius ad legendum: q̄ potentius ad ꝑsuadendū scripsit plato. Non enim sic isti id est socrates ꝛ plato nati erant vt ppl'orū ipsoꝝ opinionē ad verū cultū verti dei a simulacrorum superstitione atq; ab huius mundi vanitate cōuerterent. Itaq; et ipse socrates cū populo simulacra venerabatur: et post eius dānationem mortē q; nemo ausus est iurare per canem: nec appellare quēcunq; lapidē iouē: sed hec tantūmō memorie literis mandare. Qđ vtrū timore seueritatis an aliqua cognitione tēpoꝝ fecerit: iudicare nō est meum. Illud tñ fidentissime dixerim pace hoꝝ oīū qui eoꝝ libros peruicaciter diligunt. Xp̄ianis tēporibus quenā religio potissimū tenēda sit ꝛ que ad ꝟitatē ac beatitudinē via est nō esse dubitandū. Si eni plato ipsi viueret: et me interrogantē non asperna retur. vel potius si q̄s eius discipulus eo ipso tēpore quo viuebat: cū sibi ab illo persuaderetur: nō corporeis oculis sed pura mente veritatē videri: cui quecūq; aia ihesisset eā beatā fieri atq; ꝑfectā: ad quē ꝑcipiēdā nihil magis impedire. q̄ vitā libidinib⁹ debitā et falsas imagines rerū sensibilium: q̄ nobis ab hoc sensibili mūdo ꝑ corpus impresse varias opiniones erroresq; generarent q̄obrem sanandum esse animū ad intuendā incommutabilem reꝝ formā ꝛ eodē mō semꝑ se habentē: atq; vndiq; sui similē pulcritudinē: nec distentā locis: nec tꝑe variatā. sed vnū atq; idē omni ex parte seruantē: quā non crede

rent esse hoies: cũ ipsa vere summeqꝫ
sit cetera nasci: occidere fluere labi: et
tã inquantũ sunt ab illo eterno deo per
eius veritatẽ fabricata cõstare. in qui-
bus anime tm̃ rationali ꝛ intellectuali
datum est: vt eius eternitatis contem-
platione perfruatur: atqꝫ afficiatur: orne
turqꝫ ex ea eternãqꝫ vitam possit mere
ri sed dũ nascẽtiũ atqꝫ trãseuntiũ rerũ
amore ac dolore sauciatur: et dedita con-
suetudini huius vite atqꝫ sensibꝰ corpo
ris: inanibus euanescit imaginibus. ir-
ridet eos q̃ dicũt eẽ aliq̃d qd̃ neqꝫ istis
videatur oculis: nec vllo fantasmate cogi
tetur: sed mẽte sola ꝛ intelligentia cer-
ni queat. cum hec ergo a magistro sibi
persuaderentur: si ex eo q̃reret ille disci-
pulus. vtrũ si quisq̃ existeret vir ma-
gnus ac diuinꝰ. q̃ talia pp̃lis persuade
ret credenda saltẽ: si percipere non va-
lerent: aut si q̃ possent pcipere non pra
uis opinionibꝰ multitudinis implicati
vulgaribꝰ obruerentur erroribus: eum diui
nis honoribꝰ dignũ iudicaret: rñderet
credo ille nõ posse hoc ab hoĩe fieri: ni
si quẽ forte ipsa dei virtus atqꝫ sapien
tia ab ipsa rerũ natura exceptum: nec
hominũ magisterio sed intima illumina
tione ab incunabulis illustratum: tan-
ta honestaret gr̃a: tanta firmitate robo
raret: tanta deniqꝫ maiestate subue-
heret. vt oĩa cõtẽnendo: que praui homi
nes cupiũt: ꝛ oĩa perpetiendo q̃ horre-
scũt: ꝛ oĩa faciendo que mirentur: genus
humanũ ad tam salubrẽ fidẽ summo a-
more atqꝫ auctoritate cõuerteret. A
De honoribꝰ vero eius frustra se consu
li cũ facile possit existimari: q̃nti hono
res debeantur sapiẽtie dei: qua gestan-
te ꝛ gubernãte ille pro vera salute gene
ris humani: magnũ aliq̃d proprium: et
qd̃ supra hoies esset mereretur. Que si
facta sunt si l̃ris monimẽtisqꝫ celebran
tur. si ab vna regione terrarũ in q̃ sola
vnus colebatur deꝰ: ꝛ vbi talẽ nasci opor-
tebat: per totũ orbẽ terrarum missi ele-
cti viri v̾tutibꝰ atqꝫ sermonibꝰ diuini a-
moris incẽdia cõcitarunt: si cõfirmata
saluberrima disciplina illuminatas ter
ras posteris reliquerunt: ꝛ ne de pre-
teritis loquar q̃ põt quisqꝫ nõ credere
si hodie p gentes pp̃losqꝫ predicatur. in
principio erat v̾bũ: ꝛ verbũ erat apud de
um ꝛ deus erat verbũ: hoc erat in prin
cipio apud deũ: oĩa per ip̃m facta sunt
ꝛ sine ip̃o factũ est nihil. si ad hoc perci
piendũ diligendũ perfruẽdũ: vt anima
sanetur: ꝛ tante luci hauriende mentis a
cies cõualescat: dicitur auaris nolite
vobis cõdere thesauros in terra. vbi ti
nea et erugo exterminãt: vbi fures effo
diũt ꝛ furãtur: sed thesaurizate vobis the
sauros i celo: vbi neqꝫ tinea neqꝫ rubi-
go exterminat: neqꝫ fures effodiũt ne-
qꝫ furantur: vbi eni est thesaurus tuꝰ ibi
est et cor tuũ: dicitur luxuriosis: q̃ seminat
in carne de carne metet corruptionem:
qui seminat i sp̃ũ de sp̃ũ metet vitã eter
nã: dicitur supbis: q̃ se exaltat humiliabi
tur: ꝛ q̃ se hũiliat exaltabitur: dicitur iracũ
dis: accepisti alapã: para alterã maxil-
lã: dicitur discordiosis: diligite inimicos
vestros: dicitur superstitiosis: regnum
dei intra vos est: dicitur curiosis: nolite
q̃rere que videntur: sꝫ q̃ nõ videntur: q̃ eĩ vi
dẽtur tp̃alia sunt: q̃ aũt nõ videntur eṫna
sunt. postremo dr̃ oĩbus. nolite diligere
mũdũ: neqꝫ ea q̃ i mũdo sunt qm̃ q̃ i mũ
do sũt cõcupiscẽtia carnis ẽ: ꝛ cõcupi-
scẽtia oculorum: et ambitio seculi: si hec p
totũ orbẽ iã pp̃lis legũtur: ꝛ cũ venera
tione libentissime audiũtur: si post tantũ
sanguinẽ tãtos ignes tot cruces marty
rũ: tanto fertilius et vberiꝰ vsqꝫ ad bar
bararum nationes ecclesie pullularunt: si
tot iuuenũ et virginum milia cõtẽnen-
tiũ nuptias: casteqꝫ viuentiũ. iam nemo
miratur: quod cũ fecisset plato vsqꝫ adeo
peruersam tẽporũ suorum timuit opinio-
nẽ: vt perhibeatur sacrificasse nature
naturam execratꝰ: vt tanq̃ pctm̃ illud
aboleretur: si hec sic accipiuntur: vt quomo
do antea talia disputare: sic nunc con-
tra disputare monstruosũ sit: si tali pol
licitationi atqꝫ sponsioni per omnes ter
rarũ partes quas homines incolunt sa
cra christiana traduntur. si hec quoti-
die leguntur in ecclesiis ꝛ a sacerdotibus
exponuntur. si tundũt pectora q̃ conantur
hec implere. si tam innumerabiles ag-

grediunt hanc viam. vt desertis diuitiis et honoribus huius mundi ex omni hominum gñe vni deo summo totam vitam dicare volentium. deserte quonam insule ac multarum terraruz solitudo compleatur. si denicq; p vrbes atq; oppida castella vicos et agros etiam villasq; priuatas in tantum aperte sua detur et appetitur a terrenis auersio: et in vnũ deuz verũq; cõuersio. vt quotidie p vniuersum orbem humanum genus vna pene voce respondeat sursum corda se habere ad dñm: quid adhuc oscitamus crapulam hesternã: et in mortuis pecudibus diuina eloquia pscrutamur? ¶ Si quando autẽ ad disputationẽ venitur: platonico noĩe ora crepantia: q̃ pectus vero deo plenum magis habere gestimus. ¶ Qui ergo sensibilẽ istum munduz cõtẽnere: et animam virtute purgandam summo deo subiicere atq; subiugare vanum aut malum putant: alia ratione refellendi sunt: si tamen cum his dignum est disputare. ¶ Qui autem bonuz et appetẽdum fatentur: cognoscant deum et credant deo per quem populis iam omnibus hec credẽda persuasa sunt: quod vtiq; ab ipsis fieret si tantum valerent: aut si non fieret. crimen inuidentie vitare non possent. ¶ Ergo cedant ei a quo factum est. nec curiositate aut inani iactãtia impediãtur quo minus agnoscant quid intersit inter paucorum tumidas cõiecturas. et manifestaz salutẽ correptionẽq; populorum. illi eniz si reuiuiscerent quoruz isti nominibus gloriãtur. et inuenirent refertas ecclesias. templaq; deserta: et a cupiditate bonorum temporaliuz et fluẽtiuz ad spẽ vite eterne et bona spũalia et intelligibilia vocari et currere humanuz genus dicerent fortasse (si tales essent quales fuisse memorãtur) hec sunt que nos psuadere populis non ausi sumus et coruz potius cõsuetudini cessimus: q̃ illos in nostram fidez voluntatẽq; traduximus itaq; si hanc vitaz illi viri nobiscuz rursuz agere potuissent. viderent profecto cuius autoritate facili⁹ cõsuleret hominibus et paucis mutatis verbis atq; sentẽtiis xpiani fierẽt. sicut plerique recentiorum nostrorũq; temporum platonici fecerunt. aut si hoc non faterentur nec facerent. in superbia et inuidia remanẽtes: nescio vtruz possent ad ea ipsa que appetenda et desideranda esse dixerant cum istis sordibus viscoq; reuolare. ¶ Nam tertio vicio curiositatis in pcunctandis demonibus: quo isti maxime cũ quib⁹ nunc agitur pagani a xpiana salute reuocãtur. qr nimis puerile ẽ. nescio vtrũ tales illi prepedirentur viri: Sed quoquomodo se habeat philosophorum iactantia illud cuiuis intelligere facile est religionẽ ab eis nõ esse q̃rẽdam: q̃ eadẽ sacra suscipiebant cũ populis et de suorum deorum natura ac summo bono diuersas cõtrariasq; sñias in scolis suis eadẽ teste multitudine personabant. ¶ Q; si hoc vnuz tm̃ viciũ xpiana disciplina sanatum videremus ineffabili laude pdicandam esse neminez negare oporteret. Heresesnãq; taz innumerabiles a regula xpianitatis auerse testes sũt: nõ admitti ad communicanda sacramenta eos qui de patre deo et sapientia eius: et munere diuino: alit sentiũt. et hoibus persuadere conãtur: q̃ veritas postulat. ¶ Sic eniz credit et docetur: qd ẽ hũane salutis caput nõ aliam esse philosophiã. i. sapientie studium. et aliã religionẽ cũ hi quorum doctrina nõ approbamus: nec sacramẽta nobiscũ cõicãt. ¶ Quod in illis minus mirandũ est q̃ eorum quoq; sacramentorum ritu dispares esse voluerunt sicut nescio q̃ serpẽtini q̃ appellãtur manichei sicut alii nõnulli. Sed i illis magis aiauertenduz hoc magisq; pdicãdumq; paria sacramenta celebrãtes. tñ quia sñia dispares sunt: et errores suos animosius defendere q̃ cautius corrigere maluerunt exclusi a catholica cõmunione et participatione: quãuis parium sacramẽtorũ ppria vocabula pro priosq; cõuẽtus: nõ in sermone tãtum sed etiam in superstitione meruerũt vt photiniani. arriani multiq; preterea Naz de his qui scismata fecerunt. alia

questio ē. Posset eniz eos area dñica vsqz ad tēpus vltime ventilationis velut paleas sustinere: nisi vento superbie nimia leuitate cessissent: ⁊ sese a nobis vltro separassent. Judei vero q̄uis vni oipotenti deo supplicēt. sola tñ temporalia ⁊ visibilia bona de illo expectantes. rudimenta noui populi ab humilitate surgentia in ipsis suis scripturis nimia se curitate noluerunt aduertere: atqz ita in veteri homine remanserunt. Que cū ita sint neqz in confusione paganorum. neqz in purgamētis hereticorū. neqz in languore scismaticorū. neqz in cecitate iudeorū q̄rēda ē religio: sed apud eos solos q̄ xpiani catholici vel orthodoxi nominant: id est integritatis custodes ⁊ recta sectantes. Hec eni ecclesia catholica p totum orbē valide lateqz diffusa: omnibus errantib⁹ vtit ad profectus suos ⁊ ad eorū correctionē cū euigilare voluerit. Utit eniz gentibus ad materiā opationis sue: hereticis ad probationē doctrine sue: scismaticis ad documētum stabilitatis sue iudeis ad comparationē pulcritudinis sue. Alios ergo inuitat. alios excludit. alios relinquit. alios antecedit. omnibus tamen gratie dei participande dat ptātē. siue illi formandi sint adhuc. siue reformādi. siue recolligendi. siue admittēdi. Carnales autē suos. i. viuentes aut sentiētes carnal'r tanq̄ paleas tolerat: quibus in area frumēta tutiora sunt: donec talibus tegiminibus exuant D Sz quia in hac area pro voluntate quisqz vel palea vel frumentum ē tādiu sustinet pctm̄ aut error cuiuslibz. donec aut accusatorez inueniat aut prauā opinionē ptinaci animositate defendat. Exclusi aūt aut penitēdo redeunt. aut in nequiciaz male libri defluunt ad admonitionez nostre diligentie. aut scisma faciūt ad exercitationem nostre patiētie. aut heresim aliquā gignunt ad examen siue occupationē nostre intelligentie. Hi sunt exitus xpianorūz carnalium: qui nō poterunt corrigi aut sustineri. Sepe etiam sinit diuina prouidentia p nonnullas nimiū turbulētas carnaliū hominuz seditiones expelli de congregatiōe christiana etiam bonos viros. quaz contumeliam vel iniuriaz suā cuz patiētissime pro ecclesie pace tulerint. neqz vllas nouitates vel scismatis vel heresis moliti fuerint. docebunt homines q̄ vero affectu ⁊ quanta sinceritate charitatis deo seruiēdū sit. Taliuz ḡ virorū propositum est aut sedatis remeare turbinibus aut si id non sinantur: vel eadē tempestate pseuerante vel ne suo reditu talis aut seuior oriat. tenēt voluntatē cōsulendi etiam eis ipsis. quorum motibus pturbationibusqz cesserunt sine vlla cōuenticulorum segregatione vsqz ad mortē defendentes ⁊ testimonio iuuantes eā fidē quaz in ecclesia catholica p̄dicari sciunt. hos coronat in occulto pater. in occulto videns. Rarum hoc videt genus. sz tamē exēpla non desunt. immo plura sunt q̄ credi potest. Ita omnibus gñibus hominū ⁊ exemplorum ad animarum curationez ⁊ ad institutionem spūalis populi vtit diuina prouidentia. Quāobrē cum ante paucos annos promiserim tibi scribere charissime mihi rominiane. quid de vera religione sentirem ⁊ tempus nunc esse arbitratus suz post q̄ tuas acerrimas interrogationes sine vllo certo fine fluctuare: ea charitate qua tibi obstrictus sum diutius sustinere non possum. Repudiatis igitur omnibus qui neqz in sacris philosophantur: nec in philosophia consecrantur: et his qui vel praua opiniōe: vel aliqua simulatione supbiētes: ea regula ⁊ communione ecclesie catholice deuiarunt ⁊ his qui sanctarum scripturarum lumē: ⁊ spūalis populi gratiam: quod nouum testamētum vocatur hr̄e noluerunt: quos q̄ta potui breuitate perstrinxi: tenenda est nobis christiana religio: et eius ecclesie cōmunicatio q̄ catholica est ⁊ catholica nominatur: nō solum a suis verum etiam ab oībus inimicis. E Uelint eniz nolint vt ipsi quoqz heretici et scismatū alūni qñ nō cū suis sz cū extraneis loquuntur catholicam nihil aliud

q̄ catholicā vocant. Non enim possunt intelligi nisi hoc eam nomine discernāt quo ab vniuerso orbe nūcupat. Huius religionis sectande caput est hystoria et prophetia dispēsationis tēporalis diuine prouidentie: pro salute generis humani: in eternam vitam reformandi atq reparandi. Que cū credita fuerit mētē purgabit vite modus de diuinis preceptis conciliatus: et idoneā faciet spūalibus percipiendis: q nec preterita sunt: nec futura: sed eodē modo semper manētia nulli mutabilitati obnoxia: sed est vnius ipsi deo patri et filio et spūisctō. Qua trinitate q̄tum in hac vita datum est cognita omnis intellectualis et aīalis et corporalis creatura ab eadem trinitate creatrice esse inquantū est. et ordinatissime administrari sine vlla dubitatione perspicitur: non vt aliā partem totius creature fecisse intelligat pater et aliā filius: et aliā spūssanctus: sed et simul omnia et vnāquāq naturā patrem fecisse p filiū in dono spūssancti. Omnis enim res vel substantia. vel essentia vel natura: vel si quo alio verbo melius enunciatur simul hec tria hz: vt et vnum aliquid sit: et spē propria discernat a ceteris et rerum ordinem non excedat. Quo cognito satis apparebit quantum homo assequi pōt: q̄ necessariis et inuictis et iustis legibus deo et dn̄o suo cūcta subiecta sint: ex quo illa omnia que primo credimus nihil nisi auctoritatē secuti partim sic intelliguntur: vt videamus esse certissima. partim sic vt videamus fieri posse: atq ita fieri oportuisse: doleamusq illos hec nō credentes: qui nos antea credētes irridere q̄z nobiscū credere maluerunt. Non eni iam illa hominis sacrosancta susceptio: et virginis partus. et mors filii dei pro nobis et resurrectio a mortuis. et in celū ascensio et cōsessus ad dexterā patris. et pctōrū abolitio et iudicii dies: et corporum resuscitatio: cognita eternitate trinitatis: et mutabilitate creature: creduntur tm̄ et non etiam iudicantur: ad summi dei miam quā gn̄i humano exhibet pertinere. Sz quoniā vꝛissime dictum est: oportet nullas hereses esse: vt probati manifesti fiant inter vos: vtamur etiam isto diuine prouidentie bn̄ficio. Ex his ei hominibus heretici fiunt: qui etiā si essent in ecclesia: nihilominus errarent. Cū aūt foris sunt plurimum prosunt: non verum docēdo quod nesciunt: sed ad verū q̄rēdū carnales: et ad verum aperiendū spūales catholicos excitando. Sūt eni innumerabiles in ecclesia sancta deo probati viri: sed manifesti nō sunt inter nos: q̄ diu imperitie nostre tenebris delectati: dormire maluimus q̄z lucem veritatis intueri. ¶ Quapropter multi vt diē dei videāt et gaudeant p hereticos de somno excitātur. Vtamur igit etiā hereticis nō vt eorū approbemus errores: sed vt catholicā disciplinam aduersus eorū insidias asserētes vigilātiores et cautiores simus etiam si eos ad salutē reuocare nō possumus. Credo autem affuturum deum vt ista scriptura pcedēte pietate legentibus bonis: nō aduersus vnā aliquam sed aduersus oēs prauas et falsas opiniones possit valere. Contra eos tamē potissimum est instituta: qui duas naturas vl' substantias singulis principiis aduersus inuicē rebelles esse arbitrantur. Offensi enim quibusdam rebus. et rursus quibusdam delectati: non earum quibus offendunt: sz earū quibus delectant volūt esse auctorē deū. Et cū cōsuetudinē suam vicere nequeunt: iam carnalibus laq̄is irretiti: duas animas esse in vno corpore existimant: vnam de deo q̄ naturalit' hoc sit quod ipse. alterā de gēte tenebrarū quam deus nec genuerit. nec fecerit: nec protulerit: nec abiecerit: sz q̄ suā vitā: suā terrā: suos fetus et aīalia: suū postremo habuerit regnum: ingenitūq principiū. sz quodā tpe aduersus deū rebellasse. Deū aūt q aliud quod faceret nō hr̄et. quomō aliter posset hosti resistere nō iueniret necessitate oppressum misisse huc aīam bonā et quādam particulā sue substātie: cuius cōmixtione atq miseria hostē temperatū eē somniāt: et mūdū fabricatum. Neq nunc opiniones eorum refellimus

quod partim iam fecimus: parti quantum deus sciuerit faciemus. Sed i hoc ope quo aduersus eos fides: catholica tuta sit: et quomodo no perturbet animum ea quibus comori homines in eoru cedut sniam: rationibus quas dns damnare dignatur quantu possumus demonstram⁹ Illud sane in primis tenere te volo: q bn nosti animum meu3: no hec fugiede arrogantie gratia quasi solemniter dicere quicquid in his lris erroris inueniri poterit hoc solum mihi esse tribuendu quicquid aut verum et cogrueter expositu: vni oim bonoru muneru3 largitori deo. Quaobre sit tibi manifestum atq perceptu3 nullu errore in religione esse potuisse si anima pro deo suo non coleret anima3 aut corpus aut fantasmata sua. aut thoru3 aliqua deo coiuncta. aut certe simul oia. sed i hac vita societati gnis humani sine dolo tepo ralit cogrues eterna med itaretur: vnu deum coles qui ni si permaneret icomutabilis: nulla mutabilis natura remaneret. Mutari autem anima3 posse. no quide localit: sed tame temporaliter suis affectionibus quisq cognoscit.

B Corpus aute et temporibus et locis esse mutabile cuius aduertere facile e Fantasmata porro nihil sunt aliud q de spe corporis corporeo sensu attracta figmeta: q memorie mandare vt accepta sunt. vel partiri. vel multiplicare. vel cotrahere. vel distedere vl ordinare vl perturbare. vel quolib3 modo figurare cogitando facillimum e: s3 cum veru qritur cauere et vitare difficile. Non ergo creature potius q creatori seruiamus: nec euanescamus in cogitationibus nostris et pfecta religio est. Eterno enim creatori adheretes: et nos eternitate efficiamur necesse est Sed quia hoc anima peccatis suis obruta et implicata p seipsam videre ac tenere no posset nullo in rebus humanis ad diuina capesceda interposito gradu per quem ad dei similitudine a terrena vita homo niteretur: ineffabili misericordia dei teporali dispesatione per creaturam mutabile: sed tame eternis legibus seruiete. ad comemoratione prime sue perfecteq3 nature partis singulis hoibus partim vo ipsi hoim generi subuenit. Ea est nostris temporibus xpiana religio quam cognoscere ac sequi securissima et certissima salus est. Defendi autem aduersus loquaces et aperiri querentibus multis modis potest. oipotente ipo deo per seipm demonstrante que vera sunt: et ad hec intuenda et pcipienda: bonas voluntates p bonos agelos et quosl ib3 hoies adiuuate. Eo modo aut quisq3 vtitur quem videt congruere his cu3 quibus agit. Ego itaq3 diu multuq3 cosiderans. quales oblatrantes et quales qrentes exptus sum vl ipe cu latrare siue cu quererem fuerim. hoc modo mihi vtendum putaui.

D Que vera esse pspexeris tene. et ecclesie catholice tribue que falsa respue et mihi q ho sum ignosce q dubia crede: donec aut respuenda esse: aut vera ce aut sp crededa esse. vel ratio doceat vl pcipiat auctoritas. Intende igit in hec que sequutur diligeter. et pie quantu3 potes. Tales eni adiuuat deus. Nulla vita est que no sit ex deo quia deus vtiq3 summa vita est et ipe fons vite nec aliqua vita inquantum vita e malu e. s3 in quantu vgit ad mortem. Mors aut vite ni est nisi neqcia. que ab eo q nec quicq sit dicta est. Et io neqssimi hoies nihili hoies appellantur. Vita ergo volutario defectu deficies ab eo q ea fecit. et cui⁹ ecentia fruebat et voles cotra dei lege3 frui corporibus quibus eam deus prefecit: vergit ad nihilum. et hec est nequicia: non quia corpus iam nihil est. Nam et ipsum habet aliquam concordiam partium suaru sine qua omnino esse non posset. Ergo ab eo factum est et corpus: q omis cocordie caput e. Habet corpus quada pace sue forme: sine qua prorsus nihil esset. Ergo ille est corporis coditor: a quo pax omnis e et qui forma est infabricata atq omnium formosissima: hab3 aliquam speciem sine qua corpus non est corpus. Si ergo queritur quis instituerit corpus: ille q rat: qui est omniu3 speciosissimus. Ois

enim species ab illo est. Quis est autem hic nisi deus vnus. vna veritas: vna salus oim: et prima atque summa essentia: ex qua est omne quicquid est inquantum est. quia inquantum est quicquid est bonum est. Et ideo ex deo non est mors. Non enim deus mortem fecit: nec letatur in perditione viuorum: quoniam summa essentia esse facit omne quod est. Unde et essentia dicitur. Mors autem non esse cogit quicquid moritur inquantum moritur. Nam si ea que moriuntur penitus morerentur ad nihilum sine dubio peruenirent. Sed tantum moriuntur quantum minus essentie participant. Quod breuius ita dici potest. Tanto magis moriuntur quanto minus sunt. Corpus autem minus est quam vita quelibet. quoniam quantulumcunque manet in specie: per vitam manet: siue qua vnumquodque animal: siue qua vniuersa mundi natura administratur. Corpus ergo magis subiacet morti: et ideo vicinius est nihilo. Quapropter vita que fructu corporis delectata negligit deum inclinatur ad nihilum et ista est nequicia. Hoc autem pacto vita carnalis et terrena efficitur: et ob hoc etiam caro et terra nominatur: et quandiu ita est regnum dei non possidebit. et eripitur ei quod amat. Id enim amat quod et minus est quam vita: quia corpus est: et propter ipsum peccatum quod amatur fit corruptibile: vt fluendo deserat amatorem suum. quia et ille hoc amando deseruit deum. Precepta enim eius neglexit dicentis. Hoc manduca et hoc noli. Trahitur ergo ad penas: quia diligendo inferiora: in egestate voluptatum suarum: et in doloribus apud inferos ordinatur. Quid est enim dolor quod dicitur corporis: nisi corruptio repentina salutis eius rei quam male vtendo anima corruptioni fecit obnoxiam.

Quid est autem dolor qui dicitur animi: nisi carere mutabilibus rebus quibus fruebatur: aut frui se posse sperabat? Ex hoc est totum quod dicitur malum id est peccatum et pena peccati. Si autem dum in hoc stadio vite humane anima degit: vincat eas quas aduersum se nutriuit cupiditates fruendo mortalibus: et ad eas vincendas gratia dei se adiuuari credat: mente illi seruiens et bona voluntate: sine vlla dubitatione reparabitur: et a multis mutabilibus ad vnum incommutabile reuertetur: reformata per sapientiam non formatam: sed per quam formantur vniuersa: fructurque deo per spiritum sanctum. quod est donum dei. Ita fit homo spiritualis omnia iudicans: vt ipse a nemine iudicetur. diligens dominum deum suum in toto corde suo in tota anima sua: in tota mente sua: et diligens proximum suum non carnaliter sed tamquam seipsum: se autem spiritualiter diligit: qui ex toto quod in eo viuit deum diligit. In his enim duobus preceptis tota lex pendet et prophete. Inde iam erit consequens: vt post mortem temporalem quam debemus primo peccato tempore suo atque ordine suo. hoc corpus restituatur pristine stabilitati quam non per se habebit sed per animam stabilitam in deo que rursus non per se stabilitur. sed per deum quo fruitur: ideoque amplius quam corpus vigebit.

Corpus enim per ipsam vigebit: et ipsa per incommutabilem veritatem: qui filius dei vnicus est: atque ita et corpus per ipsum filium dei vigebat: quia omnia per ipsum. Dono etiam eius quod anime datur: id est sancto spiritui. non solum anima cui datur salua et pacata et sancta sit: sed ipsum etiam corpus viuificabitur: eritque in natura sua mundissimum. Ipse enim dixit. Mundate que intus sunt. et que foris sunt munda erunt. Dixit et Apostolus. Uiuificabit et mortalia corpora vestra propter spiritum manentem in vobis.

Ablato ergo peccato auferetur: et a pena peccati: et vbi est malum? vbi est mors contentio tua: vbi est mors aculeus tuus? Uincit enim essentia nihilum: et sic absorbetur mors in victoria. Nec aliquid sanctificatis malus angelus oberit: qui dyabolus dicitur: quia et ipse inquantum angelus est: non est malus. sed inquantum peruersus

propria voluntate. Fatēdū est eni ꝛ angelos natura esse mutabiles: si sol⁹ de⁹ est incommutabilis. Sed ea voluntate q̄ magis deū q̄ se diligūt: firmi ꝛ stabiles manent in illo ꝛ fruuntur maiestate ipsius: ei vni libentissime subditi.

R Ille aūt angelus magis seipm̄ q̄ deū diligendo: subditus ei esse noluit ꝛ intumuit p superbiā: ꝛ a summa essētia defecit ꝛ lapsus est. Et ob hoc min⁹ est q̄ fuit: q2 eo qđ minus erat frui voluit: cum magis voluit sua potētia frui q̄ dei: q̄q̄ eni nō summe tamen ampli⁹ erat: qui eo qđ summe est fruebatur qm̄ de⁹ solus summe est. Quicq̄d autem minus est q̄ erat. nō inq̄tū est sed inq̄tū minus est: malū est. Eo eni ꝙ minus est q̄ erat: tendit ad mortem. Quid autē mirū si sit ex defectu inopia. et ex iopia inuidētia qua dyabolus vtiq̄ dyabolus est. Defectus aūt iste qui peccatum vocatur. si tanq̄ febris inuitū occuparet recte iniusta pena videretur: que peccātē cōsequitur: ꝛ que dānatio nuncupaꝛ. Nūc vero vsq̄ adeo peccatum volūtariū malū est vt nullomō sit peccatum si non sit voluntarium. Ex quo quidē ita manifestū est: vt nulla hinc doctorum paucitas: nulla indoctoꝝ turba dissentiat. Quare aut negandū est peccatū cōmitti: aut fatendū est voluntate committi. Non autē recte negat peccasse aiam: qui ꝛ penitendo eā corrigi fateꝛ ꝛ veniā penitenti dari: ꝛ perseuerantē in pctis: iusta lege dei dānari. Postremo si nō volūtate malefacimus: nemo obiurgandus est oīno aut monendus. Quibus sublatis christiana lex ꝛ disciplina ois religionis auferatur necesse est. Volūtate ergo peccaꝛ: ꝛ quoniā peccari nō dubiū ē: nec hoc quidē dubitandū video hr̄e aīas liberū voluntatis arbitriū. Tales eni seruos suos meliores eē de⁹ iudicauit si ei seruirēt liberaliter qđ nullo mō fieri posset: si nō volūtate: sꝫ necessitate seruirēt. Liberaliter igitur deo angeli seruiunt: neq̄ hoc deo: sed ipsius prodest. Deus eni bono alterius non indiget: quoniā a se ipō ē. Qđ aūt ab eo genitū est idipm̄ est: q2 non est factū sꝫ genitū. Illa ṽo que facta sūt ei⁹ bono idigēt: summo. s. bono. i. summa essentia. Minus aūt sunt q̄ erāt: cū per anime peccatū minus ad illū mouētur nec tn̄ penitus separantur. nā oīno nulla essent. Quod aūt affectibus contingit aīe: hoc locis corpori. Nā illa mouetur voluntate: corpus aūt spacio. Qđ autē homini a pucrso āgelo psuasu ē dicitur: etiā ad hoc vtiq̄ volūtate consensit. Nam si necessitate id fecisset: nullo peccati crimine teneretꝛ. Qđ vero corpus hominis cū ante peccatū esset in suo genere optimū: post peccatū factū est ibecillosum: ꝛ morti destinatū: q̄q̄ iusta vindicta pcti sit: plus tn̄ clemētie dei q̄ seueritatis ostēdit. L Ita eni nobis suadeꝛ a corporis voluptatibus ad eternam essentiā ṽitatis: amorem nostrū oportere conuerti ꝛ est iustitie pulcritudo cū benignitat; gratia concordans: vt quoniā bonoꝝ inferioꝝ dulcedine decepti sum⁹: amaritudine penarū erudiamur. Nā ita etiā nostra supplicia diuina ꝓuidentia moderata est. vt ꝛ in hoc corpore tam corruptibili ad iusticiā tēdere liceret: et deposita oī superbia: vni deo vero collum subdere nihil de seipso fidere: illi vni se regendū tuendūq̄ se committere. Ita ipo duce homo bone volūtatis molestias huius vite in vsum fortitudinis vertit. In copia ṽo voluptatum: prosperisq̄ successibus temporalium: temperantiam suā probat: et roborat: acuit in tentationibus prudentiam vt non solum in eas non inducatur. sed fiat etiam vigilantior. et in amorem veritatis que sola nō fallit ardentior. Sed cū omnibus modis medeatur animis deus pro temporum opportunitatibus: que mira sapiētia eius ordinantur. de quibus aut nō est tractandum. aut inter pios perfectosq̄ tractandum est: nullomodo beneficentius consuluit generi humano: q̄ cum ipsa sapientia dei: id est vnicus filius consubstantialis patri et coeternus: totum hominem suscipere dignatus est: et verbum caro factum est et habitauit in nobis. Ita eni demonstrauit

carnalibus et non valentibus intueri mente veritatem: corporeisque sensibus deditis: quam excelsum locum inter creaturas habeat humana natura: quod non solum visibiliter: nam id poterat et in aliquo ethereo corpore ad nostrorum aspectuum tolerantiam temperato: sed etiam hominibus in vero homine apparuit. Ipsa enim natura suscipienda erat que liberanda. Et ne quis forte sexus a suo creatore se contemptum putaret virum suscepit natus ex femina. Nihil egit vi sed omnia suadendo et monendo.

N Veteri quippe servitute transacta tempus libertatis illuxerat. et opportune iam homini suadebatur atque salubriter: quod libero esset creatus arbitrio. Miraculis conciliauit fidem deo: qui in eo erat: passione hominem quem gerebat. Itaque loquens ad turbas vt deus nunciatam sibi matrem negauit et tamen vt euangelium loquitur. puer parentibus subditus erat Doctrina enim deus apparebat: etatibus homo. Item aquam in vinum conuersurus vt deus dicit. recede a me mulier: mihi et tibi quid est nondum venit hora mea. Cum autem venisset hora: qua vt homo moreretur: de cruce cognitam matrem commendauit discipulo quem pre ceteris diligebat. Satellites voluptatum diuitias: perniciose populi appetebant: pauper esse voluit: honoribus et imperiis inhiabant rex fieri noluit. Carnales filios magnum bonum putabant. tale coniugium prolemque contempsit. Contumelias superbissime horrebant: omne genus contumeliarum sustinuit. Iniurias intolerabiles esse arbitrantur. Que maior iniuria quam iustum innocentemque damnari. Dolores corporis execrabantur flagellatus atque cruciatus est. Mori metuebant morte mulctatus est. Ignominiosissimum mortis genus crucem putabant. crucifixus est. Omnia que habere cupientes non recte viuebamus: carendo vilia fecit. Omnia que vitare cupientes a studio deuiabamus veritatis: perpetiendo deiecit. Non enim vllum peccatum committi potest: nisi dum appetuntur ea que ille contempsit. aut fugiuntur que ille sustinuit. Tota itaque vita eius in terris per hominem quem suscipere dignatus est disciplina morum fuit. Resurrectio vero eius a mortuis nihil hominis perire nature: cum omnia salua sunt deo satis indicauit. et quemadmodum cuncta seruiant creatori suo. siue ad vindictam peccatorum. siue ad hominis liberationem: quamque facile corpus anime seruiat: cum ipsa subiicitur deo. Quibus perfectis non solum nulla substantia malum est: quod fieri nunquam potest: sed etiam nullo malo afficitur: quod fieri per peccatum et vindictam potuit. Et hec est disciplina naturalis christianis minus intelligentibus plena fide digna: intelligentibus autem omni errore purgata.

Q Iam vero ipsius totius doctrine modus: partim apertissimis rationibus: partim similitudinibus. in dictis. in factis. in sacramentis ad omnem anime instructionem exercitationemque accommodatus quid aliud quam rationalis discipline regulam impleuit? Nam et misteriorum expositio: ad ea dirigitur: que apertissime dicta sunt. Et si ea tantum essent que facillime intelliguntur. nec studiose quereretur. nec suauiter inueniretur veritas. Neque si esset in scripturis sacramenta. et in sacramentis non essent signacula veritatis satis cum cognitione actio conueniret. Nunc vero quoniam pietas timore inchoatur. charitate perficitur. populus timore constrictus tempore seruitutis in veteri lege multis sacramentis onerabatur. Hoc enim talibus vtile erat ad desiderandam gratiam dei: que per prophetas ventura canebatur. Que vbi venit: ab ipsa dei sapientia homine assumpto a quo in libertatem vocati sumus: pauca sacramenta saluberrima constituta sunt: que societatem christiani populi: hoc est sub vno deo libere multitudinis continerent. Multa vero que populo hebreo: hoc est sub eodem vno deo compedite multitudini erant imposita. ab actione remota sunt in fide atque interpretatione manserunt Ita nec nunc seruiliter alligant: sed exercent liberaliter animum. Quisquis autem

ideo negat vtrūq̧ testamentū ab vno deo esse posse: q2 nō eisdē sacramētis te neā ppl's noster quib9 iudei tenebant: vel adhuc tenent: pōt dicere non posse fieri: vt vnus pat familias iustissimus aliud imperet eis qbus seruitutez duri orē vtilez iudicat. aliud eis quos in filiorū gradu3 adoptare dignatur. Si autem pcepta vite mouēt: q i veteri lege minora sūt in euangelio maiora: τ ideo putatur nō ad vnum deum vtraq̧ pertinere: potest qui hoc putat perturbari si vnus medicus: alia per ministros suos imbecillioribus alia per semetipsum valentioribus pcipiat ad reparanda3 vel obtinēdam salutē. Ut eni3 ars medicine: cum eadem maneat: neq̧ vllo pacto ipsa mutetur. mutat tñ pcepta languētibus: quia mutabilis est nostra valitudo. ita diuina prouidentia: cū sit ipa oīno incommutabilis. mutabili tñ creature varie subuenit: τ pro diuersitate morborum: alius alia iubet aut vetat vt a vicio vnde mors incipit. τ ab ipsa morte ad natura3 suam τ essentia3 ea q̄ deficiūt id est ad nihilū tēdūt reducat τ firmet. ¶ Sed dicis mihi. Quare deficiunt? Q2 mutabilia sunt: Quare mutabilia sunt? Quia non sūme sūt. Quare nō summe sunt? Quia inferiora sunt eo a q̄ facta sunt. Quis ea fecit? Qui summe est. Quis hic est? Deus incommutabilis trinitas. qm̄ τ p summā sapiētia3 ea fecit: τ summa benignitate cōseruat. Cur ea fecit? Ut essent. Ipsum eni q̄tulūcunq̧ esse bonū est: q2 summū bonū est summe esse. Unā fecit? Ex nihilo: qm̄ quicquid est q̄tulacunq̧ spem: sit necesse est. Ita τ si minimū bonum: tamē bonū erit: τ ex deo erit. Nā quoniā summa spēs summum bonum est. minima species minimum bonu3 ē. Oīe autē bonū aut deus aut ex deo est. Ergo ex deo est etiam minima spēs. Sane quod de specie: hoc etiam de forma dici pōt. Neq̧ eni frustra tam speciosissimum: q̄ etiam formosissimum in laude ponit. Id ergo est vnde fecit deus oīa: quod nullam speciem hab3: nullamq̧ formam. quod nihil est aliud q̄ nihil. Na3 illud quod in comparatione pfectoru3 informe dicitur. si habet aliquid forme: q̄uis exiguum: q̄uis inchoatū nōdū est nihil ac p hoc id quoq̧ inq̄tum est nō est nisi ex deo. Quapropt etiam si de aliqua informi materia factus est mundus. hec ipsa facta est omnino de nihilo. Nam τ quod nondum formatum est: tamē aliquo modo vt formari possit inchoatum est: dei bñficio formabile est. Bonum est eni esse formatum. Non nullum g̃ bonum est τ capacitas forme. τ ideo bonorum omnium auctor qui pstitit formam: ipse fecit etia3 posse formari. Ita oē quod est inq̄tum est: τ omne quod nōdum est in q̄tum esse pōt ex deo hab3. Quod alio modo sic dicit. Omne formatum inq̄tum formatum est: τ omne quod nondum formatum est: inquantum formari pōt: ex deo hab3. Nulla autem res obtinet integritatem nature sue nisi in suo gñe salua sit. Ab eo autem est omnis salus: a quo est omne bonu3: τ oīe bonū ex deo salus igitur omnis ex deo. Hinc iam cui oculi mentis patent nec pnicioso studio vane victorie caligant atque turbant: facile intelligit omnia q̄ viciantur τ moriunt: bona esse: q̄q̄ ipm viciu τ ipsa mors malum sit. Nisi enim salute aliqua priuarentur. non eis noceret viciu3 vel mors: sed si nō noceret vicium nullo modo es3 vicium ¶ Si g̃ saluti aduersatur viciū τ nullo dubitante salus bonū est. bona oīa sunt q̄bus aduersatur viciū. Quibus aūt aduersatur viciū ipsa viciant. Bona sūt g̃ q̄ viciātur. s3 ideo viciātur. quia nō summa bona sunt. Que igitur bona sunt: ex deo sunt. Quia non summa bona sunt: non sunt deus. Bonu3 ergo quod viciari non potest. deus est. Cetera omnia bona ex ipso sūt. que per seipsa possunt viciari: quia per seipsa nichil sunt per ipsum autem partim non vicianiur partim viciata sanantur. Est autem vicium primum anime rationalis voluntas ea faciēdi q̄ vetet summa τ intima veritas. Ita homo de paradiso in hoc seculum expulsus est: id est ab eternis

ad temporalia a copiosis ad egena. a firmitate ad infirma. Non ergo a bono substantiali ad malum substantiale: q2 nulla substantia malum est: sed a bono eterno ad bonu3 temporale. a bono spirituali ad bonum carnale. a bono intelligibili ad bonum sensibile. a bono summo ad bonu3 infimum. Est igitur quoddam bonum: quod si diligit anima rationalis peccat quia infra illam ordinatū est. Quare ipsum peccatum malum est non ea substantia que peccando diligit. Non ergo arbor illa malum est: que in medio paradisi plātata esse scribitur: s3 diuini precepti transgressio. Que cum consequentē haberet iustā dānatione3 contigit ex illa arbore que contra vetitum facta est. dignoscentia boni et mali: quia cū suo peccato aīa fuerit implicata: luēdo penas discit: qd intersit inter preceptū quod custodire noluit. et peccatū quod fecit: atq3 hoc modo malum quod cauēdo non didiscit: discit sentiendo. & bonū quod non obtemperando minus diligebat: ardentius diligit comparando. Uiciū ergo aīe est quod fecit et difficultas ex vicio pena est qua patitur & hoc est totum malum. Facere autem et pati non est substantia. Quapropter substantia non est malum. Sic enī3 nec aqua malum est: nec animal quod viuit in aere. Nam iste substantie sunt Sed malum est voluntaria precipitatio in aquam & suffocatio quam mersus patitur. R Stilus ferreus alia parte qua scribamꝰ. alia qua deleamus a fabro factꝰ est & in suo genere pulcer: et ad vsum nostrum accommodatus. At si quispiam ea parte scribere qua deletur et ea velit delere qua scribitur: nullo modo stilum malum fecerit. cum ipsum factum iure vituperetur. Quod si corrigat vbi erit malum. Si quis repēte meridianū solem intueatur repercussi oculi turbabuntur. Nū ideo aut sol malum erit. aut oculi. Nullo mō. Sunt enī substantie: sed malum est inordinatꝰ aspectuˢ: et ipsa que consequit perturbatio Quod malū non erit cū oculi fuerint recreati. & lucem suā congruenter aspexerint. Neq3 cū eadē lux que ad oculos pertinet: pro luce sapientie que ad mentem pertinet colitur. ipsa fit malu3 sed supstitio malū est q̄ creature potius q̄3 creatori seruitur. Quod malum omnino nullū erit: cū anima recognito creatore: ipsi vni se subiecerit: & cetera per eum subiecta sibi esse persenserit. Ita omnis corporea creatura si tantummodo possideatur ab anima que diligit deum. bonum est infimu3. et in genere suo pulcrum: quoniam forma et specie continetur. Si aūt diligatur ab aīa que negligit deum: nec sic quidem malum fit ipsa: sed qm̄ peccatum malum est quo ita diligitur: fit penalis dilectori suo: & eū implicat erumnis: et pascit fallacibus voluptatibus: quia neq3 permanēt neq3 satiant sed torquent doloribus. Qm̄ cum ordinem suum peragit pulcra mutabilitas temporum: deserit amantem species cōcupita & per cruciatū sentiētis discedit a sensibus: & erroribus agitat. vt hanc esse primam speciem putet que oīm infima est, natura. s. corporea quā per lubricos sensus caro male dilecta nunciauerat. vt cum aliquid cogitat. itelligere se credat: vmbris illusus fantasmatū. Si qn̄ autem non tenens integram diuine prouidentie disciplinam: sed tenere se arbitrans: carni resistere conatur: vsq3 ad rerum visibilium imagines peruenit: et lucis huius quā certis terminis circumscriptam videt: inmēsa spacia cogitatione format inaniter: et hanc speciem sibi future habitationis pollicetur: nesciens oculorum concupiscentiam se trahere: et cu3 hoc mundo ire velle extra mundum. quem propterea ipsum esse non pūtat. quia eius clariorem partem per infinitum falsa cogitatione distendit. Quod non solum de hac luce. sed etiam de aqua. postremo de vino: de melle: de auro: et de argento. de ipsis denique pulpis. vel de sanguine. vel de ossibus quorumlibet animalium. et ceteris huiusmodi rebus facillime fieri potest. Nil enim est corporis: quod non vel vnum visum possit innumerabiliter cogitari vel in

paruo spacio visum possit eadē imaginandi facultate per infinita diffundi. Sed facillimum est execrari carnem: difficillimum autem non carnaliter sapere. Hac ergo peruersitate aie que cōtingit petō atqȝ supplicio. fit ois natura corporea illud quod per Salomonē dicit: Vanitas vanitatum ꝛ oia vanitas. S Que abundantia homini in omni labore eiꝰ: quo ipse laborat sub sole? Neqȝ enim frustra est additum vanitatum: quia si vanitates detrahas que tanq̄ prima sectantur extrema nō erit corpus vanitas: sed in suo gñe: q̄uis extremam pulchritudinem sine vllo errore monstrabit. Temporalium enim specierum multiformitas ab vnitate dei hominem lapsum per carnales sensus diuerberauit: et mutabili varietate multiplicauit eius affectum. Ita facta est abundantia laboriosa: et si dici potest copiosa egestas: dum aliud et aliud sequitur. et nihil cum eo permanet. Sic a tēpore frumenti vini et olei sui multiplicatus est. vt non inueniat idipsum id ē naturam incommutabilem ꝛ singularem: quā secutus non erret: et assecutꝰ non doleat. Habebit ei etiā consequentem redēptionē corporis: quod iam non corrūpetur. Nunc vero corpus qḋ corrūpitur aggrauat aiam. ꝛ deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem: quia rapitur in ordinē successiōis extrema corporum pulcritudo. Nā iō extrema est: quia simul non potest habere oia: sed dum alia cedunt atqȝ succedunt: temporalium formaruȝ numeros in vnam pulcritudineȝ complent: ꝛ hoc totum nō ꝓpterea malū quia transit. Sic ꝛ versus in suo genere pulcer est q̄uis due syllabe simul dici nullomō possint. Nec enim secunda enunciatur nisi prima transierit: atqȝ ita per ordineȝ peruenitur ad finem: vt cum sola vltima sonat: non secum sonantibus superioribus formam tamen et decus metri cum preteritis contexta perficiat. Nec ideo tamē ars ipsa qua versus fabricatur sic tempori obnoxia est. vt pulcritudo eius per mensuras morarum digeratur: sed simul habet oia quibus efficit versum: non simul habentem oia sed posterioribꝰ priora tollēt. propterea tamen pulcrum: quia extrema vestigia illius pulcritudinis ostendit. quam constanter atqȝ incommutabiliter ars ipsa custodit. Itaqȝ vt nōnulli peruersi magis amant versum q̄ artē ipsā qua conficitur versus: qnia plus se auribus q̄ intelligentie dederunt. Ita multi temporalia diligunt: cōditricē vero ac moderatricē temporū diuinam prouidentiam nō requirūt. atqȝ in ipsa dilectione tēporaliū nolunt transire qḋ amant ꝛ tam sunt absurdi: q̄ si quicq̄ i recitatione preclari carminis vnam aliquam syllabam solaȝ perpetuo vellet audire sed tales auditores carminum nō inueniuntur: talibus autem rerū estimatoribus plena sunt omnia. ꝑpterea quia nemo est qui non facile non modo totū versum: sed etiam totum carmen possit audire totum autem ordinem seculorū sentire nullus hominum potest. T Huc accedit q̄ carminis non sumus ꝑtes: seculorum vero partes damnatione facti sumus. Illud ergo canitur sub iudicio nostro isto peraguntur de labore nostro. Nulli autem victo ludi agonistici placent: sed tamen cum eius dedecore decori sunt ꝛ hec enim quedam imitatio veritatis est. nec ob aliud a talibus prohibemur spectaculis nisi ne vmbris rerum decepti: ab ipsis rebus quarum ille vmbre sunt aberremus.

Ita vniuersitatis huius conditio atqȝ administratio solis impiis animis damnatisqȝ non placet sed etiam cum miseria eoꝝ multis vel in terra victricibus vel i celo sine periculo spectantibꝰ placet. Nihil enim iustum displicet iusto. Quocirca cum omnis aina rationalis aut peccatis suis misera sit: aut recte factis beata. ois aūt irrationalis aut cedat potentiori: aut pareat meliori. aut comparetur equali. aut certantem exerceat: aut damnato noceat. ꝛ omne corpus sue anime seruiat quantū pro eius meritis ꝛ pro rerum ordine finit nullum malum est nature vniuerse. sed

sua cuiq̧ culpa sit malū. Porro cum a nima per dei gratiam regenerata et in tegrū restituta ⁊ illi subdita vni a quo creata: instaurato etiā corpore in pristi nā firmitatē: nō cū mundo possideri sed mundū possidere ceperit: nullum ei ma lū erit. q2 ista infima pulcritudo tpali- um vicissitudinū. cū ipsa peragebatur sub ipsa peragetur: et erit vt scriptum est celū nouū ⁊ t͛ra noua. nō in pte laborā tibus animis: sed i vniuersitate regnā- tibus. Oia ei vestra iquit apl's. vos au tem christi xp̄s aūt dei: et caput mulie ris vir. caput viri xp̄s. caput autē chri- sti deus. Qm̄ igitur vitiū anime nō na tura eius. sed cōtra naturā eius est ni hilq̧ aliud est q̄ pctm̄ ⁊ pena peccati inde intelligit͛ nullā naturam. vel si me lius ita dicitur: nullā substantiam siue essentiā malum esse. Neq̧ de pctis pe- nisq̧ aie efficit͛: vt vniuersitas vlla de- formitate turpet͛. At rationalis substā tia que ab oī peccato mūda est deo sub iecta subiectis sibi ceteris dominatur.

VI Ea vo: q̄ peccauit. ibi ordinata ē vbi esse tales decet: vt deo conditore at q̧ rectore vniuersitatis: decora sint om nia ⁊ est pulcritudo vniuerse creature ꝑ hec tria iculpabilis. damnatiōe pec- catoꝝ. exercitatione iustoꝝ. perfectiōe beatoꝝ. Quāobrē ipsa quoq̧ aie medi cina. que diuina prouidentia ⁊ ineffabi li beneficentia gerit͛: gradatī3 distincte q̧ pulcerrima est. Distribuitur enim in auctoritatē atq̧ rationē. Auctoritas fi dem flagitat. ⁊ rōni preparat hominē Rō ad intellectū cognitionēq̧ perdu- cit. Quā q̄ neq̧ auctoritatē rō penit⁹ deserat. cū cōsideraf cui sit credēdū. et certe summa ipsius iā cognite atq3 per spicue veritatis auctoris. Sed quia i tēporalia deuenimus. et eorum amore ab eternis ipedimur. quedā tpalis me dicina: q̄ nō scientes sed credentes ad salutē vocat: nō nature ⁊ excellentie: s3 ipsius tpis ordine prior est. Nā in quē- cunq3 locū quisq3 ceciderit: ibi debet i cūbere vt resurgat. Ergo ipsis carna- libus formis quibus detinemur vten- dū est ad eas cognoscendas quas ca- ro non nunciat. Eas enim carnales vo co q̄ per carnē sentiri queunt. id est per oculos per aures: ceterosq3 corporis sē sus. His ergo carnalibus vel corporali bus formis inherere amore pueros ne cesse est adolescentes vero prope neces se est: huic ia3 procedente etate non est necesse. Qm̄ igitur diuina prouidentia non solum singulis hominibus quasi ꝑ uatim. sed vniuerso generi humano tā q̄ publice consulit: quid cum singulis agatur: de⁹ scit quid agit. atq3 ipsi cu3 quibus agitur sciunt. Quid autem a- gatur cū genere humano: per historia3 commendari voluit et per prophetiam Temporaliū aūt rerum fides siue pre- teritarum: siue futurarū: magis credē do q̄ intelligendo valet. Sed nostrum est considerare: quibus vel hominibus vel libris credendū sit: ad colendū rec- te deū: que vna salus est. Huius rei pri ma disceptatio est vtrū his potius cre- damus q̄ ad multos deos: an his q̄ ad vnū deū colendum nos vocant. X

Quis dubitet eos potissimū sequēdos qui ad vnu3 vocant: presertim cum illi multorum cultores de hoc vno dn̄o cū- croꝝ: et rectore consentiant. Et certe ab vno numer⁹ incipit. Prius ergo isti sequendi sunt: qui vnum deum summū solum verum deum: ⁊ solum colendum esse dicunt. Si apud hos veritas non eluxerit tū demū migrandū est. Sicut eni in ip̄a rerū natura maior est aucto ritas vnius ad vnū oīa redigentis nec in genere humano multitudinis vlla potentia est nisi consentientis. i. vnum sentientis: ita in religione qui ad vnu3 vocant eoru3 maior ⁊ fide dignior esse debet auctoritas. Altera cōsideratio ē discēssionis ei⁹ q̄ de vni⁹ dei cultu inter homines orta est. Sed accepimus ma- iores nostros eo gradu quo a tpalibus ad eterna cōscendit͛. visibilia miracula non enim aliter poterūt secutos esse: ꝑ quos id actū ē: vt necessaria non essent posteris. Cū eni ecclesia catholica per totum orbem diffusa atq3 fundata sit nec miracula illa in nostra tpa durare permissa sunt: ne anim⁹ semꝑ visibilia

quererēt: ꝛ eoꝝ consuetudine frigesce ret genus humanū: quoꝝ nouitate fla-grauit nec iam nobis dubium esse de-bet. his esse credendum: qui cum ea pre dicent q̄ pauci assequūf: se tñ sequēdos pplis psuadere potuerunt. Nunc enī agitur quibus credēdū sit anteq̄ q̄sq̄ sit idoneus ineunde rōni de diuinis et de inuisibilib⁹ reb⁹. Nā ipsi rōni purga tioris aie: que ad perspicuā veritatem peruenit: nullo mō auctoritas humana preponitur: sed ad hanc nullum super/ bia hūana perducit. Que si non esset non essent heretici neq̄ scismatici. nec carne circuncisi: nec creature simula-croꝝq̄ cultores. Ubi aūt si non essent ante pfectionē populi: que promittitur multo pigrius veritas quereref. Dis-pensatio ergo tpalis ꝛ medicina diuine prouidentie: erga illos qui pctō morta litatem meruerunt: sic traditur. Primo vnius hominis cuiuslibet nascentis na tura et eruditio cogitatur. Prima hu-ius etas infantia in nutrimentis corpo ralibus agitur: penitus obliuiscenda crescenti. Eam puericia sequitur: vnde incipimus aliquid meminisse. Huic suc cedit adolescentia: cui iam propagatio nē prolis natura permittit: et patreȝ fa cit: Porro adolescentiā iuuentus exci/ pit: iā exercenda muneribus publicis: ꝛ domāda sub legib⁹: in qua vehemen/ tior ꝓhibitio peccatoꝝ: et pena peccan tiū seruiliter cohercens: carnalib⁹ ani-mis atrociores impetus libidinis gi-gnit ꝛ oia cōmissa cōgeminat. Non enī simplex peccatū est nō solum malum: sed etiā vetitū admittere. Post labores autem iuuentutis: senioris pax nonnul la cōcedif. ¶ Inde vsq̄ ad mortē deterior etas: ac decolor: ꝛ morbis sub-iectior debilisq̄ perducit. Hec est vita hominis viuentis ex corpore. et cupidi tatibu⁹ rerū tēporaliū colligati. Hic dicif vetus homo ꝛ exterior et terren⁹ etiā si obtineat eā quaȝ vulgus vocat felicitatē. in bene cōstituta terrena ci-uitate. siue sub regib⁹. siue sub principi bus: siue sub legibus: siue sub his oib⁹ Aliter enī bn̄ cōstitui ppls non potest etiā q̄ terrena sectatur. Habet quippe ꝛ ipe modū quēdā pulcritudinis sue. Hūc aūt hoiem quē veterē et exteriorē ꝛ terrenū descripsimus: siue in suo ge-nere moderatū: siue etiā seruilis iusti-cie modū excedentē: nōnulli agunt to-tū ab ipsius vite ortu vsq̄ ad occasum Nōnulli aūt istā vitā necessario ab illo incipiunt: sed renascuntur interius: et ceteras eius partes suo robore spiritu ali ꝛ incremētis sapiētie corrumpunt et necāt: ꝛ in celestes leges donec post vi/ sibilē mortē totū instauretur astringūt Iste dr̄ nouus homo ꝛ interior et cele-stis habēs ꝛ ipse ꝓportione non annis sed profectib⁹ distictas quasdam spūa-les etates suas. Primā in vberibus vti lis historie: q̄ nutrit exemplis. Scdam tam obliuiscentē humana ꝛ ad diuia tē dētē in qua nō auctoritatis humane si nu cōtinef: sed ad summā ꝛ incommu-tabilē legē passibus rōnis innitif. Ter tiā iam fidentiorē ꝛ carnalē appetituȝ rōnis robore maritantē: gaudentemq̄ī trinsecus in quadā dulcedine coniuga li cum aīa menti copulaf: et velamento pudoris obnubilaf: vt iā recte viuere si cogaf sed etiā si oēs concedant: pecca/ re non libeat. Quartā iā idipm multo firmius ordinatiusq̄ facientē et emicā tem in pfectum virum: atq̄ aptā ꝛ ido neā oibus etiā pſecutionib⁹: ꝛ mundi huius tempestatib⁹ ac fluctibus susti-nendis atq̄ frangendis. Quintam pa catam atq̄ ex omni parte tranquillaȝ viuentē in operibus ꝛ abundantia in-cōmutabilis regni: summe atq̄ ineffa-bilis sapientie. Sextam oīmode muta tionis ineternā vitaȝ: et vsq̄ ad totam obliuionē vite tēporalis transeuntem in perfectā formā: q̄ facta est ad imagi nem ꝛ similitudinē dei. Septima enim iam q̄es eterna est: et nullis etatibus di stinguenda beatitudo perpetua. Ut ei finis veteris hoīs mors est. sic finis no-ui hoīs vita eterna: ¶ Ille nāq̄ homo peccati ē: iste iusticie. Si-cut auteȝ isti ambo nullo dubitante ita sunt: vt vnum eorū. i. veterē atq̄ terre-num possit i hac tota vita vnus homo

agere: nouum ho᷑ et celestẽ nemo in hac vita possit nisi cum vetere. nã et ab ipso incipiat necesse est: et vsq; ad visibilem mortem cum illo. q̃uis eo deficiente: se proficiente perduret. sic proportione vniuersum genus humanum: cuius tã q̃ vnius homis vita est ab Adam vsq; ad finem huius seculi. ita sub diuine ꝓuidentie legibus administratur: vt in duo gña distributũ appareat. Quorũ invna est turba impiorum terreni hoĩs imaginem ab initio seculi vsq; ad finẽ gerentium: i altero series populi: vni deo dediti: sed ab Adam vsq; ad Johãnem baptistam terreni hoĩs vitã gerentis serui. i q̃dam iusticia. Cuius historia vetus testamẽtum vocatur quasi terrenum pollicẽs regnum: q̃ tota nihil est aliud: q̃ imago noui populi et noui testamẽti pollicẽtis regnum celorũ. Cuius populi vita īteri temporalis īcipit ī dñi aduẽtu ī humilitate vsq; ad diem iudicii quãdo in claritate vẽturus est. Post quod iudicium vetere hoĩe extincto: erit illa mutatio que angelicã vitã pollicet᷑. Omnes enĩ resurgemus: sed nõ oẽs immutabimur. Resurget ergo pius populus vt veteris homĩs sui reliquias transformet in nouum. Resurget autem impius popl᷑s qui ab initio vsq; ad finem veterem hominem gesserit: vt in secundam mortem precipitet᷑. etatum autẽ articulos qui diligent᷑ legunt inueniunt: nec zizania nec paleas phorrescũt. Impius nãq; pio viuit et peccator iusto: vt eorum comparatione alacrius donec perficiat᷑ assurgat. Quisquis autẽ populi terreni tempĩbus vsq; ad illuminationem interioris homis meruit peruenire: genus humanum pro tempore adiuuit: exhibens ei quod etas illa poscebat: et per prophetiam intimans id quod exhibere opportunum non erat: quales patriarche ac prophete inueniuntur ab his qui non pueriliter insiliunt sed pie diligent᷑q; pertractãt diuinarũ et humanarũ rerũ: tã bonũ et tã grãde secretũ. Ad etiam tempĩbus noui populi a magnis et spũalib᷒ viris ecclesie catholice aliũnis video cautissime prouideri: ne q̃d populariter agant qd̃ nõdũ esse tp̃is: vt cũ populo agat᷑ intelligũt: alimẽta lactea large auidis infirmioribus plurib᷒ atq; instanter infundunt validioribus autẽ cibis cũ sapiẽtibus paucis vescunt᷑. Sapiẽtiã enĩ loquunt᷑ int᷑ perfectos: carnalibus vero et animalibus q̃uis nouis hoĩbus: adhuc tñ paruulis: nonnulla obtegunt: sed nulla mẽtiuntur. Nõ enĩ honorib᷒ suis vanis cõsulunt: et inanibus laudibus: sed vtilitati eorũ cũ q̃bus societatẽ vite hui᷒ inire meruerũt. Hec enĩ lex ẽ diñe prouidẽtie: vt nemo a superioribus adiuuetur ad cognoscẽdã et ꝑcipiẽdã gratiã dei q̃ nõ ad eandem puro affectu inferiores adiuuerit: Ita de pctõ nostro: quod in homine pctõre: ipsa natura nostra commisit et genus humanum factus est magnum decus ornamẽtumq; terrarũ et tam decenter diuine prouidẽtie procuratione administratur: vt ars ineffabilis medicine ipsam viciorum feditatem in nescio quam sui gñis pulchritudinẽ vertat. Et quoniam de autoritatis bñficentia quantum p̃sentia satis visum est. locuti sumus: videamus quatenus ratio possit progredi a visibilibus ad inuisibilia. et a temporalibus ad eterna conscendens. Non enim frustra inaniter intueri oportet pulchritudinẽ celi: ordinem siderum. cãdorem lucis. dierũ et noctium vicissitudines. lunc menstrua curricula. anni quadrifariã temperationem quadripartitis elementis congruentem tantam vim seminũ species numerosque gignẽtium. et omnia in suo genere modum proprium naturamque se[r]uantia. In quorum consideratione non vana et peritura curiositas exercẽda est: sed grad᷒ ad immortalia et semp ꝑmanẽtia faciendus. Proximũ enĩ est attẽdere q̃ ista sit natura vitalis que cuncta ista sentit: q̃ profecto quoniam vitam dat corpori: prestãtior eo sit necesse est. Nõ enĩ qualicũq; moles q̃q; ista visibili luce prefulgeat. si vita careat magni estimanda est. Quelibet namq; viua substantia cuilibet

non viue substantie:nature lege prepo
nitur. Sed quia irrationalia quoque
animãtia viuere atqꝫ sentire nemo am
bigit. illud in animo humano prestan
tissimũ est:non quo sentit sensibilia:sed
quo iudicat de sensibilibus. Nam ꝛ vi-
dent acutius ꝛ ceteris corporis sensi-
bus acrius corpora attingunt pleriqꝫ
bestie ꝙ hoies: sꝫ iudicare de corpori-
bus nõ sentientis tm̃ vite. sꝫ etiam ra-
tiocinantis est: qua ille carent:nos ex-
cellimus. B Jam vero illud vi-
dere facillimũ est: pstãtiorẽ esse iudicã
tẽ:ꝙ illa res est de qua iudicatur. Non
solum autẽ rationalis vita de sensibili-
bus:sed de ipsis quoqꝫ sensibus iudicat
Cur in aqua remũ fractũ oporteat ap
parere cũ rectus sit:cur ita per oculos
sentire necesse sit. Nam ipse aspectus
oculorum renũciare id potest:iudicare
aũt nullo modo. Quare manifestuꝫ est
vt sensualẽ vitam corpori. ita rationa-
lẽ vtriqꝫ pstare. Jtaqꝫ si rationalis vi
ta p seipsam iudicat nulla iam est na-
tura pstãtior. Sꝫ qꝛ claruꝫ est eam esse
mutabilẽ quando nunc pita nunc impi
ta inuenit:tanto autẽ meli9 iudicat quã
to est peritior. ꝛ tãto est peritior:quan
to alicuius artis vel disciplíne vel sa-
pientie particeps est. ipsius artis natu
ra querẽda est. Neqꝫ nũc artem intel-
ligi volo ꝙ notatur experiendo: sꝫ ꝙ ratio
cinãdo indagatur. Quid eniꝫ pclaruꝫ
nouit. ꝙ nouit ea impẽsa: ꝙ calce ꝛ are-
na cõficitur:tenacius lapides cohere-
re ꝙ luto? aut qui tã elegãter edificat
vt ꝙ plura sunt:paria paribus respon-
deãt ꝙ auteꝫ singula sunt mediũ locuꝫ
teneãt? Quãqꝫ iste sensus iam sit ratio
ni veritatiqꝫ vicinior. Sed certe qrẽ-
dum est cur nos offendat. si duabus fe
nestris nõ sup inuicem sed iuxta inuicẽ
locatis vna earum maior minor ve sit:
cum equales esse potuerint. si vero sup
inuiceꝫ fuerint:ambeqꝫ dimedio ꝙuis
impares: non ita offendat illa inequa
litas. ꝛ cur non multum curemus quã
to sit vna earum aut maior aut minor
quia due sunt. Jn tribus autem sensus
ipse videt expetere vt aut impares nõ
sint. aut inter maximã ꝛ minimam ita
sit media. vt tanto precedat minorem
quãto a ꝛ maiore preceditur. Jta eniꝫ
primo quasi natura ipsa consulitur qd
probet. Ubi potissimum notandum est:
quemadmodum quod solum inspectũ
minus displicuerit: in meliore compa-
ratione respuatur. Jta reperitur nihil
esse aliud artem vulgarem: nisi rerum
expertarum placitarumqꝫ memoriam
vsu quodam corporis atqꝫ operatio-
nis adiuncto: quo si careas iudicare
de operibus possis. quod multo est ex-
cellentius ꝙuis operari artificiosa nõ
possis. C Sed cum in omnibus
artibus conuenientia placeat qua vna
salua et pulcra sunt omnia. ipsa vero
conuenientia equalitatem vnitatem-
que appetat vel similitudine parium
partium vel gradatione disparium. qs
est qui summam equalitatem vel simi-
litudinem in corporibus inueniat au-
deatque dicere cum diligenter conside
rauerit: quodlibet corpus vere ac sim
pliciter verum esse: cũ oĩa vl' de spe
cie in speciem vel de loco in locum trãs
eundo mutẽtur. ꝛ partibus cõstẽt sua
loca obtinentibus: per que in spacia di
uersa diuiduntur? Porro ipsa vera
equalitas ac similitudo: atqꝫ ipsa ve-
ra ꝛ prima vnitas non oculis carneis
neque vllo tali sensu. sꝫ mente itellecta
conspicitur. Uñ eniꝫ qualiscunqꝫ i cor
poribus appeteretur equalitas:aut vn
de conuinceretur longe plurimum dif-
ferre a perfecta nisi ea que perfecta ẽ
mẽte videret: si tamẽ ꝙ facta non est p
fecta dicẽda est? Et cum oĩa ꝙ sensi-
biliter pulcra sunt: siue natura edita:
siue artibus elaborata: locis ad tempo
ribus sint pulcra: vt corpus ꝛ corpo-
ris motus illa equalitas ꝛ vnita mentẽ
tantummodo cognita secundum quaꝫ
de corporea pulcritudine sensu inter-
nuncio iudicatur: nec loco tumida est:
nec istabilis tempore. Nõ enim recte di
ci põt: scdm eam iudicari rotũdũ cãtũ:
ꝛ nõ scdm eã rotũdũ vasculũ: aut secũ
dũ eã rotũdũ vasculũ ꝛ nõ scdm eam
rotundum denarium. Similiter in tem

intelligere intelligit et idipsum rursus intelligit. in infinitum pergere intelligo et nulla hic esse spacia cuiusque tumoris aut volubilitatis intelligo. Intelligo etiã nõ me posse intelligere nisi viuam et me viu atiorẽ intelligendo fieri certius intelligo. Eterna enim vita vitã tẽpalẽ viuacitate ipsa supat: nec qd sit eternitas nisi intelligendo conspicio. Mentis quippe aspectu oẽm mutabilitatem ab eternitate seiũgo. et in ipsa eternitate nulla spacia tempis cerno. quia spacia tpis preteritis et futuris rerũ motibus cõstant. Nihil aũt preterit in eterno et nihil futurũ est. qr et quod preterit esse desinit. et qd futurum est nõdum esse cepit. Eternitas aũt tm̃modo est: nec fuit quasi iam nõ sit: nec erit q̃si adhuc non sit. Quare sola ipsa verissime dicere potuit humane menti. ego sum q̃ sum. et de illa verissime dici poterat. Qui est misit me. Cui si nondũ possumus inherere: obiurgemur saltem nr̃a fantasmata et tã nugatorios et deceptorios ludos de spectaculo mentis eiiciamus. Utamur gradibus quos nobis diuina prouidẽtia fabricare dignata est. Cũ enim figmẽtis ludicris nimiũ delectati euanesceremus in cogitatiõibus nr̃is. et totã vitã nostrã in quedã vana somnia verteremus rõnali creature seruiente legibus suis. p sonos. ac litteras ignẽ. fumũ. nubẽ. columnã. quasi q̃dam verba visibilia cum ĩfantia nr̃a pabolis ac similitudinibus q̃dãmodo ludere. et interiores oculos nr̃os luto huiuscemodi curare nõ aspnata est ineffabilis mia dei. D Distingamus ḡ quam fidẽ debeamus historie. quã fidẽ debeamus intelligẽtie. qd mãdem⁹ memorie verũ esse nesciẽtes sed credentes tñ. et vbi sit verũ qd nõ venit et trãsit: sed sẽp eodẽ mõ manet qd sit modus interpretãde allegorie q̃ per sapiẽtiam dicta creditur in spũ scto. vtrũ a visibilibus ãtiquioribus ad visibilia recẽtiora eam pducere sufficiat. an vsque ad aie affectiões atque naturã an vsque ad incõmutabilẽ eternitatẽ: an alie visibilia gesta significent alie mot⁹ aĩmorũ: alie legẽ eternitatis an aliqua inueniant in qbus hec oĩa inuestigãda sint. et q̃ sit stabilis fides. siue historica et tpalis: siue spũalis et eterna ad quã oĩs iterpretatio autoritatis dirigenda sit. et qd psit ad intelligendas et optinẽda eterna. vbi finis est omnium bonarũ artiũ. fides rei ñ tpaliũ. et quid intersit inter allegoriam historice. et allegoriam facti. et allegoriã sermonis et allegoriã sacramenti. et quõ ipsa locutio diuinarũ scripturarũ scdm cuiusque ligue pprietatẽ accipiẽda sit. habet enim oĩs lingua quedam ppria genera locutionũ. q̃ cũ in aliã linguã transferunt. videntur absurda. quid prosit tanta loquendi humilitas vt non solum ira dei et tristicia et a somno expgefactio: et memoria et obliuio. et alia nõnulla q̃ i bonos hoĩes cadere possunt. sed etiam pnie zeli. crapule noĩa. et alia hmõi in sacris libris inueniantur. et vtrũ oculi dei et manus et pedes et alia huius generis mẽbra. q̃ in scripturis nominãtur ad visibilem formã humani corporis referenda sint: an ad significationes intelligibiliũ et spũalium potentiarum: sicut galea et scutũ et gladius et cingulum et cetera talia. et qd maxime querendum est qd psit generi humano. q sic nobis per rõnalem et genitalẽ et corporalẽ creaturã sibi seruientẽ diuina prouidentia locuta est. quo vno cognito: oĩs ab aĩo pteruitas puerilis excludit: et itroducitur sacrosancta religio. E Omissis igit et repudiatis nugis theatricis et poeticis: diuinarum scripturarum ɔsideratione et tractatione pascam⁹ aĩm atque potemus: vane curiositatis fame ac siti fessum et estuantẽ: et ianibus fantasmatibus tanque pictis epulis frustra refici satiarique cupientẽ. Hoc vere liberali et ingenuo ludo salubriter erudiamur. Si nos miracula spectaculorũ et pulcritudo delectãt: illã desideramus videre sapiam: que pertendit a fine vsque ad finẽ fortiter: et disponit omnia suauiter. Quid enim mirabilius: vel incorporea mundũ corporeũ fabricante et administrante? Aut quid pulcri⁹ ordinante et ornãte? Si aũt oẽs fatent per corpus

ista sentiri: et aiam meliorez esse q̃ corpus: nihil nec per se anim⁹ ipse cõspiciet aut qd cõspiciet põt esse: nisi multo excellenti⁹ lõgeq̃ prestãtius? Immo pro cõmemorati ab his q̃ iudicamus intueri qd sit scdz qd iudicamus: et ab opib⁹ artiũ cõuersi ad legẽ artiũ eã speciem mente cõtuebimur cuius comparatiõe feda sũt q̃ ipsius benignitate sunt pulcra. Inuisibilia eniz dei a creatura mũdi p ea q̃ facta sũt itellecta cõspiciuntur et sempiterna ei⁹ ṽtus et diuinitas Hec est a tpalibus ab eterna regressio et ex vita veteris ho'is in nouũ hoiem reformatio. Quid est aũt vñ hõ cõmemorari non possit ad virtutes capessendas qñ de ipsis viciis põt? Quid enim appetit curiositas nisi cognitionem q̃ certa esse nõ potest nisi rerũ eternaꝝ et eodẽ mõ se semp habentiũ. Quid appetit supbia nisi potẽtiam: q̃ referẽ ad agendi facilitatẽ: quam nõ inuenit nisi aia pfecta et deo subdicta et ad ei⁹ regnũ sũma charitate conuersa? Quid appetit voluptas corporis nisi quietẽ q̃ nõ est nisi vbi nulla est idigẽtia et nulla corruptio? Cauẽdi sunt ergo iferiores iferi. i. post hanc vitã pene grauiores. vbi nulla põt esse cõmemoratio veritatis: qz nulla rõcinatio. F Idõ nulla rõcinatio: qz nõ eã pfundit lumẽ veꝝ. qd illuminat oẽm hoiem veniẽtem in hũc mũdũ. Quare festinemus et ambulemus cũ dies presto est: ne nos tenebre comprehẽdãt. Festimus a scda morte liberari. vbi nemo est qui⁹ memor dei sit. et ab iferno vbi nemo cõfitetur deo. Sed miseri hoies: quibus cognita vilescũt: et nouitatibus gaudẽt: libẽti⁹ discũt q̃ norũt: c⁹ cognitio sit finis discendi et qbusvilis est facilitas actiõis libẽtius certãt q̃ vicũt: cũ victoria sit finis certãdi. Et qbusvilis ẽ corporis sal⁹: malũt vesci q̃ satiari. et malũt frui genitalibus mẽbrisq̃ nullã talẽ cõmotionem pati inueniũtur etiã q̃ malũt dormire q̃ nõ dormitare. cũ oĩs illi⁹ voluptatis sit finis nõ esurire ac sitire: et nõ desiderare cõcubitum: nõ esse corpe fatigato Quare q̃ fines ipsos desiderant prius curiositate carent: cognoscẽtes eã esse certã cognitionẽ q̃ it⁹ ẽ: et ea pfruẽtes q̃tũ in hac vita q̃ant. Deinde accipiunt actiõis facilitatẽ pulcacia posita. sciẽtes maiorẽ esse faciliorẽq̃ victoriaz nõ resistere animositati cuiusq̃. et hoc q̃tũ in hac vita queũt sentiũt. Postremo etiam q̃etem corpis: abstinendo ab his rebus. sine qbus agi hec vita potest Ista gustant q̃ suauis est dñs nec erit eis dubiũ qd post hãc vitã futurũ sit. et pfectiõ'e sue fide spe et charitate nutriuntur. Post hanc aũt vita et cognitio pficieẽ: qz parte nũc scim⁹ cũ aũt venerit qd pfectum est: non erit ex parte. et pax oĩs aderit. Nũc aũt alia lex in mẽbris meis repugnat legi mẽtis mee. sz liberabit nos de corpe mortis hui⁹ grã dei p Jesũ x pm dñz nrm qz ex magna pte cõcordamus cũ aduersario: dũ cuz illo sum⁹ i via et tota sanitas: et nulla indigentia et nulla fagatio aderit corpi qz corruptibile hoc: tpe atq̃ ordĩe suo q̃ resurrectio carnis futura est iduceẽ in corruptiõe. Nõ mirũ aũt si hoc dabiẽ his q̃ incognitione solã ṽitatẽ amãt: et in actiõe solã pacẽ: et in corpe solã sanitatẽ. G Hoc eniz i eis pficieẽ post hãc vitã qd i hac vita pl⁹ diligũt. Qui q̃ male vtũẽ tãto mẽtis bono. vt extra eã visibia magis appetãt qb⁹ ad cõcupiscẽda et diligẽda itelligibilia commemorari debuerũt: dabũẽ eis exteriores tenebre. Harũ q̃ppe initiũ est: et carnis prudentia et sensuũ corpoꝝ ibecillitas Et q̃ certamib⁹ delectanẽ: alienabunẽ a pace: et sũmis difficultatib⁹ iplicabũẽ Initiũ ei sũme difficultatis est bellũ atq̃ cõtẽtio. Et hoc signari arbitror q̃ ligan ẽ ei manus et pedes. i. facultas oĩs auferẽ opandi. Et q̃ sitire et esurire volũt et libidinẽ ardescere et defatigari vt libenẽ edãt et bibãt et cõcũbãt et dormiãt: amãt idigẽtiã qd ẽ initiũ summoꝝ dolorũ. Perficieẽ ergo i eis qd amãt vt ibi sint vbi eis sit ploratus et stridor dentiũ. Plures ei sũt q̃ hec oĩa simul vniuersa diligũt et q̃rũ vita ẽ spectare. cõtẽdere mãducare. bibere. cõcũbere. dormire. et i cogitatiõe sua nihil aliud q̃ fã-

tasinata q̄ de tali vita colligūt ā plexari: et ex eorū fallacia supstitiōis vl' ipietatis regulas figere. qb⁹ decipiunt: et qb⁹ inherēt etiā si ab illecebris carnis se abstinere conent. q2 nō bn̄ vtunt talēto sibi cōmisso. i. mētis acie q̄ vidētur oēs q̄ docti aut vrbani aut faceti nominant excellere. s3 hn̄t eā in sudario ligatā. aut i terra obrutā. i. delicatis et supfluis rebus aut terrenis cupiditatibus iuolutā et oppressam. Ligabunt ḡ his man⁹ et pedes et mittent in tenebras exteriores: ibi erit ploratus et stridor dētium: nō q2 ipsa dilexerūt initia hec diligat s3 q2 illa q̄ dilexerunt initia sunt istorū. et necessario dilectores suos ad ista pducūt. Qui enim magis amāt ire q̄ redire: aut puenire in lōginqua mittēdi sunt: qm̄ caro sunt et spūs ambulans et nō reuertēs. Qui vo bene vtunt vel ipsis qnq3 sensib⁹ corpis ad credēda et pdicāda opa dei: et nutriendā charitatē ipsius: vl' actōe et cognitiōe ad pacificādā naturā suam et cognoscendū deū itrāt in gaudiū dn̄i sui. Proīcea talentū qd male vtenti aufert: illi dat q̄ talentis qnq3 bn̄ vs⁹ ē nō quia transferri pōt acumen intelligentie s3 ita sigtū est posse hoc amitt'e negligentes et impios ingeniosos. et ad eā puenire diligētes et pios q̄uis igenio tardiores. Nō ei datū est illd talentū ei q̄ accepat duo h3 ei et hoc qd iā i actiōe et cognitōe bn̄ viuit: s3 et q̄ accepat qnq3 N. Nōdū eni h3 ad eterna cōtēplāda: idoneā mentis aciē: q̄ visibilib⁹ tm̄. i. tempalib⁹ credit s3 hr̄e pōt: q̄ hoꝝ oiū sensibiliū deum artificem laudat et eum psuadet fide et exspectat spe et q̄rit charitate. Que cum ita sint hortor vos hoies charissimi et pximi mei: meq3 ipsum hortor vobiscū: vt ad id qd nos p sapiam suā deus hortat: q̄ta possumus celeritate curamus. Nō diligam⁹ mūdū: qm̄ oia q̄ i mūdo sūt cōcupiscentia carnis: et 9cupiscentia oculorū est: et ambitio seculi. Non diligamus p carnis voluptatē corrūpe atq3 corrūpi ne ad miserabiliorem corruptionem dolorum tormentorūq3 veniamus. Non diligamus certamina ne āgelis q̄ talibus gaudent i ptātem demur. hūiliādi. vincendi. Pberādi. Nō diligamus visibilia spectacula ne ab ipsa veritate aberrādo et amendo vmbras in tenebras pijciamur. Nō sit nobis religio i fantasmatibus nostris. melius est enim q̄lecūq3 verū: q̄ oē qcqd pro arbitrio fingi pōt. et tn̄ animā ipsam q̄uis aia v'a sit: cū falsa imaginatur: colere non debemus. Melior est v'a stipula: q̄ lux iuani cogitatōe p suspicātis volūtate formata et tn̄ stipulā quā sentimus et tāgimus dementis est credere colendā. Nō sit nobis religio hūanorum operū cultus. meliores enim sūt ipsi artificesq3 talia fabricant: q̄s tn̄ colere nō debemus. Non sit nobis religio cultus bestiarum. meliores eni sūt extremi hoies: quos tn̄ colere nō debemus. Non sit nobis religio cultus hoim mortuorum. q2 si pie vixerint: non sic habent vt tales q̄rāt honores: s3 illū a nobis coli volūt: quo illumināte letant meriti sui nos esse cōseruos. Honorādi ḡ sunt pp' imitationem nō adorādi pp' religionem. Si aūt male vixerit vbicūq3 sit nō sūt colendi. Non sit nobis religio cultus demonū: q2 ois supstitio cū sit magna pena hoim. et piculosissima turpitudo honor est ac triumphus illoꝝ. Nō sit nobis religio terrarū cultus et aq̄rū: q2 istis purior et lucidior est aer etiā caliginosus: quem tn̄ colere non debemus. Non sit nobis religio etiā purioris aeris: et serenioris cultus: q2 luce absente inūbrat: et purior illa est fulgor ignis etiā huius. que3 tn̄ qm̄ q̄ volūtate accendimus et extiguimus: colere vbiq3 nō debemus. I Nō sit nobis religio cult⁹ corpoꝝ ethereorū atq3 celestiū: q̄ q̄uis omibus ceteris corporib⁹ recte pponant: melior tn̄ ipsis est q̄cunq3 vita. quapropter si aiata sunt: melior est q̄uis aia p se ipsam q̄ corpus quodlib3 aiatū: et tn̄ anima3 viciosā nemo colendā esse censuit. Non sit nobis religio cultus illi⁹ vite q̄ dicūt arbores viuere: qm̄ nullus sensus i ea est: et ex eo gn̄e est ista: q̄ nr̄i etiā corporis numerositas agit: q̄ etia3 capilli et

ossa viuunt: q̄ sine sensu ꝑcidūtur. hac
autē melior ē vita sentiēs. ⁊ tñ vitā be
stiarū colere nō debemus. Nō sit nobis
religio vel ipsa ꝑfecta ⁊ sapiēs anima
rōnalis. siue in ministerio vniuersitatis
siue in ministerio partiū stabilita. siue
q̄ in summis hoibus expectat cōmuta-
tōnē reformationēq; portōis sue. Om
ois vita rōnalis si ꝑfecta ē icōmutabi
li ṽitati secū intrinsecus sine strepitu lo
quēti obtēperat nō obtēperās autē vi
ciosa fit. Non ergo ꝑ se excellit: sꝫ ꝑ il-
lam cui libēter obtēpat. Quod ergo co
lit summus angelus id colēdū est etiā
ab homine vitio. qꝛ ipsa hois natura id
nō colēdo facta est vitia. Nō enim aliū
de sapiēs angelus: aliūde homo. aliun
de ille verax: aliunde homo sed ab vna
incōmutabili sapia ⁊ veritate. Nam id
ipsū actū est tēporali dispēsatōe ad sa
lutē nostrā vt naturā humanā ipsa dei
virtus ⁊ dei sapiētia incōmutabilis ⁊
consubstantialis patri ⁊ coeternus su-
scipere dignaretur: ꝑ quā nos doceret
id esse hoi colēdum: quod ab omni crea
tura intellectuali ⁊ rōnali colēdum est.
Hoc etiā ipsos optimos angelos ⁊ ex
cellentissima dei ministeria velle creda
mus: vt vnū cū ipsis colamus deum cu
ius cōtemplatōe bti sunt. Neq; enim ⁊
nos videndo angelum bti sumꝰ: sꝫ vidē
do ṽitatē: qua etiam ipsos diligimus
angelos. ⁊ his cōgratulamur: nec inui
demus q ea paratiores: vel nullis mo
lestiis interpedientibus ꝑfruuntur: sed
magis eos diligimus: qm̄ ⁊ nos tale a
liqd sperare a dn̄o dn̄o iussi sumꝰ. Qua
re honoramus eos charitate: nō serui-
tute: nec eis tēpla cōstruimus. Nolunt
enim se sic honorari a nobis: qꝛ nos ipos
cū boni sumus templa summi dei esse
nouerūt. Recte itaq; scribit hoiem ab
angelo ꝓhibitū ne se adoraret. sꝫ vnū
deū sub quo ei essꝫ ⁊ ille cōseruus.

h Qui aūt nos inuitant vt sibi ser-
uiamus ⁊ tanq̄ deos colamus: similes
sunt supbis hoibus qbus si liceat sic
coli volūt. sed istos hoies ꝑpeti minus:
illos vero colere magis piculosum est.
Ois enim hoiꝫ dn̄atus in hoies aut do-
minantium. aut seruiētiū morte finitur
Seruitus aūt sub angelorū malorꝫ sup
bia: ꝓpt ipsum tēpꝰ qd est post mortem
magis metuenda est. Illud etiam cui-
uis cognoscere facile est: q sub hoie do
minante liberas cogitatōes habere cō
cessum est. Illos aūt dn̄os i mētibus ip
sis formidemꝰ qꝛ vnꝰs est deꝰ oculꝰ itu
ende acpcipiēde ṽitatis. Quare si oibꝰ
potestatibus q̄ dantur hoibꝰ ad regen-
dā rē publicā. pro nostro viculo subdi-
ti sumus: reddētes cesari quod cesaris
est: ⁊ deo quod dei ē: nō est metuendum
ne hoc post mortē nostram aliqs exi-
gat. Et aliud est seruitus aie. aliud ser
uitus corporis. Iusti autē hoies: ⁊ in
vno deo habentes oia gaudia sua quā
do ꝑ eorū facta deꝰ bn̄dicitur cōgratu
lantur laudātibus. Cum ṽo ipsi tanq̄
ipsi laudātur. corrigūt errantes quos
pn̄t: quos aūt nō pn̄t nō eis cōgratulā
tur: ⁊ ab eo vicio corrigi volunt. Qui-
bus si similes vel etiā mundiores atq;
sanctiores sunt boni angeli: ⁊ oia sctā
dei ministeria: qd metuimꝰ ne aliquē il-
lorū offendamus si non supstitiosi fue-
rimus: cū ipsis adiuuātibꝰ ad vnū deū
tēdētes: ⁊ ei vni religantes aias nr̄as.
vn̄ religio dicta creditur: oi supstitōe ca
reamus. Ecce vnū deū colo: vnū omiū
pricipiū ⁊ vnā sapiētiā qua sapiens est
quecunq; aia sapiens est: ⁊ ipsum mu-
nus: quo beata sunt quecūq; beata sūt
Quisqs angelorū diligit hūc deū cer-
tus sum q et me diligit. Quisqs in illo
manet ⁊ potest humanas preces senti-
re in illo me exaudit. Quisquis ipsum
habꝫ bonū suū i ipso me adiuuat: nec
mihi eius participationē pōt inuidere

L Dicant ḡ mihi adoratores: aut
adulatores partiū mūdi qd non opti-
mū sibi cōsiliet: q hoc vnū colit qd ois
optimus diligit. ⁊ cuius cognitōe gau
det. ⁊ ad qd pricipiū recurrēdo fit opti
mus. Quisqs ṽo angelꝰ excessus suos
diligit: ⁊ veritati esse subditus nō vult:
⁊ priuato suo letari cupiens: a commu
ni oim bono ⁊ vera beatitudine lapsus
est. cui omnes mali subiugandi ⁊ pre-
mēdi. nullus autem bonus nisi exercē-

dus in potestatē dat:nullo dubitāte nō est colēdus:cui⁹ leticia est nfa miseria et cui⁹ dānū ē nostra reuersio. Religet ergo vos religio vni oipotēti deo.qr iter mētē nfa3 q̄ illū itelligim⁹ pfez:et ṽitatē .i.lucē iteriorē p quā illū itelligamus nulla iterposita creatura ē. Quare ip͛sa3 quoq3 ṽitatē ex pte dissimilē i ipo et cū ipo veneremur:q̄ forma ē oi3 q̄ ab v no facta sunt et ad vnū nitunt. Vñ appa ret spūalib⁹ ais p hāc formā esse facta oia que sola iplet qđ appetunt omnia. Que tñ ola neq3 fierēt a pře p filiū. ne q3 suis finib⁹ salua essent:nisi deus sum me bonus esset. Qui et nulli natu re q̄ ab ipso bōa eē posset iuidit. et i bo no ipo alia q̄tū ve lēt:alia q̄tum pos sent vt manerēt dedit. Quare ipz donū dei cū pře et filio eq̄ icōmutabile cole re et tenere nos cōuenit: vni⁹ substātie trinitatē:vnū deū a q̄ sum⁹:p quē sum⁹ i q̄ sum⁹a q̄ dicessim⁹: cui dissiles facti sum⁹ a q̄ pire nō pmissi sum⁹. pncipiu3 ad qđ recurrim⁹.formā quā seq̄mur.et gřa3 qua recōciliamur:vnū quo autho re conditi sumus et silitudinē ei⁹ p quā ad vnitatē reformamř: et pacē q̄ vnitati adherem⁹ deū q̄ dixit fiat et ṽbū p qđ sa ctū ē oē qđ substātialiť et naturaliť fa ctū ē. et donū benignitatis ei⁹:q̄ placuit et recōsiliatū ē auctori suo. vt nō iteri ret q̄cq̄d ab eo p ṽbū factū ē.vnū deu3 quo creatore viuim⁹ p quē reformati sa piēter viuim⁹.quē diligētes et quo fru entes btē viuim⁹. vnū deū ex quo oia.p quē oia in quo oia ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit liber Augustini. de vera religione.

¶ Incipit liber de spiritu et anima, qui secundum quosdam inscribitur Augustino. secundum vero alios non sibi inscribitur et hoc secundū doctores.

¶ Incipit prologus.

M)



Quoniam dictu3 est mihi vt cognoscā me ipm:sustinere nō possum vt me habeā incognitum. Magna nāq3 ē negligen tia nescire quid illud sit quo celestia tā profunde cogitamus.q̄ naturalia tam subtili indagatione iue stigam⁹. et de ipo quoq3 creatore nřo tā sublimia scire desideramus. Nō est res pegrina nec longe q̄rēda a nobis ani mus quo ista sapimus. S3 sēp nobiscū adest.tractat loq̄tur:et itus nescit. Da tū ē illi tā ingētiū rerū secreta scire. et seipsum cognoscere nō posse. Paucis siquidē licet ipso aio aim cernere.i.vt ipse animus se videat. Fieri aūt pōt q̄ dā diuina ꝓuidētia vt iueniendi facul tas desit religiosis ais seipos et deum suum pie ac caste ac diligenť querenti bus. Jdcirco reddā me mihi immo deo meo cui maxie me debeo:et videbo qđ sit animus: et que sit patria eius.

¶ Quid est animus Capľm.i. N

Animus est substantia quedā rationis particeps regendo corpi accōmodata. Animus sapientia illustrat⁹ et suū prin cipiū respicit et seipm cognoscit. et q̄ sit idecorū vt extra se q̄rat qđ i seipo possit iuenire itelligit. Corporeis vero passio nib⁹ cōsopit⁹ et p sensibiles formas ex tra seipm adduct⁹:oblit⁹ est q̄d sit et q̄d fuit. Et qr nihil aliud se fuisse meminit nihil preter qđ videtur se esse credit. so lo sensu circa corpa.et imaginatiōe cir ca corporum similitudines et locorū ver satur.et in eis siue vigilando siue dor miēdo distrahitur Cū ṽo ab hac distra ctione per purā itelligentiā ascendens in vnum se colligit rōnalis dr. Ratio siquidē est animi aspectus quo p seipm verū ituet. Rōcinatio ē rōnis iq̄sitio.q̄ re illa op⁹ ē ad vidēdū.ista ad inq̄rēdū.

¶ Qualiter animus est inuisibilis. ¶ Capitulum.ii.

Inuisibilis est anim⁹. Neqꝫ eni aliter inuisibilia cernere valeret visibilia pcorp⁹ videt: inuisibilia p se ⁊ i eo se videt q̄ inuisibilē se eē videt Videt tñ i corpe p corp⁹ sicut sensus i ipsa manet. ⁊ p ipsazvidet. Anim⁹ corporis dn̄ator rector ⁊ habitator videt seipsum p semetipm̄. Nō q̄rit auxiliū corporaliū ocloꝝ. imovero ab oibus corporeis sensibus tanq̄ꝫ impedientibus et perstrepentibus abstrahit se ad se vt videat se in se vt nouit se apud se. Et cum vult deum cognoscere eleuat se supra se mentis acie. Non eni aliquid tale est deus qualis ē animus: non tñ videri ni a animo potest. nec ita videri vt anim⁹ potest. Incōmutabilis siquidem est veritas sine defectu substantie. Nō talis est animus. Sed deficit et proficit: nouit ⁊ ignorat: meminit et obliuiscitur. Modo, vult et modo nō vult. Diffusis cogitationib⁹ atqꝫ consiliis huc atqꝫ illuc vagatur. Considerādo spectat oīa Videt absentia: transmarina visu ambit ⁊ percurrit aspectu: abdita scrutat Et vno momento sensus suos per toti⁹ orbis fines ⁊ mundi secreta circūfert. Descendit ad inferna: ascendit inde: versatur in celo adheret xp̄o: coniūgit deo. Ipse siquidē est eius patria ⁊ habitatio: ad cuius similitudinē factus est. Quisquis ergo se talē reddi desiderat qualis a deo factus est. i. similez deo redeat ad se: et stet in se: et sic intra semet ipsum ⁊ apud semetipsum q̄rat ⁊ videat vn̄ cōstet homo ⁊ ex qua sua parte factus sit ad imagnem dei.

¶ De hominis compositione ¶ Capl'm.iii.

Ex duabus substātiis cōstat hō aīa ⁊ carne. Anima cū ratione carne cum sensibus suisquos tamen sensus nō mouet caro absqꝫ anime societate. Anima vero rationale suum tenet sine carne.

¶ De potentiis aīe ¶ Capitulum.iiii.

Est siqͥdem rōnalis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. Per rationalitatem habilis est illuminari ad aliqͥd cognoscendum: intra se et supra se: in se iuxta se. Cognoscit siquidē deum supra se et se in se: et angelū iuxta se: et quicquid celi āmbitu cōtinetur infra se. Per concupiscibilitatē et irascibilitatem habilis est affici ad aliqͥd appetendū vel fugiendū: amandū vel odiendū. et iō de rōnalitate oīs sensus orit aīe. ⁊ de aliis omnis affectus. Affectus vero quadripartitus esse cognoscit: dū de eo q amamus iā gaudemus: vel gaudendū speramus ⁊ de eo qđ odim⁹ iā dolem⁹ vel dolendū metuimus. et ob hoc de cōcupiscibilitate gaudiū ⁊ spes. et de irascibilitate dolor et metus oriuntur. Qui quidem quatuor affect⁹ aīe oīm sunt vicioꝝ et virtutum quasi quedā principia ⁊ communis materia. Affect⁹ siquidem omni operi tuo nomē iponit. Et qm̄ v̄t⁹ est habit⁹ mentis bn̄ cōposite: cōponēdi ⁊ instituendi atqꝫ ordinandi sūt dicti affect⁹ ad id qđ debēt. ⁊ quō debēt vt in virtutes p̄ficere possint. alioqn i vicia facile decident Cū igit prudent. modeste: fortit. ⁊ iuste amor et odiū instituuntur: in virtutes exurgēt. prudētiaz. s. ⁊ tpantiā: fortitudinē atqꝫ iustitiā: q̄ q̄si origines et cardines sunt oīm virtutum. ¶ Et hec oīa cū affectuose ⁊ virtuose in aīa cōstituunt per odiū mūdi ⁊ sui p̄ficiscitur in amorē dei ⁊ p̄ximi: per cōtēptuz tpaliū ⁊ inferioꝝ. crescit in desiderium eternoꝝ ⁊ supernoꝝ. Sensus vero vn⁹ est in aīa ⁊ qđ ipsa. Et cū corpus nō sit corporeus dicit. q: corpus transcendit vel q: a corporis exercet instrumētis: vn̄ ob numerū instrumentoꝝ q̄nqꝫ partitus dicit: cū int⁹ nō sit nisi vnus. Verū/ tamē p̄p̄ varia exteriora variat ⁊ varie nūcupatur. Dicit nāqꝫ sens⁹. imaginatio. ratio. intellect⁹. intelligentia. Et hec omnia in anima non aliud sunt q̄ ipsa. Alie ⁊ alie proprietates inter se propter varia exercitia. sed vna essentia rōnalis et vna anima proprietates qͥdem diuerse. sed essētia vna. scđz exer

citium multa sunt. scd̄m essentiaꝫ vero
vnum sunt in aia ⁊ quod ipsa. Et sicut
mundus iste visibilis quinqꝫ partita
quadaꝫ distinctiōe est ordinatus. terra
s. ⁊ aqua aere ethere cum firmamento.
ipso quoqꝫ supremo celo quod empiri-
um vocāt. Sic anime in mūdo sui cor-
poris ꝑegrinati quinqꝫ progressus sūt
ad sapientiam sensus. s. imaginatio: rō:
intellectus ⁊ intelligentia. Quiqꝫ eniꝫ
progressionibus rōnalitas exercet ad
sapientiā: ⁊ q̄ttuor affectibus ad chari
tatem. Ꝯtinuus nouē istis progressioni-
bus in semetipsa proficiēs aia sensu ⁊
affectu quasi interius q̄busdā pedibus
q̄ spū viuit spiritu ambulet vsqꝫ ad che
rubin ⁊ seraphin. i. vsqꝫ ad plenitudinē
scientie ⁊ regnum charitatis. habeatqꝫ
aia ꝑ exercitiū ꝟtutes quaꝝ facltates
habꝫ ꝑ naturā.

¶ De nouē ꝓgressionib⁹ aie. S

¶ Capitulum. v.

Et hos progressus nominibus
⁊ ordinibus angeloꝝ compa
rare prudenti lectori relinquo
Facile siquidem erit ei si sciat
aptare sensum q̄ ꝑinus aie nuncius est
āgelis q̄ nūcii vocātur. imaginationem
archangelis. odium mūdi virtutibus.
odiuꝫ sui ꝑtātibus rationē ꝑncipatib⁹
amorem ꝓximi dn̄atōibus. intellectum
thronis. intelligentiā cherubin. amorē
dei seraphin. Timor nāqꝫ de suppliciis
⁊ dolor de pctīs faciūt cōtemptum mū
di ⁊ sui: vt cū virtutibus faciat miracu
la: ⁊ cum ꝑtātibus expellat demonia.
Spes de ꝓmissis ⁊ gaudium de ꝓmiis
faciūt amorē ꝓximi ⁊ dei.

¶ Aia facta est ad imaginē dei. T

¶ Capitulum. vi.

Anima ad similitudineꝫ toti⁹
sapientie factam. omniū reꝝ
in se gerit similitudinem. Vn̄
a philosopho diffinita est oiꝫ
rerum similitudo. Habꝫ siquidem in se
vires q̄bus omnia apprehendit siue in
uestigat: ⁊ oibus similis existit. cum sit
vna. Similis est terre ꝑ sēsuꝫ. aq̄ ꝑ ima
ginationē. aeri ꝑ rōnē. firmamento per
intellectū. celorū celo ꝑ intelligentiam.
Similis est lapidib⁹ ꝑ essentiam. arbo
ribus ꝑ vitaꝫ. aialibus ꝑ sensum ⁊ ima
ginationē. hominibus ꝑ rōnem ange-
lis per intellectum. deo ꝑ intelligētiam

¶ Et sicut deus est oibus capabilis ⁊
participabilis. sic aia omnium est ca-
pax. Capabilis ⁊ ꝑticipabilis omnibus
est deus: quia naturali suo munere et
vsu. ex munere participatur ab oib⁹ ad
essentiā qua sūt. ⁊ scd̄m illaꝫ ad idoneā
speciē qua ab aliis differūt ⁊ scd̄ꝫ vtrū
qꝫ ad congruum vsum quo proficiunt.
Tria hec oi existenti insūt quasi q̄dam
vestigia summe essētie imaginis et mu
neris. i. trinitatis patris ⁊ filii ⁊ spūssā
cti. Eternitas q̄ppe est i patre. species
in imagine. vsus in munere. nobis au-
tē ois vsus diuinitatis est ex munere.
Quodāmodo namqꝫ quasi proprior vi
detur nobis esse spūssāctūs. vt pote pa
tris et filii munus. Ex ipso nimirū est
ois vsus gratie cum patre et filio. Ip-
se enim regit ⁊ erudit cōsolatur ⁊ ꝑdu
cit ecclesiā ad Christum quā ipe simul
sine macula et ruga tradet regnuꝫ deo
et patri. Sic a patre per filium et spm̄
vel potius in spū diuina ad nos descen
derunt. Pater siq̄dem tradidit filium
suum quo redimeret seruos. misit spm̄
sanctuꝫ quo seruos adoptaret in filios
filium dedit in precium redemptionis
spiritum sanctum in priuilegium ado-
ptionis. Se deniqꝫ totum seruat in he-
reditatem adoptatis. Nemo ergo de
dei pietate diffidat: quoniam maior est
eius misericordia q̄ȝ nostra miseria. et
q̄squis ad eū toto corde clamauerit ex
audiet illum: qm̄: misericors est. Tardi
us siq̄dem ei videtur peccatori veni-
am dare: q̄ȝ ipsi peccatori accipere.
Sic eniꝫ festinat absoluere reuꝫ a tor-
mento conscientie sue: quasi plus eum
cruciet compassio miseri: q̄ȝ ipsuꝫ mise-
rū compassio sui.

¶ Anime capacitas. V

¶ Capitulum. vii.

Capax est oiꝫ anima q: per rō-
nalitatē ad cognitionē: ⁊ ꝑ cō-
cupiscibilitatē ad dilectōnē vni
uersitatis capax inuenit. Sunt enim i

nia ⁊ sunt id qđ aia. naturalis sensꝰ co gnoscens oia. ⁊ diiudicans inter oia: na turalis affectus quo suo ordine ⁊ gra du diligat oia. Veruntñ facultates et quasi instrumēta cognoscendi ⁊ diligen di habꝫ ex natura. cognitionem tñ veri tatis ⁊ ordineꝫ dilectōis nequaꝙ̄ habꝫ nisi ex grā. Facta siqdem a deo mens rōnalis sicut eius imaginem suscepit. ita cognitioneꝫ ⁊ amorem. Vasa siqdeꝫ q̄ creatrix sapientia format vt sint. ad utrix grā replet ne vacua sint. ñ stre nuū opariuꝫ inuenerit.

Quid sit anima.

Caplm. viii.

Anima est substantia rationa lis intellectualis a deo facta spiritualis. nō ex dei natura: sed potius creatura ex nihilo facta: ꝉ bonum malumqꝫ conuertibilis Et ideo aliquatinus est mortalis inqꝫ tū ī deterius mutari: ⁊ a voluntate dei cuius participatione bona sit alienari pōt. Et aliquatinus imortalis. qm̄ sen sum quo et post hāc vitā vꝉ bñ vel ma le sit amittere non pōt. nō ꝙ pro actis añ carnē gestis meruerit vt ī carne in cluderet: vt qdam voluerunt. Sed nec ideo pōt esse in hoīe sine sorde pctī: nisi a xp̄o fuerit liberata. Dei eni nutu ad corpus aia venit: vt si scđm eiꝰ p̄ceptū agere vellet mercedē accipet vite eter ne atqꝫ societatē angelorū. Si auteꝫ cō tēneret penas iustissimas et amarissi mas lueret. siue doloris continui. siue ignis eterni.

De interiori sensu ⁊ exteriori.

Capitulum. ix.

Anima ex eo dicta ē ꝙ anime ⁊ corpus ad viuenduꝫ hoc ē viuificet. Spūs est ipsa aima pro spirituali natura. vel pro eo quod spiret in corpore appellatus ē spiritus. Anima ⁊ spūs ideꝫ sūt ī homi ne: q̄uis aliud noctet spūs ⁊ aliud ani ma. Spūs namqꝫ ad substantiam đr: et anima ad viuificationem. Eadē ē essen tia sꝫ proprietas diuersa. Nā vnꝰ ⁊ idem spūs ad seipsum đr spūs: et ad corpus anima. Spūs est inq̄tū est rōne predi ta substātia rōnalis. anima inq̄tū ē vita corporis de qua dictuꝫ ē. Qui pdiderit aiam suam saluam faciet eā. i. q̄sqꝫ pro pter deū vitaꝫ hanc q̄ nūc corpori viui ficatione ex aia tēpalis mortalis con stat libenꝰ despexerit. in futuro eandeꝫ corporis. nō soluꝫ aie vitā etnā ⁊ imor talem recipiet. Hūana qdē aia qꝛ ī cor pore habꝫ esse ⁊ extra corpus. pariter aia ⁊ spūs vocari pōt. non due aie sen sualis ⁊ rōnalis. altera qua homo vi uat: ⁊ altera q̄ vt qdam putant sapiat. Sꝫ vna atqꝫ eadem aia in semetipsa vi uit ⁊ p intellectum. ⁊ corpori vitā p̄bet p sensum. Humanū nāqꝫ corpus nec vi uere nec nasci pōt sine aia rōnali. vege tatur tñ ⁊ mouetur crescit ⁊ hūanā for mā in vtero recipit pusq̄ animaꝫ rōna lem recipiat. Sicut etiaꝫ virgulta ⁊ her bas sine aia moueri ⁊ incrementū ha bere videmus. Duplex ē qdē vita anie alia qua viuit in carne: ⁊ alia qua viuit in deo. Duo siqdem in hoīe sensus sunt vnus interior: ⁊ alius exterior: ⁊ vterqꝫ bonū suum habꝫ in quo reficitur. Sen sus iterior reficitur ī cōtemplatōe diui nitatis sēsus extior ī cōtēplatiōe hūa nitatis. Propt̄a deus homo factus ē vt totū hominem in se btificaret ⁊ tota cō uersio hoīs esset ad ipsum: ⁊ tota dile ctio hominis esset in ipso. cum a sensu carnis videretur p carnē. ⁊ a sēsu men tis videret p diuinitatis cōtēplationeꝫ Hoc autē erat totum bonū hominis vt siue igrederetur siue egrederet pascua in factore suo inueniret: pascua foris in carne saluatoris pascua itus in diui nitate creatoris. Hoc bonum magnum secutum est malum: quoniam perdito bono quod intus erat: egressa est ani ma ad bona aliena que foris erant. et pactum fecit cum delectationibus se culi requiescens super illas: non atten dens absentiam boni sui interioris: eo ꝙ consolationes suas cerneret ī bonis alienis. Nam cum exterior sensus car nalis bono suo vtitur. iterior sēsus mē tis quasi obdormit. Non enim cogno scit bona interioris sensus: qui iocundi tate bonorū exterioꝝ capitur. Nā q̄m

carne viuit in carne sentit: et dolores carnis fugit inquantum pot vulnera aut aie prorsus ignorat. nec medicinam querit in eis. Cum aut mortuus fuerit sensus aie quo viuit in carne: tunc viuificari incipiet sensus ille quo sentiet semetipsum et tunc sciet dolores suos. et incipiet sentire vulnera sua tanto grauius quanto prius. Magis enim obest malum qd est magis vicinum: et magis prodest bonum.

Quot modis dicatur spus. 5

Capitulum .x.

Spiritus dicitur multis modis. Dr namque spiritus deus et aer iste. et flatus aeris qui a corde receptus et inde per totum corpus emissus mortalium vitam flatu necessario continet. Iste tn spus iure aia dici non pot. qr aeris varietate dissoluitur. Dr spus aia siue hominis siue pecoris Dr spus mens ronalis. vbi est quedam scintilla tanquam oculus anime ad quem ptinet imaginatio et cognitio dei. Oculus aie est mens ab omni corporis labe pura mentis aspectus est ratio intellectus visio. Tria hec omni aie necessaria sunt: vt sanos oculos habeat vt aspiciat: vt videat. Sanos oculos habet cum a mortalium cupiditatibus est purgata atque remota aspicit cum in dei lumine contemplationis oculos figit videt cum illa in contemplatione conspicit quanta sunt gaudia. quanta leticia. quanta securitas serenitas. et quanta iocunditas. sanitas facit illam securam aspectus rectam visio btam. Cum eni fuerit ab oi fece liberata maculisque diluta. tunc se demumque in seipsa liberalissime tenet: et nihil sibi metuit. aut nlla sua culpa quicquam angit et tunc ingenti quadam et incredibili fiducia pgit in deum i. in ipsam contemplationem veritatis aspectum siquidem rectum sequitur ipsa visio dei que est finis aspectus. Sic aia prius sanatur sanata introducitur introducta reficitur. Spus etiam est quedam vis aie mente inferior. vbi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Nec ipse spus corpus est: sed corpori similis. Que enim spu videntur non sunt corporalia sed corporibus silia. Facies siquidem hois et nobis forinsecus nota est: et in memoria nostra habz imaginem suam incorporalem quidem sed corpori similem. Mundi quoque istius mirabilis pulcritudo: et nobis foris presto est. et in memoria nostra habz imaginem suam incorporalem quidem: sz corpori similem. ad quam recurrimus cum clausis oculis eam cogitamus. Quod eni ad corporis sensum aliquod corpus in loco est. hoc est ad animi aciem silitudo corporis in memoria. et quod est intentio voluntatis ad corpus visum: visionemque copulandam. hoc est eadem intentio voluntatis ad copulandam imaginem corporis que est in memoria et visione cogitantis. Ille spus dr factus ad imaginem et silitudinem dei: in quo est cognitio veritatis et amor virtutis. Imago siquidem est in cognitione: et similitudo in dilectione. Imago qr ronalis. et similitudo qr spualis. Heret siquidem veritati nulla interposita substantia rationale nostrum quo ratiocinamur intelligimus et sapimus spm dicimus. Hunc autem spm Apostolus mentem vocat cum dicit. Renouamini spu mentis vre. i. mentis. Nihil eni aliud est spus mentis quam mens. sicut corpus carnis nihil aliud est quam caro.

Quod i mente eminet intelligentia A

Capitulum .xi.

Mens autem dicitur a mente. Mens autem grece latine dr luna. Et sicut luna crescit et deficit et varia vicissitudine commutatur. in id tamen quod fuit quadam perfecta nouitate se restituit. sic mens nunc caput summis viserit: nunc decidit in infimis. nunc sese inferens sibi veris falsa redarguit. modo ad corporalia regenda deflectitur. modo eternis rationibus inspiciendis vel consulendis adherescit. Ratio siquidem est mentis aspectus quo bonum et malum discernit virtutes eligit. deumque diligit. Mens vniuersorum capax et omnium rerum similitudine insignita. omnia esse dr naturali quadam potentia et naturali dignitate. Idcirco inuisibiles rerum causas p intelligentiam comprehendit. et visibiles actualium formas p sensuum passiones colligit. Et siue p sensus ad sensibilia exeat

siue per intelligentiā ad inuisibilia ascē dat rerū similitudies ad seipsaȝ trahit p̄sentia cognoscit. absentia intelligit. ignota inq̄rit. ⁊ in inuētis p̄satur. Rōnale intellectuale lumen quo ratiocinamur intelligimus ⁊ sapimus mētem dicimus. que ita facta est: ad imagineȝ dei: vt nulla interposita natura ab ipsa v̄itate formetur. Mens eni ex eo dicta est ꝙ emineat in aia. Prestantior siquidem vis aie est. a qua p̄cedit intelligētia. p itelligentiam vbicūqȝ ipsam v̄itatem itelligit. p sapiam diligit. Sapientia namqȝ est amor boni seu sapor boni. a sapore siqdem dr̄. Mentis visio est intelligentia gustus sapientia. Ista comtemplat̄ illa delectatur. Cū ab iferioribus ad superiora volumus ascēdere: p̄us occurrit nobis sensus. deinde imaginatio postea ratio: intellectus ⁊ itelligētia. ⁊ i summo est sapientia. Summa namqȝ sapientia ipse deus est. Sapientia hominis est pietas. i. cultus dei.

Sensus ea vis aie est q̄ rerum corpearum corporeas recipit formas p̄ntes. Imagiatio est ea vis aie q̄ reruȝ corparum corporeas recipit formas sed absētes. Sēsus namqȝ formas in materia percipit. imagiatio extra materiam et ⁊ ea vis que exterius formata sēsus dr̄ eadeȝ traducta vsqȝ ad intimuȝ imaginatio vocatur. ¶ Imagiatio nāqȝ de sensu orit̄: ⁊ scd̄m eius diuersitates ipsius quoqȝ variatiōes. Multa videt aia carnalibus oculis. Multa etiā fantastica imaginatione cōcipit. ⁊ vbiqȝ q̄si diffunditur mouet̄ erigit̄ ⁊ fluctuare videtur: nō a se egrediēs: sȝ i semet ipsa tāq̄ in magno p̄currens spacio p̄uagatur. nō exit ab illa sȝ tractatibus suis sibi illa rep̄sentat. Habȝ siqdeȝ in se quasi quādam latitudinem lōgitudinem / ⁊ altitudinē. Nā p charitatē deū ⁊ oēs fideles sibi complectit̄. p meditationē rerū vniuersa q̄ a p̄ncipio mundi vsqȝ ad finem deus propter salutem nostrā opatus est meditatur. p ↄtēplatiōnē q̄ sursum sūt. celestia cotēplatur. Ratio est ea vis aie q̄ rerum corporearum naturas: formas: differentias: propria accidentia p̄cipit. oia incorporea sȝ nō extra corpora: nisi ratione subsistentia. Abstrahit eniȝ a corporib⁹ q̄ fundātur in corporibus nō actiōe sȝ cōsideratiōe Natura nāqȝ ipsius corporis scd̄m ꝙ omne corpus est. nullū vtiqȝ corpus est Intellectus ea vis aime est q̄ inuisibilia percipit. sicut angelos: demōes: animas ⁊ omnē sp̄m creatum. Intelligentia ea vis aie est que immediate supponitur deo. Cernit siqdē ipsuȝ summū verū ⁊ v̄e incōmutabilē. Sic aia sensū p̄cipit corpora: imaginatiōe corporum similitudines: rōne corporum naturas. intellectu sp̄m creatū: intelligentia spiritum increatum. Et qcq̄d sensus p̄cipit: imaginatio representat: cogitatio format ingenium inuestigat: ratio iudicat: memoria seruat: intellectus separat: intelligentia comprehendit: et ad meditationem siue cōtemplationeȝ adducit. Ingenium ea vis est anime siue intentio qua anima se extendit ⁊ exerceta d incognitorum cognitionem. Ingenium siqdē exq̄rit incognita: ratio discernit inuenta: memoria recōdit iudicata ⁊ offert adhuc iudicanda.

¶ Sic fit ascēsus ab iferiorib⁹ ad sup̄iora: ⁊ ima a summis depēdent. Intellectus nāqȝ q̄dā imago ⁊ similitudo intelligentie est: ratio intellectus: rationis fantasticus sp̄us: cui etiā supremū corpis corp⁹. id ē ignis q̄dā similitudie iūgitur. ⁊ igni aer. ⁊ aeri aq̄ ⁊ aq̄ terra. Sensus informat imaginationem: imaginatio rationem: ⁊ facit sciētiā siue prudentiā: rursuȝ rationi occurrēs diuina prouidentia informat eaȝ ⁊ facit intelligentiā siue sapiētiā. Est itaqȝ in ratione q̄ddaȝ ad sup̄na ⁊ celestia intendens. ⁊ id dicitur sapientia. et est q̄ddam ad transitoria ⁊ caduca respiciens. ⁊ id vocatur prudētia. Hec duo ex ratione sūt. ⁊ in rōne cōsistunt. Et diuidit se rō in duo. s. in sursuȝ et deorsum. sursum in sapiētiaȝ. deorsum i prudentiaȝ: q̄si in virū et mulioreȝ vt vir sit superior et regat. mulier iferior et regat̄ Vn̄ dictū ē. Melior est iniquitas viri q̄ mulier bn̄faciens. Melior siquidem

est q̄ per celeste desideriū accensus: car nē necessaria etiā ei subtrahēdo affligit. q̄s q̄ p carnalē affectū resolut⁹ p oia q̄ cōmoda sunt ei satisfacere contendit

¶ Sensus et eius opus. D

¶ Capłm.xii.

Sensus iuuatur exteri⁹, quia oculi carnis: q̄uis ex natura facultatē videndi habeat nunq̄ tñ p se cōsequitur visionez nec auditū nisi ex bñficio exterioris lucis z soni. Imaginatio iuuatur exteri⁹ q2 ex sensibilibus concipitur. Ratio iuuatur interius: q2 spūs rationalis ex dono creatoris abilis ad cognoscendū verū et diligendū bonū: nisi interioris lucis radio profusus: et calore succensus nunq̄ cōsequitur sapientie cognitionē vel charitatis affectū. Intellectus et iteligentia iuuantur superius q2 deus ignis et lux est. Lux ergo splendorem emitēs ex se quē retinet in se: illuminat intelligentiā ad cognitionem veritatis Ignis vo calorē de se emittens: sed nō amittens inflāmat affectū ad amorem vtutis. Et sicut solem non videt ocul⁹ nisi in lumine solis: sic verū ac diuinum lumē nō poterit intelligentia videre nisi in ipsi⁹ lumine. Dñe inq̄t pp̄heta: in lumine tuo videbim⁹ lumē. Cū ei mortale hoc iduerit imortalitatē. et corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem tūc mente parit et corpore spūales effecti scđm modulū nr̄m p mētis illuminationē oia sciem⁹: et p corporis incorruptibilis leuitatē vbiq3 esse poterim⁹ Uolabimus mēte p contemplationem volabimus corpore per incorruptionez

E Discernemus mente: discernemus corpore: cum sensus nr̄i corporei vertentur in rōnē: ratio in intellectū intellectus in intelligentiam: intelligētia in deum mutabitur. Sensu visibilia percipiuntur: in imaginatione continētur visibiliū imagines et silitudines ad rationem pertinent visibiliu3 rōnes et diffinitiones: et inuisibiliū inuestigationes. ad itellectū et itelligentiā spectāt spūaliū et diuinorū comp̄hēsiones et cōtemplatiōes. Sēsus vo et imaginatio ad rōnez nō ascēdūt: s3 īfra remanētes eā aliquaten⁹ deducere possūt: et q̄si ealōge q̄dā oñdere ad q̄ nō pñt puenir. Silr̄ q̄dā pportiōe itellectū et itelligētiā rō iuuare pōt: s3 ad statū eorum nō valet ascendere: qm̄ metas suas et fines suos pprios quos transcēdere nō pōt. Sensum et imaginationē cū ceteri aialib⁹ cōia habem⁹. Uidēt siq̄dē visibilia et ipsorū recordāt. In q̄busdā etiā sensibus nos superāt qm̄ iustum fuit: vt brutis aīalib⁹ q̄bus nil dādū erat in intellectu: aliq̄d ampli⁹ daret in sensu. Et ecōtrario tanto maior necessitas īducit hoi exercende rōnis q̄nto maiorē defectū patit sensualitatis. Ratio aūt inde icipit vbi aliq̄d occurrit qđ nobis cū aialib⁹ nō sit cōe. Quedā ergo sūt īfra rōnez: q̄dē iuxta rōnē q̄dā supra rōnem. Infra rōnez sūt q̄ sensu pcipimus sicut dura et mollia: calida et frigida: candida et nigra. Iuxta rōnez sūt et puia rōni: q̄ rōne pcipimus sicut cōmoda et incōmoda: vera et falsa iusta et iniusta. Rō siq̄dē ē q̄dā ai motus visum mētis acuens: veraq3 a falsis distinguens. Supra rationez sunt que nec sensus docet nec ratio psuadet: s3 aut diuina reuelatiōe cōprehendūt: aut diuinarū scripturarū auctoritate credūt: sicut deū ī vna substātia trinū: et ī tribus psonis substātialit̄ vnū. Deus siq̄dē est rerū vniuersitas. ita q̄ nulla singularū: et iō motib⁹ rōnis nō subiaces: q2 ratio nō est nisi de re aliqua.

¶ Diffinitio anime et explanatio eius. F

¶ Capitulum.xiii.



Anima est spūs itellectualis rōnalis: semper viuēs sēp ī motu bōe maleq3 volūtatis capax: scđz benignitatē creatoris: atq3 secūdū sui opis officiū varijs nuncupantur nominibus. Dicitur nāq3 aia dū vegetat: spūs dū cōtemplatur: sensus dum sentit: animus dū sapit dū intelligit mens: dum discernit ratio: dum recordat memoria: dū vult voluntas. Ista tñ non differunt in substantia

quēadmodū in nob⁹.qm oia ista vna a nima est proprietates qdem diuerse:sed essentia vna. In spū tñ ⁊ aia potest esse differētia:qz ois aia est spūs:sed nō ois spūs est aia. Aie duplices sunt actiões Alio nāqz consilio erigitur ad deum a lio inclinatur ad carnē. Inclinatur aūt sic. Cū sit subtilis ⁊ inuisibilis . videri nō potest:sed per potentias suas se ex tendit ⁊ ostendit. Per concupiscibilitatem nanqz appetit. per irascibilitatem contēnit:per rõnalitatem inter vtrūqz discernit. Tota essentia aie in his potē tiis existit:nec per partes diuiditur cū simplex sit ⁊ indiuidua. Et si aliquando partes hře dicit:ratione potius simi tudinis q̄ vitate cõpositionis itelligē dū est. Simplex substātia est aia nec a liud nec min⁹ est rõ in substātia q̄ aia nec aliō nec min⁹ irascibilitas vel cõcu piscibilitas q̄ aia:sz vna eadēqz substā tia scđm diuersas potētias diuersa sor titur vocabula. Has potentias habet anteq̄ corpori misceatur. Naturales si quidē sunt ei:nec aliud sunt q̄ ipsa. Tota nāqz aie substantia in his trib⁹ ple na ⁊ pfecta cõsistit.i.in rõnalitate con cupiscibilitate ⁊ irascibilitate. quasi q̄ dā sua trinitate:et tota hec trinitas est quedā aie vnitas:⁊ ipa aia. De⁹ est oia sua:⁊ aia qdā sua. Habet siqdē natura lia ⁊ ipa oia est. Potentie nanqz et vi res eius idē sunt qđ ipsa. Habet acci dētalia ⁊ ipsa nō est. Sue vires est:sue virtutes non est. Non enim est sua pru dentia:sua tēperātia:sua fortitudo:sua iustitia. Potentie aie sunt rõnalitas cõ cupiscibilitas:et irascibilitas. Vires sunt sensus:imaginatio:ratio:memoria intellectus:intelligentia. Potentie au tem possunt dici vires:et vires dici pos sunt potentie.

¶ De amicitia aie et corporis Capitulum.xiiii.

Quibusdā affectibus ⁊ quadā amicitia aīa corpori coniungit.scđm quā amicitiā nemo carnem suam odio habet. So ciata nanqz illi licet eius societate pre grauetur:ineffabili tamē conditione di ligit illud:amat carcerē suū et ideo li bera esse non potest. Doloribus eius ve hementer afficitur. Formidat interitū que mori non potest. Timet defectuz q̄ per naturaz non potest deficere. Oculo rū pascitur speculatione.sonoris dele ctatur auribus.suauissimis iocūdatur odoribus : larga epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipsa ve scatur. graui tamen merore affligitur si subtrahantur. Huic etiam nonnunq̄ subrepunt vicia contraria rationi: duz aia dilecto corpori indulgentius remit tendo locum noscitur prebere peccato Per sensus quoqz progredit aīma ad corpus mouendum ⁊ viuificandum no uem quoqz sunt foramina in humano corpe:quibus scđm naturalē cõtēperā tiā influit ⁊ effluit ex quo idem corpus vegetatur et regit. Sunt etiā vtriusqz quedā similia:corporis.s. supremum et spiritus infimū:in quibus sine natura rū cõfusione:psonali tamen vnione faci le coniungi possunt. Similia eni similibus gaudēt. Itaqz aia q̄ vere spūs est: ⁊ ca ro q̄ vere corp⁹ ē:i suis extremitatib⁹ fa cile ⁊ cõuenienē vniūt.i.in fantastico a nime qđ corpus nō est:sed simile corpori ⁊ sensualitate carnis q̄ fere spūs est:qz si ne aia fieri nō pōt. Sicut ei supmū aie id est intelligentia siue mēs imaginē si ne similitudinē gerit sui superioris:id ē dei. vnde et eius susceptiua esse potuit ad vnionem personalem etiam quādo ipse voluit absqz vlla diminutione natu re sue sic supremū carnis id est sensua litas:aie gerēs similitudinē ad perso nalem vnionem eius essentiā suscipere potest. Nec istud mirū est:cum etiam in sensu et memoria pecudis que est imi tatio rationalitatis:et in appetitu vo luntatis.et in his que refugit reproba tionis. Spiritus namqz corporeus qui vtiqz vere est corpus:⁊ sensu naturali inter multa discernit et vi concupiscibi litati⁹ eligit:et natura irascibilitatis reprobat. Habet siquidē corpo rea vita q̄sdā gradus incrementoz:qb⁹ ad imaginem summe vite proficit. Pri mus eni gradus corporee vite est sensū

ficatio. Secūd⁹ p sensuz igrediēs imaginatio. Tertius p imaginationē conceptoruz memoria. Quartus scdm̄ sensuuz passiones quedā sine discretione intelligentie prouidentia: in qua quidē quasi rationis imago est: et nulla ratio est. In his omnibus corporea vita spūalem vitam imitatur: primo in eo qđ sētit: secundo in eo ꝙ sensum cōcipit. tertio in eo ꝙ concepta retinet. quarto in eo ꝙ siue in imaginatis siue in sensib⁹ scdm̄ quandam rationis similitudinem siue ad appetendum siue ad fugiendū se in se flectit. Conuenientissima autē media sunt et carnis et anime sēsualitas carnis que maxime ignis est: et fantasticus spūs qui igneus vigor dicitur. Unde et quidam loquēs de animabus ait. Igneus est ille vigor et celestis origo. Mira societas carnis et anime spiritus vite et limi terre. Sic enim scriptuz est. Fecit deus hominē de limo terre et inspirauit in faciem eius spiraculum vite: dans ei sensuz et intellectū: vt per sensum lutū sibi sociatum viuificaret. et per intellectum regeret: et vt per intellectum intus ingrederet et contemplaretur dei sapientiam et per sensum foras eg[illegible]et et contēplaret opera sapientie: intellectu intus illustrauit: sensu foris decorauit. vt in vtroqꝫ refectionē inueniret: intus ad felicitatis foris ad iocunditatem. Sed quia bona exteriora diu stare non possunt: iussus est hō ab exterioribus ad interiora redire. et ab iterioribus ad superiora ascēdere. Tante siquidez dignitatis est humana conditio vt nullum bonum preter summū bonū ei sufficere possit. Plenum fuit miraculo ꝙ tam diuersa et tā diuisa ab inuicem ad inuicem potuerunt coniungi. Nec minus mirabile fuit ꝙ limo nostro deus seipsum coniunxit. vt sibiinuicem vnirentur deus et limus. tanta sublimitas et tanta vilitas. Nihil enim est deo sublimius: et nihil limo vilius. Mirabilis fuit coniunctio prima: mirabilis fuit secunda nec minus mirabilis erit tertia. cum homo, angel⁹ et deus vnus erit spiritus. Eodem nāqꝫ bono bonus est homo: quo bon⁹ est angelus. eodēqꝫ bono vterqꝫ beatus. Si tn̄ ambo idipsum eadez voluntate eodēqꝫ spū cupiunt. Si eni taz disparē natura carnis et anime ad vnā federationem atque amicitiam deus coniūgere potuit nequaqꝫ erit ei impossibile rōnalē spm̄ qui vsqꝫ ad consortium terreni corporis humiliatus est cum eodem corpore glorificato: vt sit ei glorie quod fuit et sarcine ad consortium beatorum spūum qui in sua puritate perstiterunt: exaltare: atqꝫ ad sue glorie participationem sublimare: Ad hoc siquidem illum sola charitate nulla necessitate creauit altissimus: vt sue beatitudinis participem faceret. Si ergo tantū gaudium et tanta leticia est in vita ista tēporali. q̄ constat ex presentia spiritus in corpore corruptibili. q̄ta leticia et quantū gaudiū erit in vita eterna que constat ex presentia diuinitatis in spū rōnali. Subiiciatur ergo corpus animo. animus deo: et vnus spiritus erit cum eo. ita tamen si in humilitate permanserit et gratiam sui creatoris per quaz exaltandus et glorificandus est agnouerit. Ex carne et anima constat homo: et vtrūqꝫ bonum suū habet in q̄ gaudet et exultat. Bonum aīe est de⁹: cum affluentia dulcedis sue. Bonum carnis est mundus cū abundantia iocūditatis sue. Sed mundus iste est exterior: deus aūt interior. Nihil est eo interius: nihil eo presentius. Interior est omni re. qr in ipso sunt oīa. Exterior ē oī re. qr ipse est super oīa. Ab hoc ergo mundo ad deum reuertentes et quasi ab imo sursum ascendentes per nosmet ipsos transire debemus. Ascēdere enī ad deum hoc est intrare seipsum et nō solum ad se intrare: sed ineffabili quodam modo in intimis seipsum transire. Qui enim interius intrans et intrinsecus penetrans seipsum transcendit: ille veraciter ad deū ascēdit. Ab huius ergo mundi distractiōibus cor nostruz colligamus: et ad interiora gaudia reuocemus. Et si cor nostrum semp tenere non possumus: saltē ab illicitis et va

nis cogitationibus restringamus: vt aliqñ in diue contemplationis lumine figere valeamus. Hec ẽ eni requies cordis nostri. cũ in dei amore per desideriũ figit. Hec est vita cordis nostri cum deum suum cõtẽplat: et ipsa sua contemplatione suauiter reficit. Et dulce est illi semp ad cõsiderãdũ quod ad amandum ⁊ laudendũ semper est suaue. Nihil enim ad beatam vitam prestantius videt. qua velut clausis carnalib⁹ sensibus: extra carnẽ mũdũq₃ affectũ quem piã intra semetipsum cõuerti. alienũq₃ effectũ a mortaliũ cupiditatibus sibi soli et deo loqui.

¶ De cõparatione aie ad ea de quib⁹ corpus constat. K

¶ Capitulum. xv.

Cum aia sit incorporea: p subtiliorẽ naturam corporis sui. id est per ignem ⁊ aerem: que in isto quoq₃ mũdo pcellentia sunt corpora. ⁊ ideo magis subtiliora corpus administrat. Ita siqdẽ priora excipiunt intus anime viuificãtis eo q̃ i corporee nature sunt propinquiora: q̃₃ humor ⁊ terra. vt ad eoꝝ proximũ ministerium tota moles administret. Nullus sine his duobus vel in corpore sensus est. vel ab anima spontaneus corporis mot⁹. Ignis et aer que leuia sũt mouent aquam et terram que grauia sunt. Quapropter etiam corpora post anime abscessum moueri non videmus quia ignis et aer: que duo per anime p̃sentiam tenentur in corpore terreno et humido vt oĩm quatuor fiat temperatio: post eiudẽ anime abscessũ₃ ad superna euadunt ac sese expediũt. Corporis autem cõpositio sic fit. Corpus constat ex officialibus membris officialia ex consimilibus. consimilia ex humoribus: humores ex cibis: cibi ex elementis. et nihil hoꝝ est aĩa: sed in istis tanq̃₃ i organis agit anima. ⁊ per hoc corpori cõsulit ⁊ huic vite in qua factus est homo in aiam viuentem. Que cũ tẽperata et ordinata fuerint congruunt viuificationi: ⁊ nunq̃₃ recedit aĩa. Si vero distenperata ⁊ cõfusa fuerint, inuita recedit anima: secum trahens omnia: sensum: imaginationẽ: rationẽ: intellectum: intelligentiam: concupiscibilitatem: ⁊ irascibilitatem: et ex his scd̃m merita afficitur ad delectationẽ siue ad dolorem. Corpus autẽ quod pri⁹ itegrum tanq̃₃ organũ cõtemperatũ et dispositũ₃ erat vt melos musicũ in se contineret et tactu₃ resonaret. nunc confractum ⁊ inutile e regione iacet. Aia vero recurrẽtibus ad regiones suas elemẽtoꝝ partibus non habẽs vbi vires suas exerceat. redescit ab histantũ motibus quib⁹ corpus per tempus et locum mouebat ipsa per tempus illocaliter mota: quoniã ⁊ si organũ periit: s₃ nõ melos nec qđ organũ mouebat. Aia inter deum ⁊ corpus posita p tẽpus moueт: vel reminiscendo qđ oblita fuerat: vel discendo qđ ignorat: vel volendo quod nolebat. per locum vero non moueт: quia per loci spacia non distẽdit. Deus autẽ corpore non eget vt sit. nec loco vt alicubi: nec tempore vt aliquando: nec causa vt alicunde: nec forma vt aliquid: nec aliquo genere subiecti in quo subsistat vel cui assistat.

¶ Per quid aia vnitur deo. L

¶ Capitulum. xvi.

Habet aia quandã propriã naturã omnibus his mundane molis elementis excellentiorẽ qua veraciter non possit in aliqua fantasia corporalium imaginum quas per sensum carnis percipimus cogitari: sed mente intelligi vita q₃ sentiri Intelligi potest: sentiri non potest. Nõ enim est corpus: nec deus: nec vita sine sensu: qualis est in arboribus: nec vita sine rationali mente qualis est in animalib⁹: sed vita et vita perpetua. Nec quidem minor q̃₃ angelorum est futura: si ex precepto sui creatoris vixerit. preceptum autem eius est vt in dilectione eius maneamus. Manete inquit: in dilectione mea. Per dilectionem namque sibi rationalem creaturam copulauit. vt eum semper haberet et in ipso semper maneret. de eo ⁊ in eo delectans gaudens et exultans. Per dilectionem

creatori suo et sibiinuicem rationalis creatura copulata est: solū nanqȝ dilectionis vinculū est quod ligat vtrosqȝ in idipsum. Per amorem dei oēs ei adheremus. p amorem pximi omēs ad inuicem vnū sumus: vt bonuȝ omniū fiat singuloruȝ. ⁊ quod q̄sqȝ in se non habet in altero possideat. Charitas est via dei ad homines ⁊ via hoiȝ ad deū. Per charitatē enim venit deꝰ ad hoies. venit in hoies. factꝰ est homo. Per charitatem hoies diligūt deū. eligūt deū. ad deum currūt: ad deuȝ perueniūt. Sic familiaris est deo charitas. vt ipse mā sioneȝ habere nolit vbi charitas nō fuerit. Si ḡ charitatē habes deū habes. Q̄ð deus charitas est.

¶ Persuasio ad diligendum deum per beneficia conditionis ⁊ redemptionis. M

¶ Capitulum. xvii.

Miser ego q̄ntum deberem diligere deum meum: qui me fecit cum non eram: redemit cum perieram. Non eram. de nihilo me fecit. non lapidem: non arborem: non auem: non aliquid de animalibus sed hominem me voluit esse. dedit mihi viuere sentire. discernere. Perieram: ad mortalitatem descendit: mortalitatem suscepit. passionē sustinuit: mortem vicit: ⁊ sic me restaurauit. Perierā ⁊ abieram: q̄ꝛ in peccatis meis eram venūdatus. venit ille post me vt redimeret me. ⁊ tantū dilexit me vt sanguinis sui precium appenderet p me taliqȝ pacto reduxit me de exilio ⁊ redemit de seruitio Nomine etiaȝ suo vocauit me vt memoriale suum semper esset apud me. Vnxit me oleo leticie. quo ipse erat vnctus: vt ab vncto essem vnctus: ⁊ a Christo dicerer Christianus. Sic gratia eius ⁊ misericordia semper preuenerunt me. De multis namque periculis sepe liberauit me liberator meus. quando errabam reduxit me: quando ignorabam docuit me. quando peccabam corripuit me. quado tristabar consolatus est me. quando desperabam confortauit me. quando cecidi erexit me. quando steti tenuit me. quando iui duxit me. quando veni suscepit me. Hec ⁊ multa alia fecit mihi deus meꝰ. de q̄bus dulce est mihi semper loq̄. semper cogitare. semper gratias agere: vt p omnibus beneficiis eius possim sēper eum laudare ⁊ amare. Cum enim cunctis sit presidēs singulos implens vbiqȝ presens: vniuersorum curam agens: ⁊ tam singulis q̄ȝ omnibus prouidens ita totuȝ ad custodiam meam occupatuȝ. video vt si ego super custodiam meaȝ stabo: quasi omnium oblitus sit. ⁊ mihi soli intendere velit. Semper se p̄sentem exhibet. semper se paratū offert: si me paratum inuenerit. Quocūqȝ me vertero nō me deserit nisi ego prior eū deseram. Vbicūqȝ fuero non recedit: quoniam vbiqȝ est: vt quocunque iero inueniam eum cum quo possim esse. Quicquid fecero pariter assistit: vt pote perpetuꝰ inspector omnium cogitationum intentionum et actionum mearum. Cum hec diligenter considero: timore pariter ⁊ indigenti rubore confundor: qui ꝫ illum vbique mihi presentem et omnia occulta mea videntem intueor. Multa enim sunt in me de quibus coram oculis eius erubesco: ⁊ pro q̄bus ei valde displicere timeo. Nec pro omnibus quid illi rependam habeo nisi tantuȝ vt diligam euȝ. Non enim melius nec decentius q̄ȝ per dilectionem rependi potest: qð per dilectionem dātuȝ est. Hec preter rem dixisse videor: sed forte non preter vtilitatem mihi ⁊ his qui mecum sentiunt que ego sentio.

¶ De comparatione anime ad carnē: ⁊ q̄modo sit in corpore vel in loco. N

¶ Capitulum. xviii.

Anima presentia sua corpus viuificat. ⁊ sic colligata est ei vt nec cum velit inde segregare se possit: nec retinere

cum sui creatoris iussionem audierit. In vita siquidẽ anime cõsistit vita corporis, et de morte corporis descendit mors anime. Sicut enim anima vita sua facit carnẽ viuere: et de fonte nature sue irrigat animando sic caro p corruptelã materie sue aiam: si cupiditatib⁹ illicitis illigauerit occidit. Et cum altera natura alterius transit: transit vnaqueqꝫ in victricis naturã .i. vt carnem spũalem aia virtutibus suis prestet. aut aiaꝫ carnalẽ caro victrix eius efficiat: aia tamẽ nihil de morte habere potest: nisi per vicia ei ꝓpinatũ fuerit. Nec caro de vita aliquid retinere põt: nisi ab anima fuerit irrigata. Nec in alterius naturaꝫ altera transire potest nisi aut viciis infecta: aut ꝟtutibus detersa fuerit. Ratione insignita est aia: qua artibus docetur egregiis: et disciplinis instruitur eximiis: vt diuina sapiat: ꝛ humana pertractet: atqꝫ sic cetera aialia decenter excellat. vtpote substantia rationalis. In hoc enim proprie est anima substantia rationalis .i. spiritus rationalis. Immortalis est aia ne a creatoris sui similitudine discrepare videatur non enim poterat esse imago ꝛ similitudo dei: si mortis termino clauderetur. Secundum quandam moduꝫ vite quem nullomodo potest amittere: immortalis est. Secundum vero quandam mutabilitatem qua potest vel melior vel deterior fieri mortalis est. Et sicut mortalis est cũ beate viuere perdit licet misere viuere amittere non possit. sic respectu incorporei dei corporea est Nihil enim inuisibile ꝛ incorporeum natura credendũ est preter solum deũ id est patreꝫ ꝛ filium et spiritum sctm̃. Qui ex eo incorporeus ꝛ inuisibilis dicitur: quia infinitus incircumscriptus est simplex ꝛ sibi omnibus modis sufficiens seipso ꝛ idipsum. Et cũ vbiqꝫ sit in semetipso inuisibilis et incorporeus esse dignoscitur. Ois vero rationalis creatura corporea est: angeli et omnes virtutes corporee sunt: licet non carne subsistant. Et ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicim⁹: quia loco circũscribũtur: sicut ꝛ anima humana que carne clauditur: que idcirco esse ĩ loco ꝛ localis dici potest. In loco quia hic alicubi presens est: localis: quia qđ alicubi presens est totum: alibi non est. Non habet tamen corporalem dimensionẽ nec corporalem circũscriptionem quoniaꝫ corporalis quãtitatis expers est. ¶ Sed quia per presentiaꝫ et operationẽ in loco cõcluditur: localis ꝛ ipsa dicitur: verũtamen non sicut corpus cui scđm locũ: principiũ medium ꝛ finis assignatur. Circumscriptum est quod cũ alicubi est totum: non potest esse simul alibi: quod de solis corporeis naturis cernitur. Incircumscriptum vero est quod simul est vbiqꝫ totum. qđ de solo deo intelligitur. Circũscriptum autem simul ꝛ ĩcircũscriptum est quod cum alicubi sit totum: potest simul alibi esse totum: non tamẽ vbiqꝫ. quod de creatis spiritibus cognoscitur. Si enĩ anima non esset tota in singulis membris sui corporis. non sentiret tota in singulis membris sui corporis. Respectu vero nature incorporee que summe incõmutabilis vbiqꝫ est corporea est anima: quoniam tale aliquid non ẽ ipsa nec tamen per loci spacium ita sistitur vel mouetur. vt maiore sui parte maiorem locum occupet: et breuiore breuiorem: minorqꝫ sit ĩ parte ꝙ̃ ĩ toto. Per omnes siquidem particulas corporis tota simul adest: nec minor in minorib⁹ nec in maioribus maior. Sed alicubi ĩtensius alicubi remissius: et in omnib⁹ tota et in singulis tota est. Sicut enim deus vbiqꝫ est totus in toto mundo ꝛ ĩ omni creatura sua. sic anima vbiqꝫ tota in toto corpore suo: tanꝙ̃ ĩ quodam mũdo suo intensius tamen in corde et in cerebro: quem admodum deus precipue dicitur esse in celo.

¶ Quomodo anima sit in quolibet membro. ¶

¶ Capitulum .xix.

Inuisibilis et incorporea est anima: quia profecto si visibilis esset corporea esset. Et si corporea esset partibilis esset et

partes haberet: neq; tota simul in vno loco esse posset. Nullu eni corpus aut sit tagi tatu pot: aut simul tagere totu pt Aia vo i quibuscuq; suis motibus vel actib9 tota siml adest. Tota videt: et tota visor meminit. Tota audit: et tota sonor reminiscit. Tota odorat et tota odores recolit. Tota per lingua et palatu sapores sentit et discernit. Tota tangit et dura et mollia. Tota simul approbat vel iprobat. Calida vo vel frigida sumo tm digito totu decernit. Tota e visus: tota e audit9: tota meminit: et cu tota meminit: tota est memoria. Cu tota vult: tota est volutas. Cu tota cogitat tota est cogitatio. Cu tota diligit; tota est dilectio. potest namq; ex parte cogitare: et ex parte diligere.

¶ Anime passiones et quattuor virtutes eius. A

Capitulum.xx.

Habet anima affectiones qb9 exercetur. vel virtutes. Dolor naq; de petistimor de suppliciis: desiderium de promissis. gaudium de premiis: quedaz exercitia sunt vtutu. Habet eni vtutes quib9 instruit et armet cotra vicia. A prudetia naq; scit qd debeat facere: teperantia habet cotra psspera. fortitudine cotra aduersa. iustitia qua scit qd cuiq; debeat reddere. Prudetia est scire qd possit Fortitudo facere qd possit. Teperatia no psumere qd no possit. Justitia non velle plusq; possit. Prudetia est in eligendis. Teperatia ivtedis. Fortitudo in tolerandis. Justitia indistribuendis Prudetie e nihil penitendu appetere et nihil preter iustum velle facere. Temperatie est nihil preter turpia timere: et quicqd agim9 vel cogitam9 ad rationis normam dirigere. Fortitudinis est terrenas cupiditates no solu reprimere sed penitus obliuisci. Justitie est omnem animi cogitatione ad solum deum erigere: eumq; tanq; nihil aliud sit sola mentis acie intueri. Habet autem anima sacramentales virtutes quibus initiat. i. fidem: spem: sacramentu: baptismum. inunctione: confirmationem: et cetera qbus deo cosecrat. Habet etiaz virtutes qbus proficit et qbus deo coniungitur: vt humilitas: puritas: charitas. Humilitas ea deo subiicit. Puritas iungit. Charitas venit. Habet q3 et aia vires qbus corpori co niscet. qua et pma est naturalis. scda vitalis. tertia aialis. Et sicut deus trin9 et vn9: verus et pfectus oia tenet. oia implet. oia sustinet. oia supexcedit omnia circumplectitur sic anima his tribus viribus per totum corpus diffunditur: non locali distensione: sed vitali intentione. Naturalis naq; virtus operat in epate sanguine et alios humores: quos per venas ad oia corporis membra transmittit. vt inde augeantur et nutriatur. Vis ista quadrifaria est. Diuiditur namq; i appetitiua. retentiua. expulsiuam et distributiuaz. Appetitiua q sut necessaria corpori appetit. Retentiua supta retinet: donec ex illis digestio vtilis fiat. Expulsiua nociua et supflua expellit. Distributiua bonos bonor ciborum humores oibus membris distribuit: prout cuiq; expedit.

¶ De virtute cordis q̄modo impellit sanguinem per venas. R

¶ Capitulum.xxi.

Vis vitalis est in corde: que ad temperandum feruorem cordis aerez hauriendo atq; reddendo: vitam et salute toti corpori tribuit. Aere namq; puro sanguine z purificatu p totu corp9 i pellit p venas pulsatiles: que arterie vocant. Ex quar motu temperatia atq; distepatia cordis phisici cognoscut. Istas vires habet oia aialia: et ideo corporis magis videtur esse q3 aie. cu aia sit vita corporis.

¶ De virtute cerebri et partib9 eius. S.

¶ Capitulum.xxii.

Vis animalis est in cerebro et inde vigere facit quinq3 ses9 corporis. Jubet enim voces edere: membra mouere. Tres namq3 sut vetriculi cerebri. Vn9 anterior a quo omnes sensus. alter po

sterior a q̃ oĩs motus. terti⁹ inter vtrūq̃ medius. i. rõnalis. Corporis sens⁹ sic sunt. Quod ẽ i corpore subtilissimū ⁊ ob hoc aĩe silius ⁊ vicinius q̃ cetã. i. lux. ꝑmū p oculos ipsos diffundiẽ emicatq̃ in radiis oculoꝝ ad visibilia intuenda deinde mixtura q̃dã ꝑmo cū aere puro secūdo cū aere caliginoso atq̃ nebuloso. tertio cū corpulētiore hũore. quarto cū terrena crassitudine: quinq̃ sensus cum ipso sensu oculorum pficit: vbi ipsa sola excellit. Isti sensus q2 in sola facie ꝑlocati sūt. iõ scriptum arbitror qm̃ dñs in facieʒ insufflauit hoĩ spiraculum vite. ⁊ factus est in aiam viuentem. Anterior quippe pars posteriori merito ꝑponiẽ: q2 ista ducit. ⁊ illa seqẽ. ab ista sensus ⁊ ab illa mot⁹. sicut cõsiliū p̃cedit actionē. Iste vires tã ... c q̃ corporis dici pñt. q2 ab aĩa in corpe fiũt nec sine vtroq̃ fieri pñt. In ꝑma parte cerebri vis aĩalis vocaẽ fantasticalis. i. imaginaria: q2 in ea corporaliū rerū similitudines ⁊ imagines cõtinenẽ. vñ ⁊ fantasticū dicit. In media parte cerebri vocaẽ rõnalis: q2 ibi examinat ⁊ iudicat ea que p imaginationē representanẽ. In vltima parte vocaẽ memorialis: quia ibi recommendat memorie ratione iudicata.

¶ Quomodo quedam intelligigimus p somniū q̃dã ꝟo nõ. C

¶ Capitulum. xxiii.

Aliud est itaq̃ in nobis quo corpora sentimus: quod quiq̃ corporis sensibus facim⁹. Aliud quo nõ corpa s3 corꝑibus similia cernimus: vbi ⁊ nosipsos nõ aliẽ q̃ siles corporibus ĩtuemur. Aliud quo nec corpa nec corpoꝝ similitudies aspicimus: s3 alias res q̃ nõ habēt imagines sui similes. sicut est deus: ⁊ ipsa mens rõnalis: vel intelligẽntia: vel rõ. sicut etiam virtutes: prudētia iustitia: castitas: charitas: pietas: ⁊ quecunq̃ alie sunt. quas intelligendo vel cogitãdo enumeramus: discernimus: ⁊ diffinimus: Porro aĩa non est corpus: quia non oĩs similitudo corporis corpus est

Dormienti enim tibi in somnis velut corpus apparebit. neq̃ id corpus tuuʒ sed aĩa tua. nec veruʒ corpus sed similitudo corporis tui. Jacebit eniʒ corpus tuū ambulabit ipsa. Tacebit ligua corporis tui loquetur ipsa. Clausi erunt oculi tui: videbit ipsa: ⁊ ita in ea tota ⁊ integra cerneẽ similitudo carnis tue. In hac similitudine quasi per loca cognita vel incognita discurrit: ⁊ sentit leta vel tristia. Anima etiam mortui sicut dormientis in ipsa similitudine corporis sui sentit seu bona seu mala. non sunt tamen corpalia sed coporib⁹ silia. q̃bus aĩe corporib⁹ exute afficiũẽ seu bñ seu male. cū ⁊ ip̃e suis corporibus similes sibimet appareant. Sũt tñ ⁊ ꝟa leticia ⁊ ꝟa molestia facta de substantia spũali in substãtia spũali. Certū nẽpe est quandã spũalem naturam esse ĩ nobis vbi corporaliū reruʒ silitudines aut formanẽ aut formare ingeruntur: siue cum p̃sentia aliquo sensu corporis tãgimus ⁊ cõtinuo coꝝ silitudo in spũ formaẽ: ⁊ ĩ memoria recõdiẽ siue cum absentia iã nota vel q̃ nõ nouimus cogitamus: vt inde formeẽ quedã spũalis ĩ vel lect⁹. ¶ Innumerabilia etiã p arbitrio ⁊ opinatiõe fingimus: q̃ vel nõ sunt vel esse nesciunẽ. Innumerabiles quoq̃ ⁊ varie forme reruʒ i aĩo n fouersanẽ: vel cu3 aliq̃d [?] acturi sumus: aliquo etiã spiritu rapiẽte toliẽ aĩa in hmõi vidēda seu bona seu mala. Nimia quoq̃ intētiõe cogitationis vel aliqua vi morbi: vt freneticis per febrē accidere solet. seu cõmixtione alteri⁹ cuiusdam spũs seu boni seu mali. ita corporaliū rerū imagines in spũ exꝑmũẽ tanq̃ corpora ipsius corporis sensibus presentenẽ: vt absentia videanẽ adesse tanq̃ p̃sentia: ⁊ que nõ sunt tanq̃ pre oculis assint. A dormiētibus etiã multa videnẽ vel nihil vel aliq̃d significãtia. Vñ sepe imagines rerum corpaliū tanta illis expressione representanẽ in somniis. q̃ta ipsa corpa pñtanẽ vigiãtibus. vt int̃ visionē dormientiũ ⁊ verã cõmixtionē vigilantium non discernaẽ sed continuo eis caro moueaẽ. ⁊ contra

ppositū suū vel contra licitos mores ꝯcūberevideanť: ꝛ qđ naturaľr collectū est ꝑ genitales vias emittať. Hunc motū casti vigilātes cohibēt ꝛ refrenāt Dormiētes aūt ideo nō pñt quia i ptāte nō hñt imaginis corporalis expressionē qua caro naturaliť moueť: et seqtur qđ coitū sequi solet: ꝛ qđ sine peccato a vigilātibus fieri nō pōt. Sic i spiritu ꝛ corporaliū reꝝ imagines apparēt ꝛ multa pro arbitrio fingūtur vel preť arbitrium demonstrantur. Ipsa namq̈ aïa q̄ motu proprio semꝑ in motu ē qꝛ per corpus nō siniť: vel nō plene siniť corporalia sentire: vel ad corporalia vi sue intentionis dirigere corpore sopito spiritu corporalium similitudines aut ipsa agit sicut ꝛ imagines corporū cogitando ex seipsa versare assolet: aut obiectas intuetur: cum in eas vidēdas aliquo spiritu assumitur.

¶ De multiplici visu anime. X

Capitulum.xxiiii.

Anima est substātia spiritualis: simplex: indissolubilis incorporea: passibilis atq̈ mutabilis: carēs pōdere figura ꝛ colore. Non est credenda pars s꞉ creatura dei: nec etiam de substantia dei. vľ de qualibet elemētoꝝ materia: s꞉ ex nihilo est creata. Si eni ex semetipso eaꝫ deus fecisset: nequaq̄ vitiosa aut mutabilis aut misera esset. Si autem ex elemētis facta fuisset: esset corporea: cū sit incorporea: ignotā hñs originē: initiuꝫ habet: finem non habet. Et cū sit spūalis nature nihil hꝫ mixtū cōcretūq̈ terrenū: nihil humidū vel aereū vel igneū Nullū hꝫ colorē: nullo loco continetur nullis membris circūscribiť: nullo spacio siniť. s꞉ ita est cogitanda ꝛ intelligēda: sicut sapiā: iustitia: et cetere virtutes ab oīpotēte create. Natura anime inuisibilis est: ideo inuisibiliter in corpore manet: et de corpore inuisibiliter egreditur. Per corpus corpora videt: sicut celum ꝛ terram: ꝛ que in eis conspicua sunt oculis nostris. Spiritu corporuꝫ similitudines intuetur. Quicqd eñ corpus non est ꝛ tamen aliquid est recte iam spūs dicitur. Idcirco quadā vi occulta ꝛ spirituali rapitur anima vt vice corporum expressas corporalium rerum similitudines in spiritu videat. Sed intellectu ea que nec corpora nec corporum formas habent conspicit. sicut est iusticia et sapientia: et velut ipsa mens omnis anime affectio bona. Y Ista tria genera visionum manifesta sunt. Primum corporale: quo per corporis sensus corporalia sentiuntur. Secundum spirituale. quo corporum similitudines spiritu non mente cernuntur. Tertium intellectuale. quo ille res que nec corpora: nec corporum formas habent cōspiciūtur. Intellectuali visione nūq̄ falliť anima. aut enim intelligit ꝛ verum est. aut si veruꝫ nō est: nō intelligit In visione autem corporali sepe fallitur anima: cum in ipsis corporibus fieri putat quod fit in corporis sensibus. sicut in nauigātibus videtur terra moueri: que stat: ꝛ intuentibus celum sidera stare que mouentur. ꝛ diuaricatis radiis oculorum res vna duas formas habere videtur. ꝛ vnus homo duo capita. ꝛ in aqua remus infractus. ꝛ multa huiusmodi. In visione etiā spiritali anima fallitur ꝛ illudiť: qm̄ ea que videt aliqua vera aliqua falsa: aliqua ꝑturbata: aliqua tranquilla sunt. Ipsa aūt vera aliqua futuris omnino similia vel aperte dicta. aliq̄ obscuris significationibus vel quasi figuratis locutionibus prenunciata. In extasi vero quādo ob oībus corporis sensibus alienať ꝛ auertitur aïa: amplius q̄ in somno solet. sed minus q̄ in morte: non fallitur. Sed ipsa mente diuinitus adiuta. vel aliquo ipsa visa exponente. sicut in Apocalipsi Iohāni exponebatur magna reuelatio est. Cum enim bono spiritu assumitur anima falli non potest. quia sancti angelis miris modis visa sua facili quadam ac prepotenti vnitione vel commixtione nostra esse faciunt: et visionem suam quodā ineffabili modo in spiritu nostro informant. Ipsi siquidem h̄'s corporali-

bus iudicandis et ministrandis presunt et eorum significatiuas similitudines in spū ita discernūt: et tāta potentia q̄dammodo tractāt: vt eas etiā possunt hoim spiritibus reuelando miscere. Inde est q̄ angelus dñi apparuit in somnis Joseph dicens. Noli timere accipere mariam coniugem tuam. Et iterum Tolle puerū et matrē eius: et fuge in egiptū. Deus ēt p̄ p̄phetā dicit. Effūdā de spiritu meo sup̄ omnē carnē. et iuuenes visiões videbūt: et senes somnia somniabunt. 3 Sunt et alia visa vsitata et humana: q̄ vel ex ipso spū nostro multipliciter existunt vel ex corpore spūi quodāmodo suggeruntur. sicut fuerimus affecti a carne vel animo Nō eni solū vigilantes homines curas suas cogitando versant in similitudinibus corporū: verū etiam dormientes hoc sepe somniant quo indigent. Nam et negocia sua gerunt ex animi cupiditate. et epulis et poculis inhianter instant. si forte esurientes sitientesq̄ dormierint. Vigilantibus etiam occulto q̄dā instinctu ingestas esse cogitatiões quas diuinarent nouimus. Sicut. Cayphas pontifex prophetauit: cū eius itētio prophetādi volūtatē nō hr̄et. Multa videt anima et eadē natura est oīm visionum: siue in vigilantibus: siue in dormientibus: siue in egrotantibus: quoniā nō ex alio genere sūt q̄ vidētur q̄ ex natura spiritus de q̄ vel i quo fiūt similitudines corporum. Visa siquidē freneticorum similia sunt visis somniantium: obturatas namq̄ vias sentiendi hn̄t: vt videant quod somniantes vident. Visa somniantium similia sunt cogitationibus vigilantium. Dormientibus q̄dē incerebro cōsopitur via sentiandi: q̄ intentionem ad occulos ducit. Ideoq̄ ipsa intentio in aliud versa cernit. visa somniorum tanq̄ spēs corporales adsint: vt sibi dormientes vigilare videantur. et nō similia corporib⁹ sed ipsa corpora intueri se putēt. Ego aūt multo amplius admiror et vehemētius stupeo: q̄ tanta celeritate et facilitate in se oīa fabricet imagines corporū: q̄ p̄ corporis oculos viderit: q̄ freneticorū vel somniantiū vel etiā in extasi visiones. Queuniq̄ tñ illa natura visorū est. procul dubio corpus nō est. Nō eni corpora visa illas imagines in spiritu faciunt: nec eas vis hn̄t vt aliud spirituale formēt: sz ipse spūs in seipso celeritate mirabili: vt pote spūalis: intellectualis et rationalis.

Quinq̄ sunt gn̄a somniorum. A

Capitulum. xxv.

Omnium q̄ sibi videre vidētur dormientes quinq̄ sūt genera: videlz. Oraculum: visio: somnium: insomnium: et fentasma. Oraculū est cū in somnis parēs vel aliqua scā grauisq̄ p̄sona seu sacerdos vel etiam deus euenturū aliq̄d apte vł nō euenturū: faciēdū vel deuitandum denunciat. Visio est cū id q̄s videt q̄d eodē modo quo apparuerat euenier. Somniū est figuris tectū: et sine interpretatione intelligi nō pōt. Insomniū est qn̄ id q̄d fatigauerat vigilantem ingerit se dormienti: sicut est cibi cura vł potius vel aliqua studia: vel artes: vel infirmitates. Scd̄m nāq̄ studia q̄ quis exercuit somniat: ⁊ solitarum artium simulacra in pn̄tia mētis impressa apparent in somnis: Juxta etiā infirmitatū diuersitates diuersa accidūt somnia. Etiā scd̄z morū ⁊ humorū varietates variātur ⁊ somnia. Alia nāq̄ vidēt sanguinei: alia colerici: alia flegmatici. Illi vidēt rubea ⁊ varia. isti nigra ⁊ alba. Fantasma est qn̄ qui vix dormire cepit ⁊ adhuc se vigilare estimat aspicere videtur irruētes i se vel passim vagantes formas discrepantes ⁊ varias: letas vel turbulentas. In isto genere est ephialtes quā publica persuasio decscentes opinatur inuadere: et pondere suo pressos ac sentientes grauare. Q̄d non est aliud q̄ quedam fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrū ascēdens. ⁊ sibi vim animalem comprimēs.

De fantasticis visionibus et de illusionibus demonum. A

Capitulum. xxvi.

Dicit humana opinio quod quadam arte mulierū & potestate demonum homines conuerti pssit i lupos & iumenta. & q̄cq̄ necessaria portare. postq̄ peracta opa iterū ad se redire: nec fieri in eis mētē bestialē: sed rōnalē humanāq̄ seruari. Hoc sic intelligenduz est: qm̄ demones naturas nō creāt: sed aliqd tale facere pssit vt videātur esse q̄d nō sunt. Nulla eniz arte vel ptāte animus sz nec corp⁹ q̄dem: aliqua rōne in membra vel i linīamēta bestialia ꝟaciter cōuerti potest Sed fantasticū hoīs q̄d etiā cogitādo siue somniādo per rerū innumerabiliū genera variatur: & cū corpus nō sit: corporū similes formas mira celeritate capit. Sopitis aūt & oppssis hoīs sensibus corporeis. ad aliorū sensuz figura corporea pduci potest ita tñ q̄ corpus ipm̄ hoīs alicubi iaceat: viuens q̄dē sz multo grauius atq̄ expssius q̄ somno suis sensibus obseratis. fantasticū aūt illud veluti formatū in alicui⁹ aīalis imaginem: alienis sensibus appareat. talisq̄ homo sibi videatur: q̄lis sibi videri posset i somnis: & portare onera Que onera si vera sunt corpora: portātur a demonib⁹: vt illudatur hoibus. partiz vero onerum corpora. partim falsa lumētorum cernentibus

¶ Q̄ angeli boni vel mali. interdum humanum spūm assumunt. C

¶ Capitulum.xxvii.

¶ Humanum spiritu3 aliquando bonus: aliquando malus assumit spiritus nec facile discerni potest a quo spiritu assumatur: nisi quia bonus instruit: malus fallit. Fallit autem sepe in manifestis bonis. vt cum sibi in eis creditum fuerit ad sua seducat. Sic plerūq̄ hamanum spiritum rapit: vt quadam occulta mixtura quasi idem spūs esse videatur. & spiritus patiētis & spiritus verātis: vt i demoniacis videmus Animā tamē hoīs. i. mentez nulla creatura iuxta substātiā implere pōt: nisi sola trinitas. Implere aūt dicitur sathanas mentē alicuius & pncipale cordis: nō ingrediens q̄dē in eū & in sēsum ei⁹: sed fraude & calliditate: atq̄ omni malicia illuz alliciens atq̄ seducēs affectu malicie trahit p cogitatiōes & icētiua vicioꝝ: q̄bus ipse plenus est: vtpote fallax nequā: & fraudulēt⁹ deceptor aīaꝝ. Nō eniz pticipatione nature seu substātie: vt q̄dam putāt aīaz implet diabol⁹ aut ei⁹ habitator efficit: sz p fraudulētam deceptionē atq̄ maliciā: in eo habitare dicitur quē implet. Soli⁹ eni trinitatis est itrare & implere naturā siue substātiā quā creauit.

¶ Quomodo demones sensum precedunt. D

¶ Capitulum.xxviii.

Demones & acrimonia sensus et celeritate motus aerei corporis terrenorum corporum sensuz facile precedūt. & q̄dā cogitata pnūciāt q̄ hoīes mirātur ppt tarditatē terreni corpis. Accessit aūt demonib⁹ p tā lōgū tps: q̄ eoꝝ vita ptēditur: rerum longe maior experiētia q̄ hoib⁹ potest euenire ppt breuitatē vite. Idcirco q̄dam futura pdicunt et q̄dā mira faciūt: q̄bus hoīes aliciunt & seducunt. Unde q̄daz mulieres post sathan cōuerse: demonū illusionib⁹ & fātasmatib⁹ seducte: credūt se & pfitētur nocturnis hoīs cū Diana paganoruz dea. vel cuz herodiade & minerua & innumera mulieruz multitudine eq̄tare: earūq̄ iussionibus obtēperare. Ipse nāq̄ sathanas: q̄ trnnsfigurat se in angelū lucis: cū mētem cuiusq̄ muliercule ceperit. & hāc sibi p infidelitatez subiugauerit: ilico trāsfomat se in diuersarum psonarū species & similitudines: & mentē quā captiuā tenet: in somnis deludēs mō leta & mō tristia: modo cognitas mō icognitas psonas ostendēs per deuia queq̄ deduxit. Et cuz solus hoc patitur spūs ifidelis: nec in aīo sed in corpore euenire opinatur. Idcirco nimis stultus & hebes est q̄ hec oīa q̄ in spū fiūt etiā i corpore accidere arbitratur. Cū ezechiel & alii pphete Iohēs etiā euāgelista & apli in spū nō in cor-

pore visione viderunt.

¶ Quomodo mortui cognoscunt que fiunt in hoc mundo. E

¶ Capitulum.xxix.

Cum hoīs mortui siue viui: hominibus dormientib⁹ vel vigilantibus apparent nō in ipsis rebus vt sunt videntur: sꝫ in q̄busdā silitudinib⁹ rerū. Jstud aūt ā gelicis opationib⁹ fieri credim⁹: p dispēsationē ꝓuidētie dei: bñ vtētis bonis vel malis scd'z iscrutabilē altitudinē iudiciorū suorū: siue hinc instruāt mētes mortaliū: siue fallant: siue cōsolant: siue terreāt: sicut vnicuiqꝫ vel pbēda ē mia vel irrogāda iustitia: ab eo cui miam: ꝛ iudiciū nō inanit decātat eccl'ia. Jbi sicꝫ dē sūt spūs defūctoꝝ: vbi nō vidēt neqꝫ audiūt q̄ agunt: aut eueniūt in ista vita hoīb⁹. Jta tñ est eis cura de viuis: q̄q̄ q̄d agāt oīno nesciāt: quēadmodū cura est nobis de mortuis: q̄uis q̄d agāt vtiqꝫ nesciam⁹. Nesciūt q̄dē mortui q̄d hic agat. Sꝫ dū hic agit postea audire pñt ab eis q̄ hinc moriendo ad eos pgunt. non quidē omnino: sed quātū sinitur eis idicare ꝛ eos oportꝫ audire. Scire etiā possunt ab angelis q̄ hic nobis presto sunt: ꝛ aīas nostras ad illos deferunt. Spū etiā dei reuelante cognoscere possunt q̄ hic agunt q̄ necessariū est eos noscere. Quidam etiaꝫ ex mortuis ad viuos nasci possunt: nō p ꝓpriā naturā: sꝫ per diuinā potētiā: vtrū tamen ista fiāt p eoꝝ p̄sentiam: aut per angelos suscipiētes eoꝝ personā: affirmare nō audeo. De⁹ eni oīpotēs qui est vbiqꝫ presens: per angelica ministeria vsqꝫq̄ qꝫ diffusa. potest prebere ista hominib⁹ solacia quibus in hui⁹ vite miseria iudicat esse prebenda.

¶ De potentiis anime ꝛ ei⁹ virtutibus. F

¶ Capitulum.xxx.

Potētie aīe atqꝫ v̄tutes. longa exercitatione ꝛ successu temporum crescunt. Ipsa v̄o nec crescit nec decrescit: sed aut ī parilitate membroꝝ: aut humoꝝ crassitudie ꝛ eoꝝ corrupt̄iōe ꝑpedita: vires suas exercere nō pōt. Aīa carne exuta viuit. vidit: audit: ꝛ oēs sensus atqꝫ ingenia viuacit' tenet. vtpote pura subtilis cita ꝛ ppetua. Et sicut de⁹ vbiqꝫ ī semetipō ē. sic aīa vbiqꝫ q̄dāmō in semet ipā est: at p hoc ibi erit aīa post corpus vbi erat agēs in corpore. Jbi deus est modo vbi erat ꝑus q̄ mundus fieret: vbi etiā foret si mundus desineret esse. Sicut sepe dictū est incorporea est aīa pōt tñ h̄re silitudinē corpis nō corporalē sꝫ corpi similē: ꝛ corporaliū oīno membroꝝ: cū de corpe egredit. Sic eni aut ad spūalia pro meritis fert: aut ad loca penalia silia corporibus: q̄lia sepe demōstrata sunt hīsq̄ rapti sunt a corporis sensibus: ꝛ mortuis siles iacuerunt. cū ꝛ ipsi in seipsis gererent quādam similitudinē corporis sui: p quā possent ad illa ferri. ꝛ alia similibus sensib⁹ experiri. Aie siq̄dem q̄ in corporib⁹ viuentes per dilectionē visibiliū reꝝ corporalib⁹ imaginib⁹ afficiuntur a corporib⁹ exeūtes in eisdē imaginibus tormenta patiunt. Propterea enim corporalibus passionib⁹ ibi teneri pñt: qꝛ a corruptione corporaliū affectionū hic mūdate nō fuerunt: quā corpulētiā de carnis dilectione traxerūt. Quedā aūt aīe ī eisdē locis ī quibus culpā cōmiserunt puniunt. Quedā vero abditis receptaculis vsqꝫ ad vltimam resurrectionem continentur. sicut digna est vnaqueqꝫ requie vel miseria.

¶ Quomodo anima cognoscit se per se.

Capl'm.xxxi.

Multa de aīa dixi. sꝫ nondum dixi qñ facta est. vl' qñ de corpore egredit. Nō primū posui postea dicā. qꝛ vltimū nō possum dicere. qꝛ nescio finem meū hoc plane scio q̄ mortales sumus: ꝛ velim⁹ nolimus omnes moriemur. Nihil enim morte certius: et nihil incerti⁹ hora mortis. Nam nescimus quādo aut quomō aut vbi moriemur: q̄ꝫ mors vbiqꝫ nos expectat. Jdcirco semp debemus esse parati: vt cum corpus reuertet ad terram de qua sumptum est: spiritus re-

deat ad deū q̄ dedit illū. Id siqdem nos maxime mouere dz: q̄ a veteribus sapientibus ita homo diffinit' est. homo est animal rationale mortale. Hoc genere posito qd̄ aial dictū est: additas duas differentias videmus quib' admonendus erat hō et quo sibi esset redeūdū et vñ fugiendū. Sicut ei progressus anie vsqz ad mortalia lapsus est. sic regressus eius i rōnez esse deberet qua inpugnātibus viciis resistere valeat. vt sm naturā suā viuat. et ordinari appetat sub illo vez a quo regi dz: et supra ea q̄ regere dz. Uno v̄bo: quod rōnale dr separat a bestiis. alio q̄ mortale separat a diuinis. Illud nisi retinuerit bestia erit. hinc nisi se auerterit ad diuina non perueniet. Idcirco vt homo sibi incognit' cognoscat se magna opus habet cōsuetudine recedendi a sensibus: vt animum ad se colligat: et in seipso retineat. His siquidem sensibus impeditur anima ne cernere semetipsam valeat: et creatorem suum: quem sola et simplex sine istis oculis intueri debet.

De dignitate anime.

Capitulum. xxxii.

Anima nāqz rōnalis inter eas res que sunt a deo cōdite supat oīa: et iō deo proxima est quando est pura: eiqz inquantum charitate cohesrit: intantuz ab illo lumine intelligibili perfusa quodam modo et illustrata. non per corporeos oculos: sed per ipsius sui pricipale. i. per intelligentiam deum cernit: in quo est perfectissima pulchritudo et beatissima visio qua visione fit beata. Remoueat ergo a consideratione sua noticias que per corporis sensus extrinsecus capiūtur. Queqz nāqz corporalia eorumqz similitudines. sensus quoqz et imaginationes in memoria infixe: cū recordando reminiscuntur: ad exteriorem hominem pertinent: q̄ istis quasi nunciis aia exteriora percipiat. mens ergo cui nihil seipsa presentius est quadam interiori non simulata sed vera p̄sentia: videat se in se. Nichil enim tam nouit mens: q̄ id quod sibi presto est. Nec magis menti quicq̄ presto est q̄z ipsa sibi. Naz cognoscit se viuere: se meminisse: se intelligere: se velle cogitare: scire: iudicare. Haec omnia nouit in se: nec imaginatur quasi extra se illa aliquo sensu corporis tetigerit sicut corporalia queqz tangunt. Ex quoz cogitatōibus nil sibi affingat: vt tale aliqd se esse putet. Quicqd ei de se remanet: hoc solum ipsa est. Nihil enim tā i mente est q̄z ip̄a mens nec qcq̄ sic mentem cognoscit quemadmodū mens. Cū enī q̄rit mēs qd sit mēs: pfecto nouit q̄ seipsam q̄rit: et nouit q̄ ip̄a sit mēs q̄ seipsā querit. Neqz enim aliunde se querit q̄ seipsa. Cum ergo querentem se nouit: se vtiqz nouit. Et omne quod nouit: tota nouit. Atqz ita totam se nouit. Et si parte inuenta non se totam querat. tamen quia se totam querit: tota sibi p̄sto est. Nihil enim sibi seipsa presenti' esse potest. Qz autem querit de se quid antea fuerit: vel quid futura sit: vel qualis modo sit: querit id est quam similis vel quam dissimilis deo quam humilis et deuota: quam pura: quam sancta Sed quia in istis est corporalibus: que cum amore cogitat: et cum quibus amore assuefacta est: non valet sine imaginibus eorum videre semetipsam. Nā tanto glutino amoris ei coheserunt hec que foris sunt corporalia vt etiam cum absint ista: presto sunt imagines eorum cogitanti. Quapropter secernere eas a se non potest: vt se solam inspiciat et videat. Redeat ergo ad se: et stet in se: nec sicut absentem se querat: sed velut presentem se curet cernere et discernere. et intentionem voluntatis qua per alia vagabatur: statuat in seipsa: et se cogitet vt seipsam cognoscat et diligat. Ita videbit q̄ nunq̄z se non amauerit: nunquam nescierit: sed alia secū amando cum eis se confudit. ita vt sine magno labore ab eis separari non possit: quibus cum amore inhesit. Propterea fantasiis corporalium imaginationum deformatur. eisdemqz alte impressis etiam soluta a corpore nō exuit. Si ei a corporalium affectionum

corruptiõe hic nõ mūdat: corpore exuta corporalibus tenet passiõib⁹. Studeat ergo in hac vita se mūdare ab hmõi feculētia. quatinus cum hinc exierit nihil corporeū secū trahat: & a corporali passioni immunis psistat. Uiuificatione & sensificatione descēdit aīma ad corpus. Presentia nāq3 sua illud viuificat colligit in vnū: atq3 in vno tenet: defluere atq3 cōtabescere non sinit cōgruētiā modūq3 eius cōseruat. nō tm̄ i pulcritudine: sed etiā in crescēdo atq3 gignēdo. Intēdit etiā aīa se itactam & eo calida & frigida: aspera: & leuia: dulcia & mollia: grauia: & leuia sentit atq3 discernit. Deinde innumerabiles differētias saporum: odoru3: sonorum: atq3 formaru3: gustādo: olfaciēdo: odiendo: videndoq3 diiudicat. atq3 in his omnibus ea q̄ scd̄m naturā corpis sui sūt appetit: fugitq3 cōtraria. Remouet se ab his sensibus certo iteruallo tēporum. & eorū motus quasi per quasdā ferias reparans: rerum imagines quas per eos hausit secum cateruatī & multiplicit̄ v̄sat. Cū ergo vult intelligere vel diuina vel deū vel seipsam suasq3 considerare virtutes abstrahit se ab oībus corporis sensibus: qb⁹ nō adiuuatur nisi ad corporeas formas coloresq3 sentiendos & spū ac rōne se conspicit: meditatiōe atq3 contēplatiōe ad deu3 ascendit deus vero reuelatione atq3 diuina inspiratione ad eā descendit. Meditatio siqde3 est oculte veritatis studiosa iuestigatio. Contēplatio est perspicue veritatis iocūda admiratio. Istā nāq3 diuina illuminat reuelatio vt veritate3 cognoscat: illā vero diuina inspiratio inflammat vt eā diligat. Corpus autem sēsu & imaginatione ad spūm ascēdit.

¶ De corporis materia.

¶ Capitulum. xxxiii.

Humanum siqde3 corpus ex q̄ttuor elementis compositu3 est sed in carne & ossibus terra maxime apparet propter terrenā3 soliditatem: aqua in humoribus aer continetur in pulmone idcirco semper in motu est: quia ventilabrum cordis est: ne nimio calore consūmatur corr & dissoluatur sedes ignis est i corde. et ideo inferius est latū & supius acutu3 quā formā ignis retinet. Quedam vis ignea aere tēperata a corde ad cerebrū ascēdit: tāq3 in celū corporis nostri ibiq3 purificata & colata p oculos aures nares ceteraq3 instrumenta sēsuu3 foris progredit. & contactu exterioru3 formata quiq3 sensus corporis facit visum videl3 auditum. gustu3. adoratū. & tactū q̄ tāgēdi sensus ab interiori parte cerebri ad posteriorem transiens & inde p ceruicē & medula3 spine descēdēs p totum corpus diffunditur. Porro ipsa vis ignea q̄ exterius formata sensibus. eadam formata per ipsa sensuum instrumēta p q̄ egreditur & in qbus formatur. natura operāte introrsū ad cellā fantasticā vsq3 retrahitur & reducit atq3 imaginatio efficitur. Postea eadē imaginatio ab anteriori pte capitis ad mediū transiens: ipsam aīe rōnal̄ substātiā cōtingit. & excitat discretionem. in tm̄ iā purificata & subtilis effecta vt ipsi spūi imeditate coniūgatur: veraciter tamē naturā corporis retinens & proprietatē. Queqdē imaginatio i brutis aīalib⁹ fātasticā cellā non trāscēdit.

In rōnalibus autē purior sit: & vsq3 ad rōnalē & icorporeā aīe substātiā contigēdā defert & progredit. Est itaq3 imaginatio silitudo corporis. per sensus qdē corporeos: ex corporu3 contactu concepta extrinsecus: atq3 per eosdem sensus introrsus ad ptem puriorem corporei spūs reducta: eiq3 impressa in summo sed corporalis spūs: & in imo rōnalis: corporalē informans & rōnalē contingens. Spūm corporeum voco aerē vel potius ignē. q̄ pre sui subtilitate videri non potest. & corpora interius vegetādo viuificat. Quedā autem vegetat tantum & non sensificat. sicut arbores herbas & vniuersa in terra germinantia. Quedā sensificat & vegetat. sicut omnia bruta aīalia. In qbus quedam tātū sensū habēt & imaginationem nō hāt. Quedam sensu3 & imaginationem hāt. Cum itaq3 ma-

gis fit sensificari q̄ vegetari tantū. cō stat profecto hanc vim subtiliorē esse. et vbi magis subtilis est. magis spūs est. Magis siquidem incorporee nature appropinqt cum imaginationem format: q̄ cum sensum prestat. Nihil enim icorpore alti⁹ vel spirituali nature vicini⁹ esse potest q̄ id vbi post sensum visiua ginādi cōcipitur. quod qdē intm̄ sublime est vt qcqd supra illud est aliud nō sit q̄ ratio.

¶ Hic in qbusdā codicib⁹ finē habz liber de spū et aia. In aliis aūt qbusdā codicib⁹ repiūtur etiā sequētia capl'a.

¶ Q[uod] tot⁹ hō iterior aia noiatur. M

¶ Capitulum. xxxiiii.

Anima nominatur totus homo interior viuificatur regitur et cōtinetur. lutea illa massa humectata succis ne arefacta dissoluatur. Dū ergo viuificat corpus aia est. dū vult aīm⁹ est. dū sit mēs est. dū recolit memoria est. dum iudicat rō est dū spirat vel cōtēplatur spiritus est. dū sentit sensus est. Nam inde sēsus aia dr̄. pro his que sētit vnde et snia nomen accepit. Habet etiā corpus quinq̄ sensus: q[ui] ex eo dicti sūt: quia per eos aia totū corpus subtilissime agitat vigore sentiendi. Ita autē hec oia adiuncta sunt aie vt vna res sit: pefficientiis tamen causū diuersa noia ania sortita est. In essentia nāq̄ est simplex. in officiis multiplex. Memoria etiā mens est. vnde imemores amentes dicuntur. Cum rerum thesaurus et custos est memoria. nec enarrari potest. tā grandis est eius pplexitas: et anim⁹ ipsa est. Nec aliud significo q̄ animā cū mentē dico sed propter aliud animā et pp̄ter aliō mētē. Nā totū q̄ viuit hois anima est. Cum aūt aia in se agit se. et ex se per se sola me[ns] dici solet. Sensus vero ad sua ministeria complēda cōsuetiue aia dr̄. Spm̄ idē esse quod animam euāgelista pronūciat dicens. Ptātez habeo ponendi animā meam: et rursum ptātez habeo sumēdi eā. De hac quoq̄ ipsa dn̄i aia passionis tempore mēorat⁹ euāgelista ita protulit dicens. Et iclinato capite emisit spūm. Quid est eniz emittere spiritū: nisi quod aīmā ponere. Sz aia dicta est ꝑ eo q̄ viuit. Spūs aūt vel pro spiritali natura. vel pro eo q̄ spirat in corpore. Itē aīm idem dicimus esse qd animā: sed aia vite: animus est consilii. Vn̄ aiūt philosophi: et sine aio vitā manere. sic mēte animam durare: sicut in amētibus. Ad mētē enim ptinere vt detur vt sciat: ad aīm vt velit. Pueri et in genitricis vtero sine scia et voluntate viuunt. Mens autem vocata est q̄ emineat in anima vel q̄ meminerit. Quapropter non anima sed q̄ excellit in aīa mēs vocatur tāq̄ caput vel oculus. Vn̄ ipse hō scd̄m mētē imago dei dr̄. Mens nanq̄ ex eo dicta est q̄ emineat in aia. prestātior siquidem vis aie est a q̄ procedit intelligentia. Ratio est siquidez animi motus visum mentis acuens veraq̄ a falsis distinguens. M

Redeat ergo mēs ad se ratiōalis et colligat se in se: vt sine imaginibus corporeis seipsam et omnipotētis dei inuisibilem naturā considerare valeat: terrenorum fantasmatum imagines: et qcqd terrenum cogitationi eius occurrerit respuat: et talem se intus q̄rat et videat q̄lis est sine istis. consideret se talem q̄lis sub deo super corpus creata est. Deinde supra semetipsā surgat et se ipsam deserat: atq̄ quodāmodo in obliuionem sibi veniat: et se contemplationi sui creatoris hūilit et deuote subiciat. Cū enim ceperit mens p puram itelligentiā semetipsaz excedere: et illā in corporee lucis claritatem tota intuerit: et ex his q̄ intrinsecus videt quendā intime suauitatis saporez trahere: et ex eo itelligentiā suā condire et in sapientiā vertere. intm̄ in hoc mentis excessu par illis q̄ exuperat omnem sensuz inuenitur atq̄ obtinetur: vt fiat silentiuz in celo q̄si hora dimidia ita vt contēplātis animus nulla altercantium cogitationū tumultuatiōe turbetur. nil omnino inueniens quod vel per desiderium petat vel per fastidium arguat: vel per odium accuset. sed intra tranqllitatem contemplatiōis totus colligitur; intro

mittitur quendam affectum multum inusitatum introrsus ad quam nescio dulcedinem: que si semper sic sentiretur profecto magna felicitas esset. Nil sensualitas. nil agit imaginatio: sed omnis inferior vis anime proprio interim viduatur officio. Purior autem anime pars in illud intime quietis secretum: et summe tranquillitatis archanum felici iocunditate introducitur. Uiuus quidem est sermo dei et efficax: et penetrabilior omni gladio ancipiti pertingens usque ad diuisionem anime et spiritus. Et ideo nihil in creaturis hac diuisione mirabilius cernitur vbi id quod essentialiter vnum est atque indiuiduum in seipsum scinditur: et quod simplex in se et sine partibus constat quasi quadam partitione diuiditur. Neque enim in homine vno alia essentia est eius spiritus: alia est eius anima: sed prorsus vna eademque nature simplicis substantia. Non enim in hoc gemino vocabulo gemina substantia intelligitur. ¶ Sed cum ad distinctionem ponitur gemina vis eiusdem essentie. vna superior per spiritum: alia inferior per animam designatur. In hac itaque diuisione anima et quod animale est in imo remanet spiritus autem et quod spirituale est ad summa euolat. Ab infimis diuiditur vt ad summa sublimetur. Ab anima sciditur vt domino vniatur: quoniam qui adheret deo vnus spiritus est cum illo. Felix diuisio et mirabilis separatio: vbi quod corpulentum et feculentum est deorsum remanet: quod spirituale et subtile est usque ad speculationem diuine glorie sublimatur: et in eandem imaginem transformatur. Pars inferior componitur ad summam pacem et tranquillitatem. Pars autem superior sublimatur ad summam gloriam et iocunditatem. Licet enim mens humana non sit eius nature cuius est deus imago tamen illius nature qua natura nulla melior est ibi querenda et inuenienda est in nobis quo natura nostra nihil habet melius: sed prius mens ipsa in seipsa consideranda est: et in ea reperienda est imago dei. Mens igitur quando cogitatione se conspicit intelligit se et recognoscit. quando contemplatione ad deum ascendit vt eum intelligat et diligat imago dei dicenda est. cogitando etenim vir est. sicut dicit Apostolus. Uir non debet velare caput suum: cum sit imago dei et gloria. i. quantomagis se extenderit in id quod eternum est. tanto magis inde formatur ad imaginem dei. et ideo non est cohibenda vt inde se contineat ac tempet. Quando vero ea agit vel cogitat que sunt temporalia mulier appellatur: et tunc non est dicenda imago dei: et propterea debet velare caput suum ne nimium sit eius progressio ad inferiora. ne cum licita agit illicita concupiscat.

¶ De dignitate humane conditionis. ¶ Capitulum. xxxv.

Tanta dignitas humane conditionis esse cognoscitur vt non solum iubentis sermone: sicut alia sex dierum opera. sed consilio sancte trinitatis et opere diuine maiestatis sit creatus homo: vt ex prime conditionis honore intelligeret quantum deberet suo conditori: dum tamen in conditione mox dignitatis priuilegium prestitit ei conditor. et tanto amplius conditorem diligeret: quanto mirabilius ab se conditum intelligeret. Nec ob hoc solum quidem quod ad consilium sancte trinitatis sic excellenter a conditore conditus est sed etiam quod ad imaginem et similitudinem suam creator omnium eum creauit: quod nulli alteri ex creaturis donauit. que imago diligentius in interioris hominis nobilitate est consideranda. Primo quidem quod sicuti deus vnus semper vbique totus est omnia viuificans: mouens et gubernans: sicut Apostolus ait. Quod in eo viuimus: mouemur: et sumus. sic anima in suo corpore vbique tota viget. viuificans illud mouens et gubernans. Non enim in maioribus corporis sui membris maiorem. nec in minoribus minor sed in minimis tota est et in maximis tota. Sic infusa est corpori: vt non per membrorum partes partibus sit diuisa. Nam in quolibet loco pars corporis percutitur tota dolet. Miro autem modo vna eademque viuificatione membris presidens cum ipsa per naturam non sit diuersa: per corpus tamen agit diuersa. Ipsa quippe est que per oculos videt. audit per aures: per nares odorat:

Pater ꝛ fili⁹ ꝛ spūssanct⁹ nomina sunt pietatis: noīa dulcedinis: noīa suauitatis ꝛ amoris. Quid enim dulcius patre. ꝛ tāto pr̄e tā dulcissimo atq̧ misericordissimo. Quid suauius Jesu xp̄o Saluatore: qui tot⁹ ē vnctus tot⁹ ē pi⁹: tot⁹ ē dulcis atq̧ suauis. qd amabilius et quid suaui⁹ ꝛ qd sanctius spūsctō. Amor pr̄is ꝛ filii ipse ē p quez oēs sūt scti qcūq̧ sunt scti. Considerate ergo q̄ta sit illa glīa: q̄ ineffabilis leticia: cū ad deū patrē veniem⁹ et ille ponet nos i suo regno tanq̄ filios ꝛ heredes. Jesus xp̄s tāq̄ fr̄es ꝛ coheredes spūsscūs vnū nos spm̄ esse faciet cuz illis. Ipse siqdē ē indissolubile vinculum trinitatis ꝛ amoris. tūc itroibim⁹ in potētias dn̄i: ꝛ videbimus ciuitatē illā de qua tā gloriosa dicta sūt. Uita siqdē illi⁹ ciuitatis ē qeta: pax trāqlla: felicitas ppetua: pulchritudo aminirabilis: spēs laudabil̄: iocūditas cōcupiscibil̄: gloria desiderabil̄: gaudiū perenne: festiuitas cōtinua: cātica dulcissima. Ibi sunt q̄ corda oīm i quādā ineffabilem dulcedinē atq̧ iocunditatē cōuertunt. Sūt ibi gaudia et̄na: q̄ suauitatē ifundūt: ꝛ corruptionē nō inducūt. Sēp reficiūt ꝛ nūq̄ deficiūt: pascūt et pseuerāt integra: ad fruendū se exibēt et permanēt incorrupta. Dulcedo illius ciuitatis ifundit se ad suauitatē: spēs ad iocūditatē: visio ad delectationē. Omnis pulchritudo ibi ē vbi summa pulcritudo ē. Quāta nāq̧ pucritudo ibi est vbi rex oīm spēs sine defectu vigent: sine transitu pmanēt: sine corruptiōe ꝯsistunt: sine mutabilitate eterna sunt. Si tā pulcrū ē qd̄ ꝑe pulcrū nō ē: qd ē qd̄ pulcrū ē. O ciuitas sctā ciuitas spaciosa: qcq̇d i te ē totū pulcrū ē: suaue ē: iocūdū ē: vnū bonū ē: ꝛ oē bonū in ipso ē. Quicq̇d eni nominare boni possum totū ibi ē: q2 oīa bona i vno sunt: et omnia vnum sunt. Huius tanti boni amor ꝛ desideriū cuz me aliquādo tāgit: vehemēter atq̧ suauit̄ afficit: ꝛ nescio quo quodāmodo a memetipso abstrahit.

Subito eni innouor ꝛ totus in mutor: rapior: affectu: trahor desiderio ꝛ bn̄ mihi esse incipit vltra q̄ dicere sufficiā. Exhilarat̄ cōsciētia: in obliuionē venit: oīs preteritorum dolorum memoria: exultat animus: clarescit intellect⁹ accenditur affectus: cor illuminatur desideria iocundantur. Jāq̧ alibi nescio vbi me esse video: video nāq̧: s3 quasi adhuc de longe cohors angelorū ꝛ archangelorū psallentiū ꝛ laudantiū deū Unū est eni ibi oīm opus cōtēplari mirabilia dei: eū laudare in operibus suis Omnes contemplant̄. omnes letantur oēs delectantur in deo cuius aspectus pi⁹: facies decora: eloquiū dulce delectabilis ad vidēdū: suauis ad habēduz dulcis ad fruendū. Semper libet illuz aspicere: semp hr̄e: semp illo frui: et in illo delectari. Ipse p se placet: ꝛ ꝓp̄se sufficit ad meritū: sufficit ad premium Nec aliqd est qd̄ extra illū q̄rat̄ q2 totum i illo iuenit̄ qd̄ desideratur: ꝛ in illo totū amatur. Unum nāq̧ bonum est ꝛ oē bonum in illo est. Hoc bonum soli boni habent et vident: amant et laudāt laude perpetua.

¶ Quod anima seipsam non pōt stringere in bonis cogitationibus.

Capitulum. lvi.

Cum cōsidero qualis aīe natura sit q̄ carnē viuificare potest s3 semetipsam stringere i bonis cogitatiōib⁹ sicut desiderat nō pōt: iuenio quādā intellectualē spm̄ p creatoris potētiā viuētē ꝛ corp⁹ qd̄ sustiet viuificātē. sed tn̄ vanitati subditū: mutabilitati subiectū quē sepe leticia extollit: tior afficit: iniqtas mortificat: iusticia viuificat. Uita siqdē aīe

deus est. mors aie pctm. Aia namq̃ q̃ peccauerit ipsa morief. q̃ autez iudiciū fecerit & iusticiam viuet & nō morietur: Ita immortal' est aia vt mori possit .ita mortalis vt mori non possit. Immortalitate mortalis ē.et mortalitate immortalis est. Quapropter miseris mors est sine morte.finis sine fine.defectus sine defectu qr & mors sp viuet & finis semp incipiet. & defectus deficere nesciet.

Mors pimet & nō extinguet.dolor cruciabit & pauorē nō fugabit. flamma cōburet sz tenebras nō discutiet. Erit eni in igne obscuritas . in obscuritate pauor:in conbustione dolor. Ita reprobi ignibus iferni traditi in suppliciis dolorē sentient & in doloris angustia pauore ferienf & sp tolerabunt & sp timebūt. qr sine fine sp cruciati viuent sine spe venie & mie:qđ est miseria sup miseriā. Si eni post tot milia annorū quod capilos habuerunt oēs q̃cūq̃ fuerunt & erunt penas suas finiri sperarēt multo leuis eas sustinerent. Sz qr spem nō habent nec habebunt.desperatiōe deficient & ad tormēta nō sufficient. y

De his p ysaiā scriptū est. Vermis eorum nō morief: & ignis eoruz nō extinguef:qr nec ipsi cōsumenf. Vermis cō sciētiā corrodet.ignis carnē comburet quatinus q̃ auctori suo corde & corpore dereliq̃rūt: corde simul & corpore punianf.cū aia a btā vita separata erit. & corpus eternis suppliciis subiacebit Ibi erit metus & meror : luctus et dolor. Tunc vere nihil lugere erit nisi flere: qr penitere tunc nulli poterit valere. Ibi erit tortor cedens.vermis corrodens.ignis consumēs. Peccata detegenf.rei punienf . & hoc totū perenne. Quisqs ei ed tormenta ibit :iā non amplius exibit. Dolor combustionis eos foris cruciabit . pena cecitatis intus obscurabit Videbūt autez illa teterrima mōstra demoniorum:& laruales facies eorū. Videbunt etiā tormēta inferni & in tormētis sequaces suos quos inordinato amore cōtra dei precepta amauerunt.q̃tinus illorū interitus eos in augendo dānationis sue affligat. Deum autē nō videbūt qđ est oim miseriarū miserius. Quis eni dicere pōt.q̃ta pena erit nō videre creatorem & plasmatorē omium rex redēptorē & saluatorē fidelium.regē celi & terre dnm vniuersitatis:p quē sumus:viuimus:& sapim⁹. Ideirco necesse est vt nos vndiq̃ circūspiciamus & vbiq̃ custodiamus:ne aut praua agamus aut recta que precepta sunt non agamus.vt bonis actibus expletis cogitationibus non intumescamus. Multi nāq̃ ex virtutibus in ifernū pelationē corruerunt.

¶ Q; bona appetamus. 3

¶ Capitulum.lvii.



Bona desiderabiliter appetamus mala solerter caueamus:ne sub spē bonorū ea faciam⁹:qm plerūq̃ vicia se esse virtutes mētiunf. Quisqs q̃ meminit illicita se cōmisisse:studeat a licitis abstiere:& q̃ phibita commisit sibimet abscidat cōcessa. Qui vero adhuc pctm suū plāgit ppetrare vicia timeat:& reprehēdat se in minimis:q̃ meminit se deliq̃sse in maximis. Quāta licet nāq̃ virtute mēs polleat q̃ta lz grauitate vigeat.carnales tñ puerile q̃ddaz exterius extrepūt :& nisi iuuenili quodam feruore infrenenf:ad fluxa q̃q̃ & leuia mētē eneruem trahunt :vbi si longa consuetudine obseruata fuerit.cum exurgere voluerit non poterit mole male consuetudinis pressa. Quisqs ergo stat videat ne cadat .et si ceciderit velociter resurgat:cordis compunctione: oris confessione :& operis satisfactione Sit humilior intra propam cōsciētiam sit feruentior atq̃ prumptior ad agendum penitētiaz:sit cautior ad custodiā Qui eni solo beatitudinis supne desiderio temporalia ista cōtēnit:& nihil huius mundi diligit solāq̃ etnam patriā a ppetit :magna mētis tranq̃llitate fouet. In qua tāto deū purius cernit homo:cum se solo soluz inuenit. Nihil eni deo presentius:& nihil eo secretius. A turba ergo terrenorum desideriorū secessum mentis petamus.& inde a secreto cordis illicitaruz cogitationum im-

multus expellentes intentione superne patrie in amorē intime qetis anhelemus & in alta dei contēplatione nos subleuemus. Contēplemur qui sint ipsi angelorū chori: q̄ ipsa societas beatorum spirituum: q̄ maiestas visionis dei et quomodo deus eterne visionis sue dulcedine sanctos suos reficiet. Nemo in hac vita sua digne pensare potest q̄nta sit illa felicitas: dum facie ad faciem videre e: q̄nta suauitas illud melos angelicum audire: q̄nta iocunditas omnium sanctorum societatem habere. Tantū enim vnusquisq̄ gaudebit de beatitudine alterius: quantum de suo gaudio ineffabili. & quot socios habebit tot gaudia habebit. In illa gloria nichil libentius intueor: nihil delectabilius ad contemplandū inuenio: q̄ intimi amoris affectum quo vnusquisq̄ tantum amabit alterum quātū seipsum: et deum plus q̄ se: & oēs alios secum: et deus plus illos q̄ illi semetipsos & hoc gaudio perpetuo. Nihil enim sibi extraneum videbimus nihil icōpetens amabimus: nihil quod aures uostras offendat audiemus. Omnia nanq̄ sunt ibi consona: omnia leta: omnia pacifica. A

Unde consona secura sunt oīa celica iura. Ibi est oīs felicitas: omnis suauitas: omnis iocunditas: & omnis amenitas: omnis pulchritudo: et omnis dulcedo. Quicq̄d expedit: & q̄cq̄d delectat ibi ē: oēs videlicet diuitie & delicie: oīs requies & omne solatiū. Ibi est iugis tranq̄llitas. amena serenitas: eterna iocūditas. iocunda & decora laudatio & plena omniū bonorum cognitio. Quid ibi enim deesse potest vbi deus est cui nihil deest? Quotquot ibi sunt dii sunt. Nec necesse est vt alter dicat alteri cognosce dominum. Oēs enim cognoscunt eū et vident: omnes laudant & amant. Cognoscunt sine errore: vidēt sine fine laudant sine fatigatione: amant sine fastidio. Semper vident et semper videre desiderant: tam desiderabilis est ad videndum. Sēper amant et sēper amare desiderāt: tam dulcis est ad amandum Et q̄to amplius amant tanto magis amare volunt: tam delectabilis est ad fruendū. In hac delectatiōe requiscūt pleni deo: pleni omni benedictione & sāctificatione: adherentes beatitudini sic beati. contemplantes semper eternitatem sunt eterni. Juncti vero lumini facti sunt lux: aspicientes semper incommutabilitatem mutati sunt in incōmutabilitatem. Tanto libentius q̄to dulcius illum aspiciunt cuius aspectus pius: facies decora: eloquium dulce. O beata visio videre regem angelorum i decore suo. videre sanctum sanctorum per quem omnes sunt sancti. Illum videre summa felicitas est: summa iocunditas: vita eterna et vita beata.

¶ De gaudiis et bonis paradisi. B
¶ Capitulum. lviii.

Gaudete & exultate iusti: q: videtis quem amastis: habetis quem desiderastis diu tenetis quem nunq̄ amittere timetis Propterea cantate et exultate ei: quoniam ipse est dominus deus vester gloriosus & speciosus. Ipse est salus et vita honor & gloria: pax et omnia bona. Quanta pax ibi est vbi nulli vestrū qe q̄ repugnat vel ab alio vel a seipso sed ipse dominus regit vos & nihil vobis deerit. Ipse disposuit vobis regnū vt edatis & bibatis super mensam suam in regno suo. Gustate ergo et videte quoniam suauis est dominus. Suauis est ad videndum: suauis ad gustandum. Nec dici potest quantam habeat in gustu voluptatem quantam in sapore iocunditatem: quantam in odore suauitatem. Tante suauitatis magnitudinem vos qui experti estis: nobis qui nunq̄ tale quid gustauimus intimare nō potestis tanquam si quis mellis dulcedinem ei qui nunq̄ dulce gustauerit verbis indicare velit. profecto nec ille saporis illius suauitatē quam nunq̄ ore percepit: auribus capiet: nec ille dulcedinem quam gustus voluptate cognouit verbis poterit indicare.

¶ De quadam querimona ad sanctos. ¶

¶ Capitulum. lix.

Ue mihi misero qui nunq̃ sētio quod sentitis: nec ibi sum vbi vos estis: in loco refrigerii lucis et pacis: vos estis vbi esse vestrum non habebit mortē: nosse vestrum non habebit offensionē: gaudium vestrum non habebit merorem. Ego vero in regione vmbre mortis nescio finem meum: nescio si dignus sim amore vel odio: nescio quando de corpore egrediar. Egrediar sed nescio quando: & fortasse dies ille supremus est: propterea tremēs et pauens quotidie mortem expecto: que vbiq̃ mihi minatur. dyabolum suspectum habeo: qui vbiq̃ mihi insidiatur: et timeo et pauesco vltimam discussionem & iram districti iudicis: ne pro peccatis meis mittat me ĩ gehennam ignis. Et sicut iudicare nō potestis mihi gaudium et leticiam vestram de visione dei. sic ego sufficienter non possum vobis exponere necessitates & infirmitates quas patior: iniquitates et peccata que feci: culpas et infinitas negligentias quas egi et quotidie indesinenter ago: corde: ore: opere: et fere omnibus modis quibus humana fragilitas deum offendere potest. Uos igitur qui meruistis consortes fieri supernorum ciuium: et perfrui eterne claritatis gloria. Orate pro me ad dominum vt educat me de isto carcere in quo teneor captiuus et ligat⁹. Mēs etenim ceca et vaga est: qualitate carū rerum quas respicit variatur: et iuxta quod aspicit cogitatio illius sensusq̃ mutatur. Cumq̃ stare in semetipsa nititur: a semetipsa etiam aliquo modo nesciendo deriuatur: & ab vnaquaq̃ re cui intendit fastidio impellente remouetur. Dum enim inhianter cogitanda appetit: et repēte cogitata fastidit. Decet vt quod aliunde pendet ibiq̃ posita non requiescit. Ad deum quippe solum suspensa est a quo formata est. Sed quia omne quod infra appetit minus est iure ei non sufficit quicquid deus non est. Hinc est ꝙ huc illuc dispargitur et per infinita distrahitur querēs requiem vbi non est delectationis videlicet amena querit quo pauset. Sed q̃ vnum deum quem sufficienter habere poterat dereliquit nunc per multa ducitur vt quia qualitate rerum satiari non potest: saltim varietate satietur. Propterea necesse est vt mentem nostram per diuersa sparsam colligamus et in vno eternitatis desiderio componamus. In contemplatione quoq̃ creatoris hoc adepturi sumus semper: vt vna mētis stabilitate perfruamur. hoc est cum labore nunc conātes innitemur quod post in munere gaudentes accipiemus.

¶ De bonis paradisi. ¶

¶ Capitulum. lx.

Animos itaq̃ nostros terrenis subducere curis studeamus subducere erumnis: vt in ciuitate domini virtutum liceat hora vna vel dimidia cogitatione et auiditate versari. Consideremus & q̃tum possumus estimemusqualis sit illa gloria: quanta leticia: que solemnitas: que veneratio: quod tripudium ciuium supernorum qui assidue dominatori laudem perferunt: honorem deferunt deuotionem offerunt: depromunt canticum nouum canticum leticie inestimabili quodam clamore: quia feruentissimo amore: ineffabili cantu: mirabili affectu: celesti iubilatione. spiritali modulatione. Ipse siquidem est eorum verus cibus plena satietas: eterna mansio summa beatitudo eterne leticie: sal⁹ eťna: ideficiēs virt⁹: et vita immortal'. Sepius hec meditor: illuc ascendere nitor. Suspiro: frendo p̃cibus votis ibi tendo. Atq̃ modo miro q̃ sint ibi quantaq̃ giro. Mens heret christo: cor de-

lectatur in isto. Illuc versatur gaudet stupet et veneratur. Jam tanto dulcius quanto sepius: auiditate quidem multa sed facietate nulla: tam rara est hora et breuis mora. O si vnquam i pace i id ipsum dormiam et requiescam. vt in habitem in domo dñi omnibus diebus vite mee. Si vnquam videre potero illum tam desiderabilem in quem angeli perspicere desiderant: vt possim dicere. Ecce quem concupiui video: quem optaui iam teneo. Quando veniam et apparebo ante faciem dñi. ad videndum eum in bonitate electorum suorum. ad letandum in leticia gentis sue. vt laudetur cum hereditate sua. Quando videbo ciuitatem illam de qua dictum est. Platee tue hierusalem sternentur auro mundo. et in te cantabitur canticum leticie. et per omnes vicos tuos ab vniuersis dicere alleluya. O ciuitas sancta: ciuitas speciosa. de longinquo te saluto. ad te clamo. te requiro. E Desidero enim videre te. et requiescere in te. sed non sinor carne retentus. O ciuitas desiderabilis: muri tui lapis vnus: custos tuus ipse deus ciues tui semper leti semper enim gratulantur in visione dei. Non est in te corruptela: nec defectus: nec senectus: nec ira: sed pax perennis: gloria solennis: leticia sempiterna: solennitas continua. Vere tantum gaudium et exultatio: flos et decus iuuentutis et perfecte salutis. Non est in te heri nec hesternum: sed est idem hodiernum. Heri siquidem vestrum cras et quidem sempiternum et idem. Tibi salus tibi vita tibi pax est infinita. tibi deus omnia. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sicut enim letantium omnium habitatio est in te. Nullus in te timor. tristicia nulla. desiderium omne transit in gaudium. dum presto est quicquid optatur: et quicquid desideratur abundat. Omnes ciues tui super effluentem mensuram gaudiorum accipient: vt palam omnes in commune gaudeant gaudeant in immensum. letabuntur omnes in vnum. cum habitauerint fratres in vnum. cum occurrerint omnes in vnum. denique omnes fient i vnum: sicut orare dignatus est pro familia sua quam pro reuerentia sua dignus est obtinere. sicut tu pater in me: et ego in te: et ipsi in nobis vnum sint. Letabitur itaque vniuersitas illius ciuitatis. letabitur vnitas. letabitur ciuitas cuius participatio in idipsum. Letabitur sponsa in osculis et amplexibus sponsi. letabitur et exultatabit gratulabunda et laudans eum in secula seculorum. Sic et gaudebit sponsus super sponsam. et letabitur dñs in omnibus operibus suis videns ea que fecit et quidem et valde bona. Letabitur et pater et per vnigenitum multos adoptionis filios obtinebit. Letabitur etiam filius vt primogenitus in multis fratribus: quos in communionem eterne hereditatis dignanter asciuerit. Nec minus in illis spiritui sancto per quem adoptati fuerint complacebit. Nouis etiam gaudiis et ineffabilibus votis ab illis quoque vicinis potestatibus angelorum summo pastori et summe bono gratulantibus super inuenta et mirabiliter reportata centesima oue canetur. In his paterna gloria in his voluntas spiritus. exultat in his filius celum repletur gaudiis. Quod vero ipsi qui redempti fuerint a dño: quam deuote confitebuntur et dicent. Quam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Leticia siquidem sempiterna erit in eis: et exultationes dei i gutture eorum ineternum et in seculum seculi in perpetuas eternitates. Beati omnes qui habitant in domo tua dñe: in secula seculorum laudabunt te. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: et torrente voluptatis tue potabis eos. Quoniam apud te est fons vite: et in lumine tuo videbimus lumen. Cum videbimus te in te: et nos in te: et te in nobis: visione continua et felicitate perpetua.

Hota

Hota

Quod anima in essentia sit simplex. F

Capitulum. lxi.

Anima in essentia est simplex: in officiis est multiplex. Habet enim septem actionis gradus quibus vires suas atque potentiam ostendit. Primus est viuificatio. Secundus sensus. Tertius ars. Quartus corre

ctio. Quintus tranquillitas seu puritas. Sextus contemplatio. Septimus quies. Inprimo gradu sine actu ania presentia sua corpus viuificat: colligit in vnum atqz in vno tenet. In secundo per sensus ad ista exteriora disponenda seextendit. In tertio diuersasartes comprehendit. In quarto ex quo bonitas incipit atqz omis vera laudatio se inquinatam mundat atqz ad puritatē preparat. Inde cum iam fuerit ab omni labe mundata maculisqz diluta: puritatē tenet. Aliud est enim puritatem efficere: aliud tenere tunc vero ingenti quadaz et incredibili fiducia pergit ī deum.i.in ipsam cōtemplationē veritatis et ille est gradus sextus. Iam vero in illa visione seu contemplatione que est septimus gradus q est qes vel potius qdam mansio manet anima gaudet et letat et delectatur. Aliud est eniz mētis oculum in id quod vidēdū est dirigere: aliud est infixum tenere. Primum gradū cōmunē habemus cum arbustis. secundum cuz bestiis. tertiuz cū doctis et indoctis. In hoc tertio gradu deus animam innectit.i.ducere incipit. purgat in quarto: confirmat in quinto: introducit in sexto: pascit ī septimo. In contemplanda autē veritate que sit voluptas: que solennitas sine fine visionis dei: q letitia sine defectu amoris. ardor non crucians: sz delectans: qtuz desideriuz visionis cū satietate: et qta satietas cum desiderio q fructus et sūmi boni: que serenitas q amenitas: que iocunditas: qd ego dicaz. dixerunt magne qdam et sancte anime: quas ista vidisse ac videre credim⁹. Nos vero si cursum vite quem nobis deus preposuit: quem tenendum suscepimus: constantissime tenuerimus: per dei gratiam ad illud veruz et summum bonū peruenienius. Implendis ergo mādatis dei religiosissime atqz constantissime: ac vigilantissime operam dem⁹ quoniaz non est alia fuga de tantis malis ad tantum bonum. Religio siquidē vera est: qua se anima reconciliatione deo religat. a quo se velut a peccato abruperat. ¶ Vis aie nostre septē sibi vēdicat actus. Viuificat sētit varias amplectitur artes. Corrigit excessus: virtutibus instat: in ipsam. Dirigit intuituz deitatem: gaudet in illa. Seminibus quoqz primus inest: animalia bruta. Participant alium: duo nostre proprietatis. Tres sunt et superuz superi tamē anteferuntur. Ex actu primo vegetantur corpora: crescunt. Prouehit inde vigor nexus: complexio: motus. Et status et species: et conuenientia quedaz. Ex alio tangit: videt: audit: gustat: odorat. Odit: amat: petit apta sibi: contraria vitat. Soluitur in somnos: ī somnia mente vagatur. Preteriti meminit venturis instat: agitqz. Plurimaqz sēsu non et ratione geruntur. Tertius ingenuas: variasqz perambulant artes Quodqz vel ingeniū vel disciplina ministrat. Colligit et vario profectu mentibus heret. Quartus ab illicitis reuocat. mentisqz reatus. Abiurare docet: et tunc agnoscere sese. Incipit inqz nouum discit transire decorem. Discimus ex quinto naturali lege teneri. Rescō cessas virtutis amore cauere. Concessis aliquod etiam sine teste carere. Sextus in aspectū solis lucisqz supne. Pene parez superis aiaz rapit immaculatam. Septimus astringit stabilisqz subarrat amore. Collateratqz deo quā dotē iā speculatur. Qui thalami: qs cultus eā q festa serenēt. Quis dicat: spōsa veni: dixere beate. Maioresqz anime: nec eis tamen aut ea ptus. Aut ea lingua fuit: qbus hec aperire liceret. Extendit sensus: meritumqz recōdita merces.

¶ De ceteris instructiōibus quas loqtur ad animam.

¶ Capitulum.lxii.

Ecce audisti anima mea qd sis et quid possis. Modo audi qlis sis et qualis esse debeas. Onerata es peccatis: irretita viciis: capta illecebris exilio captiua corpore carcerata. Herēs luto. infixa limo. affixa membris. cōfixa curiositēts

negociis.cōtracta timoribus afflicta:doloribus:erroribus vaga:suspicationibus inquieta:solicitudinibus anxia:aduena in terra inimicorum:coinquinata cū mortuis:deputata cum his qui in inferno sunt. Si sic damnata et desperata vis respirare in spem venie et mie.et cū rege angelorum ducere suaue iugū amoris.opʒ te esse pudicā.verecūdā.veridicā:pauidā:circūspectā.nihil penitus admittentē quod euacuet gloriā cōsciētie tue. In nullo tibi conscientia sit quo erubescas presentiam veritatis.quo cogaris auerte faciē tuā a lumie dei et vt hic decor oblectet aspectus prodeat foras et diffundat se per membra et sensus corporis quatinus inde reluceat omnis actio:sermo.aspectus:incessus:risus Si tamen risus mixtus grauitate et plenus honesti motus. Actus et vsus totius corporis cum apparuerit sit actus purus:modestus totius expers insolentie et lasciuie:leuitatis:et ignauie. Sit sermo rarior:vultus hilarior:aspectus verecundior:incessus modestior:talis anime pulchritudo et mentis igenuitas Sic sollicita est bona conscientia fame ingruitatem seruare:vt iuxta Apostolorum prouideat bona non tantum coram deo:sed etiam coram hominibus. Talis vtiqʒ decor relictis omnibus votis inheret deo:viuit deo:nihil amat pr̄ deum et quod amandum est preter deum. Sollicite studet prouidere dominū in conspectu suo semper cui sentiat ad correptionem quo illuminetur ad cognitionem cui vtatur ad virtutem.quo reformetur ad sapientiam cui conformetur ad decorēʒ:quo fruatur ad iocūditatē. Beata anima cui datum est desuper vt bonum velit et nouerit et possit:quatinus et voluntas assit nec facultas desit. Ve mihi misero q̄ ista seruo in memoria et scribo in charta:nec habeo in vita:non ꝙ talis sim qui ista scripsi: sed ꝙ talis esse vellem et talem non esse non pudet.

¶ Adhuc loquitur ad animam suam.

Caplm̄ lxiii.

Audiui anima mea qualeʒ te eē oporteat. Fuge ergo paululū occupatiōes tuas: et abscondere modicum a tumultuosis cogitationibus tuis intra cubiculū mentis tue. et exclude omnia preꝛ deū: et q̄ adiuuēt te ad q̄rēdū eū: quem cū inueneris requiesce aliquantulum in eo. Dic ergo aīa mea deo dic. Quis es dn̄e. et quē te intelligā? Certe tu solus es qđ es: et tu es q̄ es id es quo nichil maius cogitari potest:nec melius: nec iocundius:vita es:sapientia:lux es: veritas:bonitas:eternitas:summuʒ bonū tu tibi omnia sufficiens:nullo indigens quo omnia indigent vt sint et vt bene sint. Inuenisti anima mea quod querebas:querebas enim deum et inuenisti eum: esse quoddam summuʒ oīm quod nihil maius cogitari potest: et hoc esse vitam:sapientiā:lucē:veritatē: bonitatē:eternitatē:beatitudinem et beatam eternitatem:et omne verum bonū. hoc bonum es tu deus:deus pater. Hoc bonum est verbuʒ tuū.i.filius tuus. Sic es tu simplex vt de te non possit aliud nasci q̄ꝫ quod tu es. hoc ipsum est amor vnus et cōmunis tibi et filio tuo: id est spūssanctus ab vtroqʒ procedens. Non enim a summa simplicitate procedere potest aliud q̄ꝫ quod est a quo procedit Gratias tibi ago dn̄e deus meus qui hāc grām mihi dedisti: vt te possem querere:te inuenire. In mēte siquidē mea quā ad imaginē et similitudinem tuam bonitate tua creasti:tria inuenio.i.memoriam:intelligentiam: et amorē: quibus tui possiʒ reminisci:te itelligere et amare. In memoria nanqʒ mea manes ex q̄ cognoui te. et in ea te repio cum reminiscor tui et delector in te. Mane ergo in ea piissime deus vt tibi possim te inuenire et requiescere etiaʒ in te. Hec eniʒ est mea gloria. he sunt delicie mee. hec est leticia cordis mei cū possum vacare tibi et videre qđ sis. Tu es ei summa essentia:summa vita:summa sapia: summa salus:summa lux:sūma veritas: sūma bōitas:sūma eťnitas:sūma magnitudo:sūma pulchritudo:summa btitu-

do:summa immortalitas:summa inmutabilitas:suma vnitas: summum bonũ in quo est omne bonum. Immo quod ẽ omne bonum et vnum et totum et solũ bonum.

¶ Nunc confortat semetipsum.
¶ Capitulum.lxiiii. K

Excita nunc anima mea et erige totu3 intellectum:et cogita quantũ potes:quale et quantũ sit dei bonum. Sic enim singula bona delectabilia sunt: cogita intente ꝙ delectabile sit illud bonum quod continet iocunditatem omnium bonoꝝ et non quale in rebus creatis sumus experti:sed tanto differentẽ quãto differt creator a creatura. Sic enĩ bona est vita creatrix si ita iocunda est salus facta.ꝙ iocunda est salus que fecit omnẽ salutẽ. Si amabilis est sapientia in cognitione rerum cõditarum: ꝙ amabilis est sapientia que omnia creauit ex nihilo. Denique si sũt et magne delectationes sunt in reb⁹ delectabilibus: qualis et quãta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia. O qui hoc bono fruetur quid erit:et quid illi nõ erit. Certe quicqd volet erit:et quicquid nolet erit Ibi quippe erunt bona corporis et aie qualia oculus non vidit:nec auris audiuit:nec cor hominis cogitauit. Cur ergo per multa vagaris homuncio q̃rẽdo bona anime tue et corporis tui. Ama vnum bonum in quo sunt oĩa bona et sufficit. Desidera simplex bonum qd est oẽ bonum et satis est. Quid enim amas caro mea? Quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amatis. Ibi est quicquid desideratis. Si delectat pulchritudo. Fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas:aut fortitudo: aut libertas corporis cui nihil obsistere possit . erũt siles angelis dei: quia seminatur corpus animale et surget corpus spirituale. potestate vtique non natura. Si delectat longa et salubris vita ibi est sana eternitas:et eterna sanitas quia in ppetuũ viuẽt:et salus iustoꝝ a dño. Si satietas:satiabunt cũ apparuerit gloria dñi. Si ebrietas:inebriabunt ab vbertate dom⁹ dei. Si melodia:ibi angelorum chori cõcinunt sine fine deo. Si quelibet mũda voluptas:torrẽte voluptatis deitatis sue potabit eos dñs. Si sapiẽtia:omnes erunt docibiles dei quomodo ipsa sapientia ostendit eis seipsam. Si amicitia:diligent deum plusꝙ seipsos:et inuicem tanꝙ seipsos:et deus illos plusꝙ illi seipsos : quia illi illum et se et inuicem per illum et ille illos per seipsum. Si concordia: cibus illis erit vna voluntas dei. Si potestas: introibunt in potentias domini: et omnipotẽtes erunt sue voluntatis vt deus sue. Nã sicut poterit deus quod volet per seipsum:ita poterunt illi quod volent ꝑ illum. Quia sicut illi non aliud volent ꝙ quod ille.ita illi volent quicquid ille volet: et quod ille volet non poterit non esse. Si honor et diuitie. Deus suos seruos bonos et fideles super multa constituet. Immo filii dei et dii vocabuntur et erunt:et vbi erit filius eius ibi erunt et illi heredes quidem dei coheredes autem Christi. L Si vera securitas:certe ita certi erũt qnũꝙ ista vel potius istud bonũ sibi defuturũ senserit:vel se sua spõte illud amissuros nec dilectorẽ deum illud dilectoribus suis inuitis ablaturi Gaudiũ vero quale aut quãtum:vbi tale ac tantum bonum inuenitur? Cor humanum: cor indigens:cor inexpertum: eruptum : immo obrutum erũuis:quantum gauderes si his omnibus abundares? Interroga intima tua si capere possint gaudium suum:de tanta beatitudine sua. Sed certe si quis alius: quem omnino sicut teidsum diligeres eandem beatitudinem haberet:duplicaretur gaudium tuum:quia non minus gauderes ꝓ eo ꝙ pro teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures haberent id ipsum: tantumdem pro singulis quantum pro teipso gauderes si singulos sicut teipsum amares. Ergo in illa perfecta charitate innumerabilium beatoꝝ angelorum et hoim:vbi nullus minus diliget aliũ ꝙ seipm erit gaudium innumera

bile. Si ergo cor hois de tanto suo bono vix capiet gaudiũ suũ. q̃modo capax erit tot et tãtorũ gaudiorũ i illa perfecta felicitate: vbi sicut vnusq̃sq; plus amabit sine comparatione deũ q̃ seipsũ et omnes alios secũ ita magis gaudebit absq; estimatione de dei felicitate q̃ de sua et oim aliorum secum. Sic deum diligent toto corde: tota mẽte: tota aia. vt totũ cor non sufficiat dilectioni. et sic gaudebũt toto corde vt totũ cor nõ sufficiat plenitudini gaudii: tantũ est gaudiũ. Deus infinite mie: fons totius bonitatis et pietatis: fac nos participes tanti gaudii. Tu es eni3 gaudiũ plenũ btitudo summa. tu es id quo nihil melius desiderati potest nihil beatius vel vtilius possideri.

¶ Q3 tripliciter fruemur deo in eterna beatitudine. M

¶ Capitulum.lxv.

In illa eterna beatitudine et pfecta deo tripliciter fruemur. videntes eum in omnibus creaturis: et habentes eum in nobisipsis: et quod his omnibus ineffabiliter iocundius erit atq; beatius. ipsa3 quoq; cognoscentes in semetipsa trinitatẽ et gloriosam illã sine vllo enigmate mundo cordis oculo cõtemplantes. In hoc enim est vita eterna et perfecta vt cognoscam' patrem et filium cũ sancto spiritu: et videamus deum sicuti est id est nõ eo modo sicuti inest nobis aut creaturis: s3 sicut est in semetipso. Vere q̃ magna est btitudo illa. et q̃ abscondita est ab oculis nr̃is. Oculus non vidit: auris nõ audiuit: et in cor hominis non ascendit q̃ta claritas q̃ta suauitas: q̃ta iocũditas maneat nos in illa cognitiõe. Pax dei est in illa q̃ exuperat omnẽ sensum et intellectum: et q̃to magis omnẽ sermonẽ nostrũ. Quod q̃ nulli donatum est experiri: nullus conetur effari. Mensura3 aut dominus bonam dabit in sinus vestros confertam in interiore homine: coagitatã in exteriore: supereffluentem in deo ipso. Ibi cumulus felicitatis est. ibi supereminens gloria. ibi supereffluens beatitudo. Nam quõ videndus sit in creaturis. q̃modo in nobis habendus. possumus vel ex pte cõiicere in ipsis nimirũ quos accepimus iam premitiis spirit'. Cognitio autem in deo ipso illa adhuc nobis incognita est. mirabilis facta est confortata est vt non possimus ad eam. at vero quemadmodum in creaturis videndus sit aliquatenus possumus intelligere nimiru3 cu3 et modo videatur in ipsis. Unde et aplo paulo teste per ea que facta sunt dei inuisibilia cõspiciũt Unde q̃tũcunq; pficiat quis intelligendo conspicere q̃ potẽtissime: q̃ benignissime: q̃ prudẽtissime maiestas eterna omnia fecerit: cuncta regat: ordinet vniuersa prorsus modicum est ab eo quod comprehendat. Ueniet autem quãdo iã visione et contemplatione atque gaudio ineffabili consequemur agnum quoq; ierit. et in omnibus consequemur creaturis: vt in omnibus gaudeamus. sane in omnibus: sed nõ aliũde q̃ de ipso. Sicut et ipse aliis nõ fruitur sed seipso. Iam vero et in nobis quẽadmodum habendus sit in parte possumus cogitare. Constat enim animarum esse triplicem naturam. Unde et sapiẽtes mundi huius animam humanam rationalem concupiscibilem et irascibilem esse tradiderunt. Quam vero triplicem vim anime ipsa quoq; natura et quotidiana experimenta nos docent. Porro quẽadmodum circa rationale nostrum et scientia et ignorantia constant tanquã habitus et priuatio. sic et circa concupiscibile desiderium et cõtemptus et circa id quod dicitur irascibile letitia parit et ira versantur. Implebit ergo dñs rationale nostrum luce sapientie. ita vt penitus nobis nihil desit in vlla scientia. Implebit concupiscibile nostrum fonte iusticie. vt omnino desideramus eam. et ea penitus repleamur. Sicut scriptum est. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiã: quonia3 ipsi saturabũtur. Nulla enim alia res implere potest desiderium anime nulla alia pret iusticiam btificare potest animam. Cum ergo repleuerit deus con-

cupiscibile nostrum iusticia quecunqꝫ respuere debet anima respuet: et quicquid debet concupiscere concupiscet: ꝛ ex omnib⁹ his magis appetet qḋ magis fuerit appetendū. Merito deniqꝫ concupiscibili nostro iusticiam attribuim⁹. ex quo nimirum iusti aut iniusti reputamur. Jam vero quod dicitur in nobis irascibile. cum repleuerit illud deus: profecto erit in nobis tranquillitas: ꝛ in summam leticiam atqꝫ iocunditatem replebimur pace diuina. ꝛ vide si non in his tribus perfecta sane quantū ad animam spectat beatitudo consistit. quando scientia iam non inflabit propter iustitiam. iam non contristabit propter leticiam: vt cesset iam prouerbium illud. Qui apponit scientiam apponit dolorē. Quādo iusticia nec indiscreta erit propter scientiā. nec onerosa ꝓpter leticiā. Quādo leticia nec suspecta erit propter scientiā: nec impura ꝓpter iusticiam. Sed in his omnibus nihil homo noster exterior accepit. Ipsi ergo vt inhabitet gloria etiaꝫ in terra nostra: ꝛ iuxta aliuꝫ prophetā repleaṫ maiestate dn̄i oīs terra: quattuor sunt querenda quē constat ex quattuor elementis compactum esse. Nec mireris ꝙ pluribus videtur indigere cui nunc indigentie locus est. Unde ꝑpheta in psalmo. Sitiuit in te anima mea: ꝙ̄ multipliciṫ tibi caro mea. Habebit ergo terra nostra immortalitateꝫ ne iam timeat denuo se in puluerem redigendam. Resurgens enim corpus nostrum: iā nō moriṫ: mors illi vltra non dn̄abiṫ. Sed prodiderit si forte contingat viuere cū miseriis et erumnis passibilitatis huius: qua nimirum incessāter incorruptibile hoc corpus affligitur. ꝛ si nō semel vtiqꝫ semper moritur. Habebit certe oīmodā a deo impassibilitateꝫ. Ab humoribus eni inordinatis causas aiunt procedere passionum. Sꝫ iam desiderat corpus nostrum leuitatē scḋꝫ eā nimirū quā habet ex aere portionem ne ipso onere sit molestum. Tanta itaqꝫ futura est credenda corporum leuitas et agilitas bonorum. vt possint si velim⁹ absqꝫ omni mora seu difficultate ipsam quoqꝫ cogitationū nostrarū sequi ad omnia velocitatē. Quid vltra deest ad perfectā corporis btitudinem. O Sola vtiqꝫ pulchritudo. hāc ꝑfectissimā habituri non inmerito possumus attribuere ei parti quam habemus ab igne. Saluatorē eni expectamus vt ait apl's. ꝗ reformabit corpus humilitatis nr̄e cōfiguratū deniqꝫ corpori claritatis sue: exhibēs qḋ pollicitus est. qn̄ fulgebūt iusti sicut sol in regno patris eoꝝ. Sicut ergo replebat aīas nr̄as de⁹ cū fuerit in eis perfecta scia. ꝑfecta iustitia. perfecta leticia. sic replebitur maiestate eius oīs terra nr̄a cū fuerit corpus immortale. impassibile. agile. cōfiguratū deniqꝫ corpori claritatis sue: ꝛ tūc veraciter dici poterit qḋ qḋā ph'ūs dixit. O ter quaterqꝫ bti Nemo digne pēsare valet ꝙ̄ta erit illa leticia: ꝙ̄ta gl'ia: qn̄ videbun⁹ vbiqꝫ presentē ꝛ vniuersa gubernantē. Ita erit nobis not⁹ atqꝫ cōspicu⁹: vt videaṫ spū a singulis nobis: videaṫ ab altero i altero videaṫ i seipo. videaṫ i celo nouo: ꝛ in terra noua. atqꝫ i oī ꝗ nunc fuerit creatura: ab oī malo liberati: ꝛ oī bono ꝑfecte ipleti vacabim⁹ ꝛ videbim⁹ quia ipse est deus quo pleni erim⁹ qn̄ erit omnia in oibus. Ipse nimiruꝫ erit finis desideriorū nostrorū: quē sine fine videbimus: sine fastidio amabimus: sine fatigatione laudabimus. Sed ꝛ ad hec quis idoneus? Sine dubio quis fidelis inuenietur super pauca que accepit militie sue tpe. i. sup sēsus: sup act⁹: et super appetitus suos: quos suscepit regēdos: vt in his ꝓbeṫ ꝙ̄ fidelis sit dn̄o suo Sciat ergo seruus xp̄i vas suū possidere in sanctificatione ꝛ honore: ꝛ glorificet et portet deum in corpore suo: sectetur pacem. Amen.

¶ Explicit liber de differentia sp̄is ꝛ aīe. De quo Uincēti⁹ in spe. histo. libro. xix. c. vi. dicit. Ferṫ aūt scripsisse libellum in de aīa ꝛ spū: ꝗ tunc apud scolasticos precipue habeṫ. Sed mihi non

videt liber ille stilũ Augustini sapere: nec inter Augustini libros in armariis publicis ꝛ antiq̃s iuenitur. Est aũt liber ille ꝓculdubio vtilissim⁹: ꝛ elegant disserte atq; cõpẽdiosissime cõpositus. mihiq; videtur ex augustini libris diuersis ad cõpẽdiũ extractus: qđ magister hugo de sctõ victore fecisse fertur. Hec ille. ¶ Itẽ de eodem libro frater Bartholomeus de vrbino ordinis heremitarum sctĩ augustini: ãnumerans libros augustini post finẽ sui milleloquii qđ colligit ex augustini libris sic dicit. Liber de spũ ꝛ aĩa probat nõ esse augustini tñ sibi cõiter appropriat: qua đ cã eũ allegaui: ꝛ aduerti in plurib⁹ ca ṽba alibi eũ dixisse. ꝛ ex sentẽtiis eius vt in plurib⁹ agnoui esse cõtextum. Incipit ꝗ̃m dictũ est mihi vt meipm cognoscã Finit. Qđ quidẽ in tantũ sublime est. vt quicquid supra illud est alius nõ sit q̃ ratio. Hec ille. Hunc finez quare supra ca. xxxiii. in fine.

¶ Incipit prologus beati Augustini episcopi in librũ de vita christiana.

P



T ego peccator primus ꝛ vltimus insipientiorq; ceterꝭ ꝛ imperitior vniuersis te vt sctitatis et iustitie viam pergas crebrioribus audeam litteris ãmonere: nõ mee proprie iustitie fiducia nõ sapientie peritia: non scientie gratia: sed sola quã cõcepi scđz deũ aĩo et mente tue charitatis cã compellit: que me peccatorẽ ꝛ ignarũ pariter ad dicendum ita hec hortatur ꝛ prouocat: vt cũ loqui nesciam tacere non possim. Vellem itaq; et libenter optarem te eorũ habere noticiam: quorum ꝛ sapientia affluentior est et facũdia maior ꝛ scia vberior: ꝛ cõsciẽtia ab oĩ peccatorũ cõtagione liberior qui suis tete verbis iuste instruerẽt et exẽplis. Nos eni preter q̃ ꝙ mentẽ nostrã ita insipiẽtie ꝛ ignorantie caligo excecauit: vt diuinũ aliquid nequeat sentire vel dicere. adhuc insup ꝛ oĩm redarguit cõsciẽntia pctõrum: vt etiã si quid luminis possit habere abscõdat: et ita fit vt preter q̃ qđ dicere non habemus. hoc etiã qđ habemus: nõ fiducialiṫ proferre conscientia ꝓhibẽte possim⁹. Tu tñ cũ peritior tibi apparere possit ꝛ melior rudibus ãmonitionibus nostris interi esto cõtenta. ꝛ charitati da veniã: cui⁹ ẽ nõ cõsiderare quid offerat: nec qđ nõ habet querit: sed totũ qđ habet libẽter igitur ad cuius nõ tã muneris speciẽ q̃ aĩ respice voluntatẽ: ꝛ diligẽter aduerte qđ tibi illa negare poterit: que totuz dare voluit qđ habebat: obtulisset etiaz qđ nõ habebat si posset: que totũ quod potuit offerebat. Sitit itaq; ille sz parũ qui decurrẽtis iteri riui aqua nõ põt esse cõtent⁹: donec ad fontẽ vberiorem puriorem q; perueniat. Nec illũ satis esurire credo qui cũ cribrarios panes habeat: nitidos expectat ꝛ candidos. Ita dulcissima soror quã ego cert⁹ sum esurire nimiũ ꝛ sitire celestia. cibarios interim mande panes. donec similagines candentes inuenias. Exigui ꝛ turbulenti riuuli aquam pota vsq; quo fõtis affluentioris haurias puriorẽ. Nec tibi interim panis noster q̃uis rustic⁹ videatur esse displiceat. Rusticus eniz panis incultior esse videtur sed fortior et celerius esurientem stomachum satiat: fessumq; corroborat: q̃ qui siligineus videtur et nitidus. Hunc ergo dicam sermone prout valeo: et quid christianum agere conueniat vt potero explicabo. Cuius rei et vnde prius exordium sumam iustius non inuenio q̃ vt primum de christiano ipso vocabulo disputem. et cur quis christianus nuncupetur exponam.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber beati Augustini de vita christiana ad sororem suam viduam.



Christum unctum interpretari sapientium et fidelium nullus ignorat. Unctos vero non nisi sanctos viros et satis deo dignos semper fuisse manifestum est: nec alios quam prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnum fuit ipsius unctionis mysterium: ut in iudaico populo nõ omnes illud sed satis pauci de plurimis mererentur accipere: et hoc usqz ad aduentum domini nostri Jesu Christi quẽ de oleo letitie id ẽ spiritu sancto pre ceteris consortibus suis unxit. Ex quo tempore credentes illi: et baptisatis illius sanctificatione purgati: non aliquid sicut sub lege pᵘ fuerãt: sz oẽs i pphetis et sacerdotibus unguntur et regibᵘ. Cuius unctionis q̃les eẽ debeamᵘ ãmonemur exẽplo. ut i q̃bus tã sctã ẽ unctio. sit nõ minᵘ sctã cõuersatio. Ex sacramẽto enĩ unctiõis huius et xpi et xpianorũ oĩm. i. i xpo credẽtiũ vocabulũ descendit et nomẽ. Q̃d nomẽ ille frustra sortitur: q̃ xp̃m minime imitatur. Quid enĩ tibi pdest vocari qd nõ es: et nomẽ tibi usurpare alienũ. Sz si xpianũ te eẽ delectat: q̃ Christi sũt gere et merito tibi xp̃ianũ nomẽ assume aut forsitã nõ eẽ sz vocari desideras. hoc satis miserũ et fedũ ẽ te velle vocari qd nõ sis. Nemo enĩ ita trãsit ad xp̃m. ut xp̃ianᵘ appellet et nõ sit. Quid xpianᵘ dr: xp̃m se hr̃e dñm pfitet. Et qͥ de hz si in oĩbᵘ obsequat et seruiat. Si quo minus xpi ille nõ famulus sz subsãnator. est et derisor. deiᵘ se seruũ dicit cui seruire dissimulat. Huic ergo iudiciũ geminũ seruat et pro dei subsannatione quez sine cã deum appellauit: et pro q̃litate pcti. Sz plerosqz incredulos et imprudentes et pfidos misericordia dei longa patientia peccare sinit intrepidos: ut ex hoc pctõrũ suorũ nõ arbitret ultionẽ. qr nõ stati velit punire peccãtes Miseri et ingrati: siue salutis improuidi: qd etiã deo imputãt q̃ eorũ differat interitᵘ. ignorantes dei prouidẽtia duplici ratione seruari ut et humano gñi longa eius patiẽtia psulat: et ne ille iudicet ĩpatiẽs si illico voluerit dãnare peccantes. Nã si tã datiẽs nõ essz: iã dudum humani gñis origo defuisset. Nec iustos de pctõribus haberemus: si cõfestim deus vellet punire q̃ peccãt Nõnullos enĩ scimus et legimus qui antea: aut ignorantie cecitate: aut cã psidie aut adolescentie vanitate decepti. multiplici et vario pctõrũ gñe tenebãtur obnoxii: et p subsẽtãris dei clementiã et patiẽtiã postmodũ cõuersi ab errore maiores adhuc opas fecerũt iusticie q̃ antea pctã cõmiserant. deus enĩ nõ donat pctã sz differt. Nec pseuerantẽ pctõrẽ a morte liberat. sz ut vel sero cõuertat et viuat patient expectat. sic btũs. Petrus Apostolus ait. Non tardat dñs promissionem sz patient expectat vl' agit propt nos nolens aliquos pire sed oẽs ad pniaz cõuerti. Ille enĩ te q̃si benignᵘ pius et clemẽs illico ideirco nõ percutit. ut tu q̃ta illius erga salutẽ tuam pietas. q̃ta clementia sit recognoscas. q̃ te pctõrẽ et impium expectare magis vult et seruare conuersum q̃ punire peccãtem. sicut p prophetaz ipse dominus loquitur: et quantum velit homini misericordie pietatisqz largiri: proprie vocis benignitate depromit dicẽs. Et iniquus si conuertat se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecerit: et custodiat mandata mea: et faciat iudicium et iusticiam in terra et misericordiam. vita viuet et non morietur. Omnia delicta eius non erunt in memoria. In iusticia sua quam fecit viuet. Et nunq̃d voluntate volo mortẽ iniusti dicit adonay dñs: q̃ ut auertat se a via sua mala: et viuere euz faciaz. Et alibi. Iniq̃tas impii non nocebit ei: in

quacūq; die ꝯuerterit se a sua iniquita
te. Et iterum. Conuertimini filii cōuer
tentes: ⁊ ego sanabo ꝯtritionē vestraȝ.
Ecce quō te de⁹ vt apertis suis vl' sero
cōuersus saluus esse possis ⁊ monet et
prouocat. Ecce qual'r morti obnoxium
vt viuat hortatur: q̄ leuit': q̄ clemēt' in
uitat. ⁋ Ut etiā petōrib⁹ patris
nō neget pietatē: ⁊ adhuc filios appel
lat q patrē deū peccādo pdiderūt: sicut
⁊ ipse se pdidisse petōres filios alio in
loco cū voce flebili ⁊ miserabili quadā
lamentatione testat' dicēs. Sine filiis
factus sū: pdidi populū meū ꝓpt' petā
eoruȝ. Ex hoc ḡ cognosce qual'r te de⁹
diligat: quē mauult viuere q̄ pire. Et
tu eum cōtēnis ⁊ despicis: q ampli⁹ q̄
tuipse te diligit: q te mori cupiētē vult
viuere. Nolo inq̄t dn̄s mortē p ōrum
sȝ vt cōuertant' ⁊ viuat. Tu ḡ mori vo
luisti peccando. ille te viuere vult con-
uertendo. O stulte o irreuerēs ⁊ ingra
te: q nec in hoc deo q tibi vult misereri
ꝯsentis q te magis vult sua pietate sal
uare q̄ tuo pire petō. Nemo ḡ sibi ido
blandiat': nemo stulta ⁊ vana suspitio-
ne decipiat': nemo idcirco securus de-
linquat ⁊ liber. q: sup petōres confe-
stim dei ira iudiciumq; non venit: vt ex
hoc opinet' se impune peccasse q: non illi
co puniat'. sȝ hoc magis differre deum
q̄ dissimulare cognoscat: et irā dei pec
catoribus q̄uis seraȝ subito ⁊ repente
vēturā. Sicut scriptū ē. Ne dixeris pec
caui ⁊ qd accidit mihi triste. Est enim
altissim⁹ redditor patiens. Ne tardes
conuerti ad dominum: neq; differas de
die in diē subito enim veniet ira eius.
Quod in plerisq; implet'. q̄bus ob ni-
mia petā ⁊ in p̄nti dei ira superuenit ⁊
in futuro seruat'. Sȝ hoc nemo itelligit
nemo cognoscit. nec q̄sq; aduersa susti
nens malis suis estimat irrogari. sȝ qd
ptulerit cōsuetudinis potius putat eē
q̄ crimis. Et idcirco deus in presenti
non videtur punire peccantes: q: cum
punit nō cognoscitur. Multi sunt eniȝ
quos nemo intelligit. qui ob multitu-
dineȝ petōrum iam ante iudicii dieȝ in
presenti etiam iudicantur. Aut discat
mihi q̄s si quē sacrilegum. sanguinari-
um. rapacē. falsarium. homicidam. fu-
rē. fraudulētum. adulterum. ceteroruȝ
q; criminum reū vel in p̄sent. tēpore po
terit videre longeuuȝ. Nos enim pluri-
morum habem⁹ exēpla p q̄probare suf
ficimus sceleratos ⁊ impios petōrum
suorū fine completo. ⁊ hoc tēpore iam
iudicari ⁊ presenteȝ eis vitā negari nō
minus q̄ futuram. ⁋ Sȝ hoc ille
facilius intelligere potest q p diuersa
tēpora diuersorū iudiciū impie scelera
te q; ꝯuersātiū spectauit interitū. Quo
rū quo ptās sublimior ē: eo ad peccan-
dum maior audacia: q totuȝ sibi licere
credit qd pōt. Et dū alterius iudiciuȝ
nō timens q alios iudicāt ita ad caden
dum p̄cipites sunt. Ita fit vt q hoīs nō
timent in delinquēdo iudiciuȝ: deū sen
tiant iudicē et vltorē. Ex q̄bus alii q in
fontem aiaruȝ sanguinē frequent' effu
derant ita iram dei iudiciuȝ q; sensere
vt ipsi postmodum sanguinnem fūdere
cogerent' suuȝ: q libenter fundebāt ali
enum. Alii vō q similia cōmiserant sic
dei indignatione prostrati sunt: vt in-
sepulti iacerent. ⁊ esca feris ⁊ celi volu
cribus fierent. Alii autēȝ q innumerabi
liū hoīȝ multitudineȝ iniuste pemerāt
membratiȝ particulatiȝ ve ꝯcisi sunt vt
non minor fuerit ꝯcissura membrorum
numero punitorum quos interemi fece-
rant. Et quoruȝ iudicio maritis iniuste
peremptis multe effecte vidue: multi or
phani patribus occisis derelicti. q̄bus
preter orbitatē mēdicitas inferebat' et
nuditas. Nā addebāt impietati ⁊ cru-
delitati quod deerat. vt eorum quos fe
cissent occidi spoliarent ⁊ liberos. Nūc
vō ipsorum cōiuges vidue ⁊ filii orha
ni alienis quotidie egent panibus. Nō
ne videt' tibi istud testimonium in ipsis
esse completū cōminātis dei dicētis. Ui
duaȝ ⁊ orphanos non vexabitis. Quis
si vexabitis eos ⁊ vociferantes clama-
uerint ad me exaudiaȝ vociferationem
eoruȝ. ⁊ irascar animo ⁊ percutiam vos
gladio ⁊ erunt cōiuges vestre vidue ⁊
filii vestri orphani. O indignum faci-
nus. o celestissimum facinus. o nimia ⁊

O Solēt enim audire adductas esse mulieres ad foruz que forte cuz seruis inuēte sunt. Adductuz viruz ad forū quia inuētus est cum ancilla sua nunq̄ audierunt Cuz sit par peccatuz. In peccato pari innocētiorem facit videri virū: non diuina veritas: sed humana peruersitas. Et si forte hodie acriorē quisq̄ pass⁹ fuerit vxorem suaz: z liberius murmurantē: cui iam videbatur quia licebat viro: z audiuit in ecclesia: quia non licz viro. Si ergo passus fuerit vxorem suaz liberius iam vt dixi murmurātem z dicētez sibi. non licz quod facis: simul audiuimus: christiāi sumus: quod a me exigis: redde michi. Fidez tibi debeo: fidē mihi debes. fidē Christo ambo debemus. Et si me fallis: cum non fallis cuius sumus. nō fallis euz q nos emit. Hec atq3 huiusmodi audiēs ille que nō solet: dū non vult in se fieri sanus: ī me fit insan⁹. Irascit. maledicit. fortassis etiaz dicit. Quo modo factū est vt huc ille veniret? aut vxor mea ipso die in ecclesiam pcederet? Et hoc credo q in cogitatione sua dicat. Nā libere erumpere in vocem non audet. nec ante solā vxorem suam. Fortassis eniz si sic eruperit z hoc dixerit. potest ille respondere z dicere. Quare maledicis: cui paulo ante acclamabas? Certe coniuges sumus: cum lingua tua discordas mecuz concorditer quomodo viuere poteris? Nos fratres pericula vestra intuemur non voluntates vestras attendimur. Nam z medicus si voluntatem egri attendat nunq̄ illuz curat. Quod nō est faciendum: non fiat: quod prohibet deus non fiat. Qui deo credit ab ipo audit quod dicimus. Certe melius erat q busdā noletib⁹ corrigi vt vl̄ huc nō veī

remus:si ista dicturi eram⁹.vel qz iā ve
nimus non ea diceremus. Audius tertia
no die memini me dixisse scitati vestre
quia si cythar edi essemus. aut hmōi ali
quid populariter exhibentes ꝓ studijs
nugacitatis vestre q̄ iā quesumus vt re
linquatis:tenuissetis nos vt daremus
vobis diē ⁊ q̄squis pro modulo suo con=
ferret nobis mercedē. Quare ambula=
remus delectati vanis cāticis.nulli rei
ꝓfuturis ad tp̄s dulcibus.in posterum
amaris? Talibus etem̄ turpitudinibus
cantionum animi humani illecti ener=
uantur ⁊ decidāt a virtute:defluentes ī
turpitudinem:et ꝓpter ipsas turpitudi
nes postea sentiunt dolores.⁊ cum ma=
gna amaritudine digerūt quod cū dul=
cedine tpali biberūt. Melius ergo nos
amara vobis cantamus ad tp̄s: q̄ post
ea dulcescant in vobis. Nec mercedem
aliquam exigim⁹ nisi vt faciatis q̄ dici=
mus. Immo nō faciatis si dixim⁹ nos.
Si autem oībus ille dicit q̄ neminem ti
met:et per quem fit in noīe ipsius: et in
glīa mīe ipsius.vt ⁊ nos neminē timea=
mus:oēs audiuimus:omnes faciamus
oēs cū nostro aduersario concordemus
Putate me cytharedū esse quid vobis
possum amplius cauere? Ecce psalteri=
um fero: decē chordas habet. hoc vos
paulo ante cātastis anteq̄ inciperē lo=
qui chor⁹ meus vos fuistis. Nōne vos
paulo ante cantastis? P De⁹ cā
ticū nouū cantabo tibi: in psalterio de=
cē chordaꝝ psallā tibi. Ipsas autē decē
chordas mō ꝑcutio. Quare amara est
vox psalterij dei. Psallā tibi in psalte=
rio decē chordaꝝ? Non vobis hoc can=
to qd̄ vos non faciatis. Decalogus em̄
legis decē precepta habet:q̄ decē prece
pta sunt sic distributa:vt tria pertineāt
ad deum:septem pertineant ad homīes
Tria ad deū q̄ iā dixi. Unus est de⁹ no=
ster ei nullā similitudinem debemus fa
cere:⁊ nō fornicari post deū q̄ vnus est:
qui deus:⁊ xp̄s filius dei vnum est cum
patre. Et ideo non debet a nobis acci=
pi in vanum vt putemus eū factū:id est
creaturam aliquā.per quem facta sunt
omnia.quia ipse vnus deus pater et fi=
lius et spiritussanctus. In spiritusācto
hoc est in dono dei: requies nobis sem=
piterna promittitur. Inde modo pi=
gnus accepimus. Sic enim dicit apo=
stolus. Qui dedit nobis pignus spiri=
tum. Si pignus accipimus vt incipia=
mus in domino et in deo nostro esse tran
quilli. vt simus in deo nostro mites.si=
mus in deo patientes:erim⁹ etiam in il
lo vnde pignus accipimus ineternum
quieti:quod erit sabbatum sabbatoruȝ
propter ipsam requiem pertinentem
ad donum spiritussācti. Tertium atq̄
preceptum de sabbato quod diximus
quod carnaliter iudei celebrant: nos
spiritaliter agnoscamus. Nam quia
spiritussanctus septiformis dicitur.pro
pterea septimum diem sanctificauit de=
us quando fecit omnia opera sua: sicut
in genesi scriptum legimus Non ibi ha
bes nominatam sanctificationem nisi il=
la die vbi dicitur.deus requieuit ab om
nibus operibus suis. Non enim fatiga=
tus erat deus vt diceretur:requieuit de
ab omnibus operibus suis: sed in illo
verbo tibi laboranti requiem promisit.
Et quia fecit omnia bona valde ⁊ sic di=
citur:requieuit deus:intelligas etiam
te post bona opera requieturum et sine
fine requieturum. Nam omnia superio
ra que dicta sunt id est dies superiores
habent vesperam.septimus iste dies nō
habet vesperā:vbi de⁹ sanctificauit req̄
em. Q Dicit vbi factū
est mane vt inciperet ipe dies. Non di=
ctum est factum est vespe vt finiret dies
sed dictuȝ est:factum est mane vt fieret
dies sine fine. Sic incipit ergo requies
nostra quasi mane:sed non finitur: quia
ineternum viuemus. Ad hanc spem q̄c
quid facimus:si facimus: sabbatum ob
seruamus. Ipsa tertia chorda huius de
calogi id est psalterij decachordi In tri
bus enim chordis ad deum pertinent p̄
cepta. Si diceret nobis. Diliges domi
num deum tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex
tota anima tua:⁊ ex toto mēte tua: ⁊ de
proximo nichil nostro diceret: non esset
decachordum sed trichordum. Quia ve
ro addidit dn̄s. ⁊ diliges proximum tu

xim tanq̃ teip̃m. et contexuit dicens. in his duobus mandatis tota lex pendet et prophete: tota lex in duobus precep- tis est. dilectione dei: et dilectione proximi. Ad duo itaq; precepta. idest ad dilectionem dei et proximi pertinet decalogus. Ad primũ preceptum tres chorde pertinent: q2 deus trinitas. ad alterum vero preceptũ. i. ad dilectionẽ proximi septẽ chorde. quõ viuatur iter homines. Nam ipse numerus septenarius tanq̃ septem chordarũ icipit ab honore parentum. Honora patrẽ tuum et matrem tuã. Ad parentes eñ suos hõ aperit oculos. et hec vita ab eorũ amicitia sumit exordiu3. Quisq; autẽ suis parentibus non defert honorem: quib9 parcere poterit? Et dicit apostolus. Honora patrem tuum et matrem tuã. hoc est primum mãdatum. Quomodo primum quando quartum mandatum est: nisi quia in septenario numero est primum? Ad dilectionem proximi primu3 est in secunda tabula. Nam ideo due tabule legis date sunt. Deus enim famulo suo moysi in monte duas tabulas dedit. In quibus duabus tabulis lapideis conscripta erant decem precepta legis. quod est psalterium decem chordarum. Tria i vna tabula ad deum pertinentia: septem i altera tabula ad proximũ. In altera ergo tabula primũ est Honora patrem tuum ꝛ matrẽ tuam. R Scdm. non mechaberis. Tertium. non occides. Quartum: non furaberis. Quintum: non falsum testimonium dices. Sextum: non concupisces vxorem proximi tui. Septimum: non concupisces rem proximi tui. Hec iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinẽtibus si in psalterio decem chordarum volumus cantare canticum nouum. Attendat enim charitas vestra vt dicam vel quod deus suggesserit. Accepit legem populus iudeorum. Ista in decalogo non obseruauit. Et quicunq; obtemperabant: timore obtemperabãt pene non amore iusticie: portabant psalterium non cantabant. Cantanti enim voluptas timenti onus est. Ideo vetus homo: aut non facit: aut timor facit. nõ amore sanctitatis non delectatione castitatis: temperantie charitatis: sed timore. Uetus enim homo est: ꝛ vetus homo vetus canticum cantare potest: non nouum. Ut aũt cantet canticũ nouũ: sit nouus homo. Quomodo aũt possit esse nouus homo: audi non me sed apostolũ dicentẽ. Exuite vos veterem hoiem: et induite nouũ. Et ne quis putaret, cum dixit. exuite vos veterem hoiem ꝛ induite nouũ: aliquid deponendum esse ꝛ aliquid accipiendum. cũ de mutando preciperet homine: subiecit ꝛ ait. Qua propter deponentes mẽdacium loquimini veritatẽ: Hoc est quod ait. Exuite veterem hoiem ꝛ induite nouum. hoc dixit: mutate mores. Seculũ diligebatis: deum diligite. Nugatoria iniquitatis: tẽporales voluptates diligebatis: proximum diligite. Si dilectione facitis: nouum canticum cantatis. Si timore facitis: facitis tamen: portatis q̃dẽ psalteriũ: s3 nõdũ cantatis. Si aũt nec facitis: ꝓiicitis ipsũ psalteriũ. Meli9 est tñ portare q̃ ꝓiicere. Sed rurs9 meli9 est cum voluptate cantare: q̃ cũ onere portare. Nec peruenit ad canticũ nouum nisi iã cũ voluptate cãtãs. Nam q̃ portat cum timore: adhuc in vetustate est. Et q̃d est fratres qđ dico attẽdite. Nõ cõcordauit cũ aduersario suo: q̃ cum timore adhuc facit. S Timet enĩ ne veniat deus ꝛ dãnet illum. Nam nondum delectat castitas nondum illũ delectat iusticia: sed iudicium dei formidans a factis temperat. Nondum concupiscentiam ipsam damnat q̃ seuit i eo Nondũ illũ delectat qđ bonum est: nondum ibi habet suauitatem vt cantet canticum nouum: sed de vetustate penas timet: Nondum concordauit cũ aduersario. Tales enĩ homines plerumq; supplantant tali cogitatione: vt dicant sibi Si fieri posset: nõ nobis minaretur deus. Non talia per prophetas suos diceret q̃ hoies deterreret: sed veniret et daret omnib9 indulgẽtiam. ignosceret oĩbus: postea veniret neminem mittere i gehennam. Iam q2 iniquus est: iniquũ

vult esse deum Vult te deus facere simi
lem sui ⁊ tu conaris deum facere simi=
lem tui. Placeat tibi ergo deus qualis
est: non qualem illum esse vis. Peruer
sus enim es: ⁊ talē vis esse deū qualis es:
non qualis est. Si aūt placeat tibi qua=
lis est: corrigeris: et diriges ī eam regu
lā cor tuū a qua nūc alien⁹ distortus es
Placeat tibi deus qualis est. Non te
ipse amat qualis es: sed odit te qualis
es. Ideo tui miseretur. q2 odit te qua
lis es. vt faciat te qualis nondum es
faciat te diri qualis nondum es. Nam
illud tibi non promittit q2 faciet te qua
lis es. Nam eris qualis est sed ad quen
dam modum. i. imitator dei velut ima=
go: sed nō qualis imago est filius. Naz
etiā imagines in hominibus diuerse sunt
filius hoīs habet imaginem pr̄is sui. et
hoc est qđ pater eius. q2 hō est sicut pa=
ter eius. In speculo aūt imago tua non
hoc est qđ tu. Aliter est eniz imago tua
in filio. aliter in speculo. In filio est ima
go tua ꝭm equalitatē substantie. in spe=
culo aūt ꝙ longe est a substantia. et tū
ē quedā imago tua: ꝗuis nō talis qua=
lis in filio tuo ꝭm substantiam. Sic in
creatura nō hoc est imago dei qđ est in
filio q̄ hoc est qđ pater. i. verbū dei per
qđ facta sunt oīa. Recipe ergo similitu
dinē dei quam per mala facta amisisti.
T Sicut eī imago in nummo impera
toris aliter est: et aliter in filio. Nam
imago et imago est: sed aliter impressa
est in nummo. aliter in filio. aliter in so
lido aureo imago imperatoris. Sic et
tu nūmus dei es ex hoc melior: q2 cū in
tellectu et cum quadā vita nūmus dei
es: vt scias etiā cuius imaginem geras
⁊ ad cuius imaginē fact⁹ sis. Nā num=
mus nescit se habere imaginē impera=
toris. Ergo vt dicere ceperam: odit te
deus qualis es. sed amat te talem qua
lem te esse vult. et ideo ille te vt mute
ris hortatꝰ. Concorda cū illo. ⁊ īcipe pri
mo bū velle: et odisse te qualis es. hoc
sit tibi initiū concordie cū sermone dei:
vt incipias primo tu odisse te qualis
es. Cū ceperis ⁊ tu odisse te talē qualis
es: sicut te talem odit deus. incipis iaz
ipm diligere deū qualis est. Egrū attē=
dite. Eger egrotantē se odit qualis est
Inde incipit concordare cū medico. q2
⁊ medicus odit eum qualis est. Naz iō
vult sanum esse q2 odit eū febrientem: ⁊
est medicus febris ꝑsecutor: vt sit homi
nis liberator. Sic auaricia: sic libido:
sic odium: concupiscentia: luxuria. sic
nugacitas spectaculorū febres sūt ani=
me tue: debes illas odisse cum medico
tuo: ita concordas cum medico: stiteris
cum medico: et libenter audis qđ iubet
medic⁹: libenꝭ facis qđ iubet medicus
⁊ proficiente iam sanitate incipiunt eti
am iam delectare precepta. ꝙ onerosus
est cibus egris quādo reficiuntur: ⁊ pe=
iorē hora reputant egri refectionis sue
ꝙ sue accessionis: ⁊ tū cogunt se concor
dantes cū medico: ⁊ ꝗuis inuiti ⁊ oble=
ctantes vincunt se vt aliquid accipiant
Quanta auiditate sani maiora perce=
pturi sunt: vnde egri minora vix accipi
unt. Sed vnde hoc factū est? Quia ode
rant febrē suā et cum medico concorda
uerunt: et simul persequebaꝭ febrē medi=
cus ⁊ egrot⁹. Cū ergo ⁊ nos talia dici=
m⁹ nō odim⁹ nisi febres vr̄as: imo ī no
bis ipsis sermo dei febres nostras odit.
cū quo concordare debetis. Nā nos qđ
sum⁹ nisi liberandi vobiscū: sanandi vo=
biscū. Modo non me intuamini sed ser=
monem dei. Nolite irasci medicamen
to vestro. non inueni enim aliud qua
transirē. Ueni ad quintā chordam ho=
mo. Qui tango psalteriuz decem chor=
darū: nunqđ pretermissurus eram quī=
tam. Immo assidue ꝑcussurus. In illa
eī video iacere pene totū genus huma
nū: in illa video plus laborare. Ipsam
percutiēdo quid dico. Nolite mechari
post vxores vestras: q2 non vultis vt me
chenꝭ post vos vxores vestre. Nolite ire
vos: quo eas sequi nō vultis. Sine cau=
sa vos excusari conamini: quādo dicitis
Nunquid eo ad vxorem alienū/ ad an=
cillam meam eo Uis vt dicat vxor tua
tibi Nunquid ad virum alienum/ ad
seruum meum eo Dicis non est vxor
aliena ad quam vado Nunquid vis di=
catꝭ tibi: non est vir alienus ad quem va=

do. Absit vt dicat hoc illa. Melius enī dolet te q̄ imiteř te. Illa enim casta et sctā femina ⁊ vere xpiana q̄ dolet fornicantem virum: ⁊ non dolet ꝓpter carnē sed ꝓpter charitatē. non iō vult vt non facias. qꝛ et ipsa non facit: sed quia te non expedit. Nam si ꝓpterea non facit vt tu non facias: si feceris faciet. ¶ Si autē deo illud debeat. si xp̄o illō debeat qō tu exigis. et ideo reddet qꝛ iubet iste. ⁊ si fornicař vir castitatem femina illa deo exhibet. Xp̄us em̄ loquiř in cordibus bonaꝝ feminaꝝ. loquitur intus vbi non audit vir: qꝛ nec dignus est si talis est. Loquiř ergo ille interi⁹ ⁊ dicit. ⁊ filiā suā consolař hmōi verbis. De iniuriis viri tui torqueris. quod tibi eī fecit dole: sed ipsum noli imitari vt male facias sed ip̄e te imiteř in bono. Nam in eo q̄ male facit noli eum putare caput tuum: sed time me deū tuū. Nam si ⁊ in eo q̄ male facit caput est. ⁊ secuturum est corpus caput suū: eunt ambo p̄ preceps. Ut aūt non sequař malum caput suū teneat se ad caput ecclesie xp̄m huic debens castitatē suam. huic deferens honorē suū. absens sit vir. presens sit vir. non peccat illa. qꝛ nunq̄ est absens cui debet vt non peccet. Hec ergo fratres mei facite. vt possitis concordare cum aduersario. Nec amara sunt q̄ dico. aut si amara sunt curant. Potio ista si amara est accipiař. qꝛ in periculo sunt viscera amara bibař. Melius est modica amaritudo in faucibus: q̄ eternum tormentū in viscerib⁹. Mutate ergo vos: q̄cūq̧ non faciebatis hoc bonū castitatis. Iam facite Nolite dicere: nō potest non fieri. Fedum est fratres mei turpe est: vt vir dicat non posse fieri qō facit femina. Scelus est vt vir dicat nō possum. Qō pōt femina vir non potest? Quid em̄. illa carnem nō portat? prior a serpente decepta est: Caste vxores vestre ostendūt vobis fieri posse quod nō vultis facere: et dicitis fieri non posse. Sed forte dices iō illam facilius facere posse: quia multa illi custodia est legis preceptum. diligentia maritalis: terror etiam legum publicarū. est etiā verecūdie ⁊ pudoris illius magnum munimētum. Multe custodie faciunt feminā castam. virum castum faciat ipsa virilitas Nam iō mulieri maior custodia: qꝛ maior īfirmitas. Illa erubescit viro: tu nō erubescis xp̄o Tu liberior qꝛ fortior: qꝛ facile vincis: ideo tibi commissus es. Sup illā ⁊ diligētia viri. ⁊ terror leguꝫ ⁊ consuetudo moꝝ. ⁊ verecundia maior et deus sup te tm̄ deus. Inuenis enim facile pares viros quibus non timeas erubescere. quia faciunt id multi. Et tāta est peruersitas generis humani; vt aliquando metuēdum sit ne castus erubescat inter impudicos. ¶ Iō nō cesso tangere istā qnintā chordā ꝓpter ipam peruersam consuetudinem ⁊ labē totius vt dixi generis humani. Si quis inter vos faciat homicidium qō auertat deus: pellere eum vultis de patria et continuo si fieri potest excludere. Si quis faciat furtū: odistis illū: nec videre vultis. Si quis dicat falsum testimoniū: abominamini nec vobis hō videtur Si qs concupiscat alienas res: raptor ⁊ iniustus deputař. Si qs volutař cum ancillis suis: amatur: blande accipitur. conuertuntur vulnera in ioca. Si quis aūt extitat q̄ dicat se castum. non facere adulteriū: notū aūt sit q̄ non faciat. erubescit accedere ad illos non sui similes ne insultent. ne irrideāt. ne dicant nō eē virum. Ad hoc delapsa est humana peruersitas vt vir habeař a libidine victus et vir non habeař victor libidinis. Triumphantes exultant et non sunt viri: iacent prostrati et viri sunt. Si spectatores: ille tibi videretur fortior q̄ iaceret sub bestia q̄ q̄ p̄meret bestiam? Sed qꝛ dissimulatis a pugna interiore et delectant vos pugne exteriores. iō non vultis pertinere ad canticum nouū: vbi dicitur: Qui docet manus meas ad preliū: ⁊ digitos meos ad belluꝫ. Est enim bellū qō secū agit hō dimicans contra concupiscentias malas: frenans auariciam: elidens sup̄biam: suffocans ambitionē: trucidans libidinē. Has pugnas facis in occulto: et non vinceris in aperte. Ad hoc doceř man⁹ vestre ad pre-

lium: et digiti vestri ad bellum . Nō est hoc in spectaculis vestris. In illis spectaculis nō idē est venator qđ cytharista. aliud agit venator. aliud cytharista In spectaculo dei vnū est. Y

Tange easdem decem chordas et feras occides: vtrūq simul facis. Tāgis primā chordā qua colit vnus de9: cecidit bestia supstitiōis. Tangis secundā qua non accipis nomen dei tui in vanum cecidit bestia erroris nephandarum heresum que id putauerunt. Tangis tertiā chordā vbi pro spe future quietis facis quicqđ facis: iterficitur crudeliter ceteris bestijs amor seculi huius. Propter enim amorē seculi hui9 laborant homines in omnibus negocijs. Tu autem in oīb9 bonis opib9 tuis labora. non ꝓpter amorē seculi hui9: sed ꝓpter requiem sempiternā quā ꝓmittit deus Vide quō vtrūq simul facis: et chordas tangis & bestias occidis. i. & cytharista es & venator. Nō vos delectant talia spectacula vbi non promeremur oculos editoris: sed oculos redemptoris. Honora patrē tuum & matrē tuā: tāgis quartā chordā vt honorē parētibus deferas cecidit bestia impietatis. Non mechaberis: tāgis quintam chordam: cecidit bestia libidinis. Non occides : tangis sextam chordā: cecidit bestia crudelitatis. Nō furtū facies tāgis septimā chordam: cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices: tangis octauā chordā: cecidit bestia falsitatis. Nō concupisces vxorem ꝓximi tui ; tangis nonā chordā: cecidit bestia adulterine cogitationis. Aliud enim est non facere aliqđ tale preter vxorē: aliud nō appetere alienā vxorē. Idō duo precepta sūt. non mechaberis: & nō cōcupisces vxorē proximi tui. Non concupisces rē proximi tui: tangis decimam chordā cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentib9 omnibus bestijs secur9 et innocens in dei dilectione et humana societate versaris: tangens chordas decem quod bestias occidis. Nā multa capita sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias. sed greges interficis bestiarū. Sic ergo cāticū nouū cū amore sī cum timore cantabis . Noli dicere tibi qn̄ forte aliquid luxuriantervis agere. Vxorē non habeo. facere possū qđ volo nō ei post vxorē meā pecco. Iā nosti preciū tuū. tam nosti quo accedis. qđ manduces. qđ bibas. immo quē manduces quē bibas. Abstine te a fornicationib9: Ne forte michi dicas: ad fornicez vado ad meretricē ꝓgo. ad prostitutā eo: nec illud p̄ceptū violo qđ dictū est: non mechaberis: q2 vxorē nōdū habeo: nec post illam aliqđ facio. Z Nec illud preceptū violo qđ dictū est. Nō cōcupisces vxorē ꝓximi tui. Qui ad publicam vado: in qđ preceptū incurro ? Non inuenimus chordā quā tangam9 . non inuenimus chordā? quo neruo legim9 fugitiuum istum ? Nō fugiet habet vū liget/ sz amet te. Non enim ligamētū sed ornamētum ī ipsis decē cordis inuenimus. Decē enī p̄cepta ad duo illa referuntur sicuti audiuim9 vt diligam9 deum & proximum: & duo illa ad vnū illud Vnū est autē quod tibi fieri non vis alij ne feceris. ibi cōtinent decē ibi cōtinet duo. Sz dicis: furtū si faciā id facio qđ pati nolo. Si occidam id facio quod ab altero pati nolo. Si parētib9 meis honorē non deferā qn̄ volo vt ferat michi a filijs: id facio quod pati nolo. Si sim mechus & aliquid tale moliar / id facio qđ pati nolo Nā si qs interroget dicit. nolo vt vxor mea aliqđ tale faciat. Si concupisco vxorē ꝓximi mei / nolo qs ꝙ concupiscat meā / id facio qđ pati nolo. Cū vo ad meretricē eo / cui facio quod pati nolo? qđ graui9 ē ipi deo . Intelligat sāctitas vrā / etenī quod fieri tibi nō vis alij ne feceris / ad duo p̄cepta pertinet. Quō ꝑtinet ad duo p̄cepta . si hoī non feceris qđ pati non vis ab hoīe? Ad ꝓximi p̄ceptū ꝑtinet ad dilectionē ꝓximi ad septē chordas. Si afit qđ nō vis pati ab hoīe: ipsi deo vis facere. qđ est hoc non facis alteri quod pati nō vis? Charior factus est tibi homo ꝙ de9 ? Ergo quō facio ī dō ipsi deo . Corrūpis teips Et vnū iniuriā facio deo qz corrūpo meips Qn̄ tibi facit iniuriam q̄ voluerit forte la

pidare tuā tabulam pictā? ī qua tabula imago tua est in domo tua saniter posi-ta ad vanū honorē tuū. nec sentiens nec loquēs ne vidēs. Si quis illā lapidet nonne in te facit contumeliam? Cum vero imaginē dei qd es tu corrumpis ī te per fornicationes et per diffluentias libidinis: attendis qz ad nullius vxorem accessisti: attendis qz post vxorem tuā nihil fecisti: qz vxorem non habes: ꝛ nō attēdis ꝑ libidines illicitas fornicationis cuius imaginē violasti. Postremo deus qui scit quid tibi vtile sit. qui vere non sic suos seruos gubernat ad vtilitatem illoꝝ / nō ad suam. Non enī indiget seruis quasi ad adiutorium. sed tu indiges dñi auxilio. A Ipse ergo dñs qui scit qd tibi sit vtile: vxorem cōcessit nihil amplius. hoc iussit. hoc precepit ne per illicitas voluptates corruat tēplum eius qd esse cepisti. Nunqd hoc ego dico? Apostolum audite. Nescitis qz templum dei estis. et spiritus dei habitat in vobis. Si quis tēplū dei corruperit: corrūpet illum deus. Videtis quō minatur? Nō vis corrumpi domū tuā. quare corrumpis domum dei? Certe non facis alicui qd pati nō vis? Nō est ergo qua euadat. Tenet ille q̄ se teneri nō putabat. Oīa enī pctā hoīm. aut ad corruptelam pertinent flagitioꝝ. aut ad facinora nocendi. Qz deo noceri non pōt in facinoribus in flagitiis eum offendis in corruptelis illū offēdis. in te illi facis iuriā. Facis ei iniuriā grē ipius: domo ipius. Seruū si hēres velles vt seruiret tibi seruus tuus. Serui tu meliori dño deo. Seruum tuum non tu fecisti: ꝛ te et seruū tuū ille fecit. Vis vt tibi seruiat cū quo factus es: et nō vis seruire ei a quo factus es. Ergo cū vis vt seruiat tibi seruus tuus hō: et tu non vis seruire dño deo. facis deo qd tu pati non vis. Ergo illud vnū p̄ceptū continet duo. illa duo cōtinēt decē. illa decē cōtinēt oīa. Cātate ergo ī psalterio decē chordarū canticū nouū. Ut autem cantetis canticū nouū: estote homines noui. Diligite iusticiā habet pulchritudinē suā. Iō non vultis illam videre: qz aliud amatis. Nā si aliud nō amaretis eam vtiqz videretis. Quare illā videtis qñ illā exigitis? illā exigis quare laudas fidem quā illā exigis de seruo tuo? Quā pulchra res est fides: sed tunc pulchra est qñ de suo exigit: tunc videt qñ ab altero expetit: qñ de te exigit non videt. Aurū vides: fidē ñ vides? Sicut lucet aurū ad oclos corpis. sic lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad illam oculos cordis: qñ vis vt exhibeat illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibuerit laudas seruū tuū / ꝛ predicas eū ꝛ dicis. Preclaꝝ seruū habeo: magnū seruum habeo: fidelē seruū habeo. Quod laudas in seruo non exhibes dño: et eo sceleratius qz vis vt meliorē tu habeas seruū q̄ te deus. B Iubet deus seruo suo vt bonus sit erga te: quomodo iubet vxori tue vt ꝛ si tu mechaberis ñ mechet. Sic iubet suo tuo vt ꝛ si tu nō seruis deo: suiat tibi. Sed hoc totū vide: vt ad monitionē tuā valeat: non ad perniciē tuā. Etenī seruus ille q̄ tibi seruit īdigno digne. i. q̄ indigno tibi bene seruit. ꝛ fidelr̄ seruit: ꝛ pure te diligit: deo debet nō tibi. Iustum est ergo et tu attendas: quia sub domino es ad quē et ille attēdit vt seruiat tibi. Imple ergo qd dictā est: quod tibi fieri nos vis alij ne feceris. Sed ipsū alij cū dicis: vtrūqz attēde ꝛ ꝓximū et deū. Canta ī psalterio decē chordaꝝ: canta cāticū nouū concorda cū sermone dei cū est tecum ī via. Concorda cum aduersario tuo cito ne cum discordia venias añ iudicē. Si facis qd audis cōcordasti cū eo. si autē nō facis rixaris cū eo. et nondū composuisti quousqz facias. Ut aūt concordetis abstiete vos a detestabilibus corruptelis. ꝛ a detestabilibus idolatriis a mathematicis / ab aruspicibus / a sortilegis ab auguribus / a sacrilegis / abstietevos q̄tū potestis a nugatoriis spectaculis. Siq̄ delectationes seculi subrepunt in aīa / exercete vos ī mīa / exercete vos in elemosynis / in ieiuniis / in orationibus. His eni purgantur quotidiana peccata q̄ nō pñt nisi subripe ī aīam ꝓpt̄ fragilitatē humanā. Noli ille contemnere qa minora sunt / sed tune qz plura sunt.

Attendite fratres mei mienta sunt: non sunt magna. Non est bestia quasi leo: vt vno morsu guttur frāgat: sed bestie plerūq; minute multe necant. Si proijciatur quisq̄ in locum pulicibꝰ plenū: nunquid non morit̄ ibi. Nō sunt quidē maiores: sed infirma est natura humana q̄ etiam minutissimis bestijs interimi potest. Sic ꝛ modica pctā attenditis quia modica sunt: cauete qꝛ plura sūt. Quā minutissima sunt grana arene. Si arene amplius in naui mittatur: mergit illam vt pereat. Quā minute sunt gutte pluuie. Nonne flumia implēt ꝛ domos deijciūt. Ergo ista nolite contēnere. Sꝫ dicturi estis. Et quis pōt sine istis? Ne hoc diceres q̄ habere nemo potest: deus misericors vidēs nostram fragilitatem posuit cōtra remedia. Que sūt remedia elemosinarꝫ: ieiuniorum: ꝛ orōnum: ipa sunt tria. Ut aūt verum dicas in orōne perfecte implēde sunt elemosine. Que sunt perfecte elemosine? Ut ex quo tibi abundat des ei q̄ non hꝫ: et quo te ledit aliquis ignoscas illi. ¶ Sed ne putetis frēs qꝛ faciēda sūt quotidie adulteria ꝛ elemosinis quotidianis mūdanda sūt. Ad illa scelera maiora nō sufficiunt q̄tidiane elemosine vt ea mundent. Aliud est vbi mutes vitam. aliud ē vbi toleres vitam. Illa mutāda est. Si mechus eras noli esse mechus. Si fornicator eras: noli fornicari. Si homicida: noli homicida esse. Si ibas ad mathematicum: et ad ceteras pestes sacrilegas: iam desine. Arbitraris hec nisi fieri desināt quotidianis elemosinis posse mundari. Illa dico quotidiana pctā q̄ aut p linguam facile cōmittunt̄: vt est verbū durū: aut cū labit̄ alīqs in risum immoderatū. aut in hmōi nugas quotidianas. In ipsis concessis peccata sunt. Cū ipa vxore si excedit̄ concubendi modus procreandis liberis debitꝰ: iā peccatū est. Ad hoc eñ ducit̄ vxor: id etiaꝫ tabule indicant vbi scribit̄ liberorū procreandoꝝ cā. Qn̄ tu vti vxore amplius q̄ necessitas ꝓcreandoꝝ liberoꝝ cogit volueris iā pctm̄ est. Et ipa talia pctā quotidiane elemosine mundāt. In ipsis alimentis q̄ vtiq; cōcessa sūt: si forte excedis modum ꝛ amplius accipis q̄ necesse est peccas. Quotidiana sunt ista q̄ dico. sed tñ pctā sunt ꝛ non leuia quia plura. Quia vero quotidiana et plurima timenda est ruina multitudinis: ꝛ si non magnitudinis. Talia peccata dimittimus fratres quotidianis elemosinis posse mundari. Sed facite elemosinas ꝛ nolite cessare. Attendite vitam vestram quotidianam ipsis pctīs scaturiētem minutis ipis dico. Et cuꝫ facis elemosinā non superbe facias. nec si ores quēadmodū ille phariseus. Sed tñ q̄d ibi dixit. Jeiuno bis in sabbato: decimas do oīm quecunq; possideo. et nondum fusus erat sanguis domini. Tantū pro nobis precium accepimus ꝛ saltim nec tantum erogamus q̄tum phariseus. Et habes alio loco aperte dicentem dominum. Nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ scribarum et phariseorum nōītrabitis ī regnū celoꝝ. ¶ Ergo illi dabāt decimas: tu si cētesimas dederis aliquid magnum te fecisse gloriaris. Attendis enim quid alius non faciat: non quid te iubeat facere deus.

Metiris te de comparatione peioris: non de iussione melioris. Non quia ille nihil facit. ideo tu magnum aliquid facis: sed quia gaudetur ad quedaꝫ minima opera vestra: quia tanta est sterilitas vestra vt ad modica gaudeatur.

Quasi securi vobis blandimini de minimis elemosinarum granis: et aceruos obliuiscimini peccatorum. Protulisti forte nescio quid paruum: quod alius aut non habuit: aut non protulit cuꝫ haberet. Noli attēdere post te quis nō faciat. sꝫ quid te iubeat deꝰ facere. Postremo quare in istis affectionibus secularibus nō vobis sufficiūt q̄s p̄cessistis: sꝫ vultis esse diuites: eq̄les ditioribꝰ vobis. Non attenditis quantos pauperiores transcenditis? Dicere vultis ditiores. Sed in elemosinis habetur modus. Hic dicitur: iam quousq; facio? ꝛ illic non dicitur: quantis diuitibus ditior sum? Non attenduntur egestates innumerabiliū mēdicoꝝ. Non respiciuntur

posteriores multitudies paupeꝝ. Sed paucitas precedentiū diuitū añ oculos ponit. Cur in ope bono non attenditur ille zacheus: q̄ dimidiū reꝝ suarum de dit paupibus? Sed optare cogimur vt attendat saltim ille phariseus qui oīm q̄ possidebat decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis: thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filijs meis fuo. Magna excusatio: filijs meis seruo. Videamus Seruat tibi pr̄ tuus: fuat tu filijs tuis filij tui filijs suis: ⁊ sic per oēs et nullus facturus est precepta dei. Quare non illi potius impendis oīa q̄ te fecit ex nihilo? Qui te fecit: ipse te pascit. Ex his que fecit ipe: pascit et filios tuos. Neq̃ enim melius committis filio tuo patrimoniū tuum q̄ creatori tuo. Et mētiūtur quidē homines: mala est auaricia. Palliare se volunt noīe pietatis et dealbare. vt quasi propter filios videant. seruare hoīes. qd̄ ꝓpter auariciā fuāt Nam vt noueritis q2 sic plerūq̃ cōtingit. Dicit de quodā. E Quare nō facit elemosinā? q2 seruat filijs suis. Contingit vt amittat vnū. Si ꝓpter filios fuabat: mittat post illum partem suā. Quare illā tenet in sacculo: ⁊ illum relinq̄t ab aīo. Redde illi qd̄ suum est. redde qd̄ illi seruabas. Mortuus est inquit. s3 precessit ad deū: pars ipsius debet paupibus. Illi debet ad quē perrexit: xp̄o debet: ad ipm̄ em̄ perrexit: ⁊ ille dixit. Qui vni ex minimis istis fecit: mihi fecit. Et q̄ vni ex minimis istis nō fecit. mihi non fecit. Sed quid dicis. Seruo fratribus ipsius. Si viueret ille non erat cum suis fratribus diuisurus O fides mortua: mortuꝰ est em̄ filius tuus. Quicquid dicas? mortuo debes qd̄ viuo seruabas. Mortuus est filius meꝰ s3 tn̄ partē filij mei seruo fratribꝰ ipsius Si credis q2 mortuus est si ꝓ illo xp̄us mortuus non est: mortuꝰ est ipe. Si aūt in te fides est: viuit filius tuus. Viuit prorsus non decessit sed precessit. Qua fronte venturus es ad filiū tuum q̄ precessit: cui precedenti nō mittis partem suā in celū? An non pōt mitti in celum? Pōt prorsus. Audi ip3 dn̄m dicentē3. Thesaurisate vobis thesauros in celo. Si ergo ille thesaurrꝰ meliꝰ ē custoditꝰ in celo: nunquid tunc mittendus ē filio q̄ñ si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic vbi pōt perire: nō mittit illuc vbi xp̄s est custos. Certe ea q̄ hic tenes ⁊ nō vio mittere post filiū tuū: quibꝰ cōmendas actoribus tuis cōmendas illiꝰ parte qui precessit. ⁊ xp̄o non cōmēdas ad que3 precessit. An idoneꝰ est tibi procurator cuius minꝰ idoneus xp̄s. Videtis fr̄es q2 mēdaciū est qd̄ dicūt hoīes. Filijs meis seruo. Mēdaciū est fr̄es meū mendaciū est. Auari sunt homīes. vł̄ si cogant confiteri qd̄ nolūt: cū erubescūt tacere qd̄ sunt: fundant vomāt in cōfessione qd̄ portāt. Pectꝰ premit crapula iniq̄tatis: euomat eā confessio. s3 non canino more redeat ad vomitū F

Estote xp̄iani Valde parum est vocari xp̄ianus Quāta donatis venatoribus quanta turpibꝰ personis: donatis eis q̄ vos occidunt Per ipas em̄ exhibitiones voluptatū interficiūt aīas vr̄as: et insanitis quis plus donet Si insanire tis q̄ plus fuet nō essetis ferēdi: quis plus fuet insanire auaricie est: q̄d plus donet insanire profusionis est. Nec auarū te deus nec ꝓfusum vult: collocare te vult q̄ habes: nō ꝓijcere Certatis quis vincat in peiꝰ: non datis operā quis sit melior: atq̃ vtinā non daretis: quis sit peior Et dicitis xp̄iani sumus ad fauorē ppl̄i ꝓijcitis res vr̄as Ecce non iubet xp̄s Rogat xp̄s. eget xp̄s Esuriui dicit xp̄s: ⁊ non dedisti mihi manducare: egere volui propter te: vt haberes vbi seminares q̄ dedit vt meteres vita3 eternam Nolite pigri esse: et mala securi: mores emendate: pctā redimite: ⁊ cū hec feceritis: deo gratias agite a quo accepistis bn̄ viuere Et sic ei gratias agite vt nō insultetis his qui nōdū bn̄ viuunt Sed eos ipsos moribus vr̄is hortemini Hec faciendo habetis ꝑfectam q̄tū in hac vita potest iusticiā Conuersantes in bonis operibus: in orationibus: in ieiunijs: et in elemosinis ꝓpter minuta peccata. et abstinendo vos ab il

lis magnis peccatis concordatis cū adversario et securi dicitis in oratione. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nris. Habetis enim quod quotidie vobis dimittat: q habetis q quotidie dimittatis. Sic ambulando securi in via nō timebis latrocinia diaboli: qr xps viā et stratam magnam seipm fecit: perducit ad patriā. Oīs ibi securitas. oīs quies. vbi et ipsa misericordie opa cessabūt: qr nulla ibi erit indigentia miserorū. Erit ergo illd sabbatū sabbatorū. vt qd hic desideramus ibi inueniamus. Amen.

¶ Explicit Liber beati Augustine de decem chordis.

Sermo sancti Augustini de ebrietate.

g

Frequenter charitatem vestram fratres charissimi paterna pietate admonui: vt ebrietatis malum tanq infernum foueam vitare deberetis. Sed ipsi infelices ebriosi: qui se nimio vino ingurgitant: derident et vituperāt eos qui rationabiliter hoc tm qd sufficit bibere volunt dicentes eis. Erubescite et verecūdū sit vobis: qr nō potestis bibere q tu nos. Dicunt enim eos nō esse viros. Et videte miseriam ebriosorum. Se dicunt viros qui inhonesti in ebrietatis cloaca iacent. et illos dicunt nō esse viros: q honesti et sobrij stant. Nemo dicat fratres charissimi q in istis temporibus martyres non sint. Quotidie martires sunt. Martir enim testis interptatur. Quicunq ergo p veritate testimoniū dederit et oēs causas cū iusticia iudicauerit qcqd p testimonio veritatis vel iusticie protulerit: totum ei dñs p martirio cōputabit. At si ille qui ebrietate resistit: si cū dei adiutorio pseuerare voluerit: et p ipsa re aliquas ptulerit tribulationes: oīa ei dñs ad martirij gloriam computabit. Velim nunc scire fres charissimi: quicūq dñs plures seruos habet si vel vnū ex illis velit fieri ebriosum: et deus habeat ebriosum. Ideo enim fratres tanta infelicitate se inebriant homines quia putant ebrietatē aut paruum aut nullū esse pctm. D Sz p ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicij reddituri sunt rationē. si cōmissis sibi pplis q vel qta mala de ebrietate nascuntur assidue noluerint predicare. Qui aūt credit paruum esse pctm si se non emendauerit: et p ipsa ebrietate penitentiam non egerit cū adulteris et homicidis eterna illū pena sine remedio cruciabit. Sm illd quod ipsi bene nostis beatum aplm predicasse. Neq inquit fornicarij. neq idolis seruientes. neq molles. neq masculorū cōcubitores neq auari. neq adulteri. neq ebriosi regnum dei possidebunt. Videte ebriosos cum predictis vicijs iungi. Et iō diffinia: et deliberet vnusquisq apd se ebrietatem graue eē peccatū. et tūc aut nūq aut difficile tū ebrietas poterit superare. cū enim non solum i futuro sclo propter ebrietatem torquēdi sint homines sed in presenti p ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigant et hoc qdem non solum laicis: sed etiam clericis: quod peius est. Multi sunt et maioris ordinis clerici: qui cū alijs sobrietatis bonū deberent iugiter p dicare: non solū hoc non faciunt: sed etiam se et alios inebriare non erubescūt nec metuunt. Sed agnoscant et doleant qcūq tales sunt. Et qui nolunt se emendare et pro se et pro alijs necesse est eterna supplicia sustinere. Illud vero quale est q iam transacto conuiuio et completa siti: cum amplius bibere non possunt nec debeant: tūc qr nouelli et quasi ipsa hora superueniant: diuersis nominibus incipiunt bibere: non solum viuorū hominū sed et angelorū et reliquorum antiquorū sanctorū: estimātes q maximū illis honorē ipendāt: si se in illorū noīb9 nimia ebrietate sepeliant. ignorātes q null9 tā grauē iniuriā sanctis angelis et sanctis hoībus agnoscit irrogare q illi q in eorū noībus bibendo per ebriatatem suas aīas pbant occidere. Sunt enim

aliq̃ qui sola hac de causa aliqua falsa cibaria sibi ordinant fieri. vt p ipsã falsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hoc eni quidẽ si pagani ignoranter faciũt. nec mirãdũ est nec nimis dolendũ: qꝛ ⁊ in deo spẽ nõ habẽt. et antiquã parentum suoꝝ consuetudinem seruant. ¶ Xp̃iani xͦo q̃s deꝰ de tenebris eduxit ad lucẽ: de morte vocauit ad vitam: q̃bus oẽs scripture clamant ebrietatẽ fugere. sobrietatem diligere. quare turpissimas illorum ebrietates imitanẽ: de quoꝝ ꝑfidia liberari per dei grãm meruerũt? Et iõ rogo: ⁊ p tremẽdum diẽ iudicij vos adiuro: vt q̃tũ potestis: ebrietatis malũ auxiliãte dño fugiatis: et iã vobis incipiat verecũdum esse: q huiusq3 gentibus et paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo qꝛ deo ꝓpicio illis dissimiles estis in fide: siľes esse in ebrietate non debetis. Que etiã si reliq̃ pctã xp̃iani non admittant: sola ea si frequens fuerit ebrietas: et emendatio ac penitentia nõ subueniat: in ĩferno preci pitat. Fm̃ id qd̃ iã dictũ ẽ. neq3 ebriosi regnum dei possidebunt. Sed dicet aliq̃s Ego regnũ dei nolo: eternam tantu3 requiem desidero. Nemo se decipiat fratres. Duo eni loca sunt. et tertius non ẽ visus. Qui cũ xp̃o regnare non meruit cum diabolo absq3 vlla dubitatiõe peribit. Ego fratres charissimi: dum hec humiliter et cum grandi charitate pro sollicitudine paterna cõmoneo apd̃ deum absoluo conscientiam meã. Qui xͦo me libenter audire: et fideliter qd̃ ei predictum est implere voluerit: habebit p̃mium eternum. qui autem contempserit: timeat ne eternum necesse sit sine vllo fine sustinere supplicium.

¶ Explicit sermo sãcti Augustini de ebrietate.

Incipit tractatus sancti Augustini de vanitate huius seculi.

B



In hac vita positi fratres ita agite: vt cum hinc migraueritis ⁊ a caro vestra a vermibus ceperit deuorari in sepulcro: anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus letetur in celis. Retrahat vos a malis operibus vel peccatis: interitus eorum quos premisistis. Attendite clamitates considerate diuitum sepulcra: vel eorum qui ante pauca tempora vobiscu3 erant: quid sunt: vel quid fuerunt: vel quid eis diuitie et cupiditas seculi profuerint. Ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt: qui si modo loqui possent hec vobis dicerent. Ut quid infelices tantum pro seculi vanitate discurritis? Ut quid vos criminibus et vicijs repletis? Considerate ossa nostra et vel sic vobis horreat cupiditas et miseria vestra. Quod vos estis non fuimus: et quod nos sumus vos eritis. Itaq3 omnes fratres charissimi sollicita consideratione pensate. et hec considerantes expauescite diẽ mortis ante oculos semper ponite ad emendationẽ q̃tũ potestis festinate Nolite negligere q vos pius deus peccantes sustineat. quia q̃to diutiꝰ expectat vt emendetis: tanto grauius iudicabit si neglexeritis Si forte putatis qꝛ finis mundi tardiꝰ veniat vel suũ vnusquisq3 consideret finem. Ecce dum libẽter ac iocũdissime moratur hõ ĩmundo multaq3 in longa tp̃a disponit agenda: repente rapitur in morte: et ex ĩprouiso aufertur a corpore. Sed ille est btũs: q̃ semp illã habuerit añ oculos: et festinauerit in illa hora mortis paratꝰ inueniri. q si vultis scire charissimi q̃ magno metu magnisq3 doloribus aĩa separatur a corpore: diligenter aduertite. ¶ Ueniũt eni angeli assumere eam vt ꝑducãt illam añ tribunal iudicis metuendi: ⁊ tũc illa memorãs opa sua mala ⁊ ꝑuersa q̃ die noctuq3 gessit: contremiscit. ⁊ q̃rit ea fugere. ĩduciasq3 petere dicẽs. Date mihi vel vniꝰ hore spacium. Tunc quasi loquentia simul opera eius dicent. Tu nos egisti: opa tua su=

mus: non te deseremus: sed tecum semper erimus tecumque pergemus ad iudicium. Hec quidem peccatoris anima agit: que cum horrendo timore separatur a corpore: et pergit plena peccatis et ingenti confusione. Justi vero anima cum separatur a corpore: non timet: nec expauescit. sed magis cum magno gaudio egreditur: et cum exultatione pergit ad deum deducentibus se sanctis angelis. Jllam horam fratres modo timete: vt non tunc timeatis. Jllam nunc precauete: vt tunc securi esse positis. Mementote iugiter quod in medio laqueorum diaboli ambulatis: et ideo semper parati estote vt quando domini preceptum fuerit missum: liberi ab omni labe peccati ad requiem transire positis. Non arbitremini vos in hoc mundo diu mansuros: quia nimirum prouenit vt post dominicum missum preceptum: nec vnius hore momentum concedatur in hac vita consistere. Cauete igitur ne in exitu vestro tristiciam faciatis angelis et gaudium inimicis. Scitote vero quod cum anima a corpore euellitur: statim aut in paradiso pro meritis bonis collocatur: aut certe pro peccatis in inferni tartara precipitatur. Eligite modo quod vultis: et hoc iam in vita vestra disponite. aut perpetualiter gaudere cum sanctis aut sine fine cruciari cum ipsis. Jta quod fratres saltem pene vos terreant: si premia non inuitant: et presens seculum si despicere non valetis: saltem cum iusticia possidete. Qui in odolescentia errauit saltem iam in senectute resipiscat: et mala que peccando commisit penitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus. et cuncta que videntur velociter tanquam nebula: aut tanquam vespertina vmbra transcurrunt. M Ecce quod olim prenunciabatur: presenti iam tempore perspicue cernitur. Subtrahuntur vt ipsi videtis omnia bona: et crescunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iam mundum diligere: quem tanta cernitis cum velocitate transire. Nolite in eius amore anchoram cordis iam figere: quem sic ad finem conspicitis declinare: presertim cum apostolus clamet. quod amicitia huius mundi inimica sit deo. Si enim ipse mundus nos diligeret: diligendus vtique non esset: quanto magis nunc dum ipse nos odire probatur. quos tantis malis insequitur: a nobis omnino spernendus atque fugiendus est. Uitam ergo eternam ex omnibus precordiis vestris amate: quam nunquam in secula finiatis. Jlluc festinate vbi semper viuatis: et vbi iam mori nunquam timeatis. Si enim sic amatis istam vitam miseram fluidamque: vbi cum tanto labore viuitis: et vbi vix currendo satagendo: sudando: suspirando necessariis corporis satisfacitis: quanto magis amare debitis eternam vitam: vbi nullum laborem sustinebitis: vbi semper summa securitas summa felicitas: summa libertas: felix beatitudo vbi etiam implebitur illud quod dominus in euangelio dicit. Erunt homines similes angelis. Et illud. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Qualis putatis tunc erit splendor animarum quando solis claritatem habebit lux corporum. Jbi iam non erit vlla tristicia. nullus ibi labor: nullus dolor: nullus timor: nulla mors: sed perpetua semper sanitas perseuerat: nulla ibi consurgit malicia: nulla carnis miseria: nulla egritudo: nulla omnino necessitas. Non erit ibi fames non sitis / non frigus / non estus / non lassitudo ieiunii. nec vlla tentatio inimici. non peccandi voluntas nec delinquendo possibilitas: sed totum leticia totum exultatio possidebit: homines que sociati angelis sine vlla carnis infirmitate vernabunt. Erit ibi iocunditas infinita. beatitudo sempiterna: quam qui semel adipiscitur semper tenet. Nichil hoc loco magnificentius: nichil gloriosius: nichil clarius: nichil pulcrius: nichil verius. nichil illa bonitate sincerius. nichil illa abundantia copiosius.

N Jbi iam non formidabitur fortissimus hostis qui cupit iugiter animas iugulare nec facies omnino turbulenta tortoris. Non incutiet timorem barbarorum immanitas: nec vlla vlterius timebitur aduersitas. Nemo in illo loco glorioso indiget vestimento: non est illuc frigus. non estus. nec vlla aeris inequalitas. Nullus ibi esurit nullus tristatur. nullus est ibi peregrinus sed omnes qui illuc venire meruerunt

securi in propria patria viuent. Non vl
tra aduersabitur caro spiritui: sed cum
angelis inenarrabilia sempiterna a chri=
sto premia tribuentur. et quod oculus
nō vidit sicut dicit apostolus: nec auris
audiuit: nec in cor hominis ascēdit: q̄ p̄
parauit deus diligentibus se. Ecce qua
lem beatitudinē pditurus erit: qui mo
do se dū licet: emēdare noluerit. Idcir=
co nos fratres domino auxiliante dedi=
gnemur vltra seruire peccato: q̄bus tā=
ta beatitudo p̄paratur in celo. Dū ergo
tempus est: festinemus propitiū nobis
habere dominū: despiciamus que terre
na sunt: vt adipiscamur celestia. cogite=
mus peregrinos nos esse in hoc seculo
vt liberius festinemus ad celos. Velo=
citer enim transeunt: et cito tanq̄ vm=
bra pereunt cuncta que hic vident. Per
pendamus charissimi frēs: quales eri=
mus in die iudicij: dei et angelorum ei⁹
conspectui p̄sentādi: quādo opa nostra
erūt nobis āte oculos nostros ponenda
Qualis erit tunc ista confusio: cui con=
tigerit pro peccatis suis in cōspectu dei
omniumq̄ hominum et angelorum eru
bescere: q̄ hic nec vnum quidē hominē
se peccātē vult nunc īspicere. Quis pa
uor erit deū iratū videre: quē placatū
nō valet vniuersitas cōprehēdere. Illū
ergo diē sp̄ timeam⁹: quē mō pruidere
nullaten⁹ possum⁹. Illū diē iugiter pa
uescam⁹: ⁊ vel sic act⁹ nr̄os renouem⁹.
Consideremus quis terror ī die illo erit
cum dominum de celis ad iudicandum
seculum venerit. Qui metus erit deum
videre: ad cui⁹ aduentū vniuersa elemē
ta quatiunt: et celum cū terra cōtremi=
scet: virtutesq̄ celorum cōmouebunt.

O Tūc nimirū p̄cinētib⁹ an
gelorū tubis oēs gētes q̄cunq̄ sub celo
fuerint. ⁊ oēs hō tā viri q̄ femine: in eo
sexu vnusquisq̄ quo natus fuerit in mū
do. boni ⁊ mali: sancti ⁊ pctōres: vel q̄cū
q̄ ab initio nati ⁊ mortui fuerint: siue a
bestijs deuorati: siue ab igne cōsūpti: si=
ue etiā ab antiquis absorpti: oēs simul in
momēto tpis: in ictu oculi resurgēt ī ip
sis sine dubio corporib⁹ atq̄ ī ipa carne
quā hic habuerūt. s. ī virū pfectū. ī mēsu
ram etatis plenitudinis xp̄i: ī qua ⁊ ip̄e
dn̄s resurrexit a mortuis. Et oēs añ iu
diciū xp̄i venient: pariterq̄ eum electi ⁊ re
probi oculis suis videbunt: sicut et ipse
dn̄s in euāgelio dicit Tunc videbunt fi
lium hominis venietē in nubibus celi
cū virtute magna ⁊ maiestate: cōstipa=
tū agminibus angelorum: ⁊ cōgregabunt
ante eum oēs trib⁹ terre: ⁊ separabit eos
ab inuicē: sicut pastor segregat oues ab
hedis: ⁊ statuet quidē iustos a dextris ⁊
impios autem a sinistris. Tūc dicet ad
eos qui a dextris erunt. Venite benedi
cti pr̄is mei: possidete paratū vobis re=
gnum a constitutione mundi. Esuriui
enim et dedistis mihi manducare: siti=
ui ⁊ dedistis mihi potū: ⁊ cetera q̄ audi=
tis in euangelio. Tunc omnibus aspici
entib⁹ ostēdit liuores fixurasq̄ clauorum
ī ipso sine dubio corpe: qd̄ p nr̄is pecca
tis vulneratū ē: ⁊ ita pctōres cōpellās
dicet. Ego te hō de terre limo manib⁹
meis formaui: ⁊ in paradisum meū quē
nō merebaris collocaui Sz tu me mea
q̄ iussa contēnēs deceptorē sequi malui
sti: vñ ⁊ iusta pena damnat⁹: inferni sup
plicijs deputatus eras. Postea mis̄t⁹
tui: carnē assūpsi ī terris: inter peccato=
res habitaui: cōtumelias ⁊ verbera pro
te sustinui. Vt te eriperem colaphos ⁊
spūta suscepi. Vt tibi dulcedinem para
disi redderē: acetū cum felle bibi. Pro
pter te vepribus coronatus: cruci affixus
lancea vulneratus sū: propter te mortu
us: in sepulcro positus sum. ad inferna
descendi: vt te ad paradisum reducerem
Tartara adij vt ī celo regnares. Agno
sce ergo impietas humana que pro te p
tuli. Ecce liuores quos pro te suscepi.
Ecce clauorum foramina: quibus affi=
xus in cruce pependi. Suscepi dolores
tuos: vt te saluarem. Suscepi penam vt
tibi gloriam darem. Suscepi mortem
vt tu haberes vitam immortalem. Con
ditus iacui in sepulcro vt tu regnares
in celo. Hec omnia pro vobis sustinui:
ampliora horum quid vobis debui fa=
cere ⁊ non feci? Dicite michi nūc: vel ōn
dite quid passi estis propter me domi=
natorem vestrum. vel quid boni egistis

pro vobis? Ego cum essem inuisibilis & impassibilis: propter vos dignatus sum sponte pati: propter vos incarnatus sum cum essem diues: propter vos egenus factus sum. Sed vos humilitatem meam: & precepta mea semper renuentes: seductorem magisque me secuti estis. Ecce modo non potest iusticia mea aliud iudicare: nisi quod merentur opera vestra. Ergo quod ipsi elegistis: tenete. Contempsistis lucem possidete tenebras. Amastis mortem: ite in perditionem. Secuti estis dyabolum: ite cum illo in ignem eternum. Quis putas tunc erit meror? quis luctus: que tristicia? quanta angustia? cum hec fuerit aduersus impios prolata sententia. Tunc erit malis dura separatio a dulcedine consortii sanctorum. Et tunc impii traditi in potestatem demonum: ibunt in ipsis corporibus suis cum dyabolo in supplicium eternum: et permanebunt semper sine fine in luctu & gemitu. Procul quippe exulati a beata paradisi patria cruciabuntur in gehenna perpetua: nunquam lucem visuri: nunquam refrigerium adepturi: sed per milia milium annorum in inferno cruciandi: nec inde in secula liberandi: vbi nec qui torquet aliquando fatigatur: nec qui torquetur aliquando morietur. Sic enim ibi ignis consumit: vt semper reseruet. sic tormenta aguntur: vt semper renouentur. Iuxta qualitatem vero culpe: penam vnusquisque sustinebit gehenne: & similis culpe rei: suis similibus iunguntur cruciandi. Non ibi audietur aliud nisi fletus & planctus: atque stridores dentium. non ibi erit aliud consolamentum nisi flamme et terrores penarum. ¶ Ardebuntque miseri in igne eterno: semper in secula seculorum. Iusti autem ibunt in vitam eternam: in ipsa sine dubio carne quam hic habuerunt: et sociabuntur angelis sanctis in gloria sempiterna. nunquam iam vlterius morituri. nunquam corruptionem passuri. sed semper leti ac dulcedine christi iugiter saciati Fulgebunt sicut sol in gloria et claritate quam preparauit deus diligentibus se Et erit tunc quanto quis amplius alio hic obediens deo fuit: tanto ampliorem illic mercedem accipiet. Quantoque hic amplius quis deum amauit: tanto propius eum videbit. Benedicamus igitur dominum deum nostrum fratres: qui ad leticiam spiritualem congregauit nos. Simus in humilitate cordis semper: et gaudium nostrum penes ipsum sit. Non igitur de prosperitate aliqua huius seculi inflemur. sed nouerimus felicitatem nostram non esse: nisi cum ista transierint. Modo gaudium nostrum fratres in spe futura sit. totum desiderium vita eterna sit. omnia suspiria nostra christo anhelent. ille vnus pulcerrimus qui fedos dilexit vt pulcros faceret: desideretur: ad illum vnum curratur illi ingemiscatur: et dicant semper magnificetur dominus qui volunt pacem serui eius. Amen.

¶ Explicit tractatus sancti Augustini de vanitate huius seculi.

Liber augustini de obedientia et humilitate.

R

Nihil sic deo placet quemadmodum obedientia Chan maledictus fuit: et post multa secula manet quod dicitur Semen chanaan & non iuda: quia patri non est obsecutus. Ceterum Sem qui obsecutus est patri: benedictionem habuit in omnia secula. Hoc itaque dico non est filiorum iudicare de patribus. Nemo vadit ad magistrum. et docet magistrum suum. Venisti ad me vt docerem te litteras si tibi scripsero. et dixero tibi. scribe quomodo ego scribo: vtique imitari debes quem magistrum elegisti. Ab aliquo doctus es: et vadis ad periciorem magistrum. Hoc totum quare dico? Vt obedientiam exhibeamus patribus nostris.

Qui patribus non obsequitur: deo non obsequitur. Dicit enim dominus. Qui vos contemnit me contemnit. Qui ergo contemnit apostolos: contemnit christum

Qui contēnit patres cōtemnit xp̄z qui in p̄ribus est. Hoc dico: quia hec in nobis sūma et sola est virtus obedientie. Si ieiunaueris diebus ac noctib⁹: orationēq; feceris. si in sacco fueris vel cinere: si nihil aliud feceris nisi q̄dcunq; preceptuz est in lege. ꝛ tibi visus fueris quasi sapiēs. ꝛ obediēs p̄ri non fueris: oīs virtutes ꝑdidisti. Una obedientia plus valet. q̄ oēs virtutes Jeiuniū vel continentia nisi te diligenter attēderis: supbiā tibi facit. Supbia aūt inimica ē deo. Nihil sic odio habet deus sicut superbiam. Quicūq; non obedit non facit de sanctitate: sed de supbia. Jdō enim nō obedit: q2 se meliorē putat illo cui non obedit. S Simpliciter dico vobis omnia peccata odio habet de⁹: mendacisi. piuriū. furtū. ꝛc. in quib⁹ si q̄s depꝛhensus fuerit: nō pōt oculos leuare. sed sic eū habem⁹ q̄si execrabilem. Si quis superb⁹ est: multo peius facit q̄ adulterium: ꝛ tū loquimur cum eo. Qui fornicator est pōt aliquid dicere. Dicit me caro mea: supauit me adolescentia mea. Non dico q̄ sibi hoc facere liceat. aut q̄ se excusare debeat. siq̄dē et hec odio habet de⁹: sed in cōparatione mali dico Quicūq; aliud pctm̄ fecerit. verbi gr̄a. si furtū fecerit se excusare potest. Quid enī dicit? Propterea furtuz feci quia algebā. q2 fame moriebar. quia egrotabam. Superbus q̄d dicere pōt? Jdō supbia maius malum est. q2 excusationem nō h3. Cetera vicia eis nocēt q̄ ea committunt. ceteruz supbia plus oībus nocet Hec ergo dico: ne cogitetis pctm̄ nō eē supbiā. Quid ei dicit apl's? Ne q̄s in cidat i iudiciū diaboli. Uides ergo quō quicūq; inflatur: in iudiciū diaboli incidit. Hoc ergo dico s3 q̄d scriptū ē. De⁹ suberbis resistit: humilibus autem dat gratiā. vt oīa inquit pctā fugiam⁹ maxime supbiā. Dico vobis: q̄d agat q̄per supbiam sibi sapiens videt. Si quis ei de fratribus dederit cōsiliū: et dixerit ei frater. nō debes sic agere. nō eū dignatur audire: q2 se magis sapiētem putat q̄ illum qui dat consiliū. Et q̄d dicat in corde suo qui sibi videtur eē sapiētior. Ego igitur non habeo consilium? Nunq̄ tu es sapientior me? Licet non dicat. tū ex eo q̄ contēnit consiliū fratris in corde hoc loq̄tur. Ergo hoc dico. Qui supbiam habet: sine causa habet alias virtutes: immo eas non habet sed videtur habere. q̄ enim hoc habet quod deo contrarium est: quō pōt habere aliquid quod deo amicū sit? Supbia in monasterio fit. Si ieiunam⁹ erigimur. si orōnem facimus ꝓ peccatis in supbiā erigimur. Aliq̄s ieiunat pro pctis suis: et pro pctis suis penitētiā agens in superbiam extollitur. Jdeo ieiunas. iō oras ideo p̄cepta facis: vt cōtra deū facias. Monach⁹ si supbus est: multū ei meli⁹ fuerat si vxorem duxisset. Ego simpliciter dico: et libera fronte hoc dico. quia quicunq; superbus est: melius esset ei (ꝛ hoc ad cōparationem mali dico) vt oīa alia vicia haberet: ꝛ ex malis suis inclinaretur ad penitentiam: ꝛ nō oēs despiceret. T Si aūt post pctā ageret penitentiaz. vtiq; dei mīam mereretur Qui aūt supbus est. oīm malorum. h3 principiū ꝛ non agit penitentiā q̄si iust⁹ sit. Propterea supbia contraria est deo quia deo nō subiicitur. Sic enim se habet q̄si iustus. Superbus non agit penitentiam pro malis: ꝛ gloriatur q̄si ꝓ bonis. Hec quare dixerim. et vos ipsi itelligitis. et aliorū ruine vestra debent esse exēpla. Propterea venim⁹ in monasteriū: libertatem seculi perdidimus. vt seruitutē xp̄i accipiamus. Deinde ista de fratribus loquor q̄ solent longius sedere a monasterio: nō eis debet nasci superbia de exēplo. Jn cenobio vixisti placuit tibi vt maneres i decimo miliario: non propterea debes synaxim sanctorū fratrum cōtēnere. nec te ideo viliorē putes: si ad fratres veneris ad ciuitatem. Si necessitatem haberes ires et videres mulieres; et si necesse habuisses; ires in plateas. recteq; non ires: ad synaxim sanctorum fratrum non vadis. O tu qui manes in secreto aut melior es a fratribus qui sunt in cenobiis. aut peior es. Si melior es veni vt eis exemplum vite tue tribuas.

Si autem deteriores. veni vt discas q̃ non scis. Superbia nascitur quando aliquis dicit se secretuʒ sedere. fratres nõ dignatur videre et visitare ⁊ insuperbiam erigitur. Hoc propterea loquor p̃sente sancto fratre qui facit opere: vt hoc quod ego loquor hunc sciatis opus facere. Deniq3 multi sancti patres qui vere patres sunt: qui regunt animas sanctorum: quando aliquos viderint iuuenes ire ad secreta et ad cenobium non venire et in superbia esse vadunt et vim eis faciunt. et adducent eos non vt noceant. sed vt tollatur eis superbia.

Nec hoc propterea dico vt illi qui manent in secretis: ⁊ veniunt ad cenobium et fratres visitant ab his qui sunt in cenobijs arguantur quasi sint impatientes: nec quasi humiles. Nemo dicat de vobis. Ecce ille qui in heremo sedet: quia non patitur venit. Propterea venit vt superbiam deponat: propterea venit vt te edificet et non destruat. Uidete qualis vite: sic viuit in deserto: et tamen gloriam non habet eorum qui ĩ deserto sunt. Deus itaq3 omnipotens omnia que locuti sumus: orationibus sanctorum nos quoq3 implere faciat. Nichil enim grande est dicere: sed facere: et si quid facere non possum et loquor: ideo loquor: vt qui potest facere faciat. Qui habet aures audiendi audiat ĩ christo iesu domino nostro: cui est honor virtus et potestas in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit liber beati Augustini ep̃i de obedientia et humilitate.

¶ Ex libro retractionũ sancti Augustini in librũ de agone christiano. U

Liber de agõe christiano fratrib⁹ in eloquio latino eruditis humili sermone conscriptus est: fidei regulã cõtinens ⁊ p̃cepta viuẽdi. In quo illud qđ positũ est. Nec eos audiam⁹ q̃ carnis resurrectionẽ futurã negãt: ⁊ cõmemorãt qđ ait ap̃ls paul⁹: caro ⁊ sãguis regnuʒ dei non possidebũt. nõ ĩtelligẽtes qđ ipse dicit ap̃ls: oportet corruptibile hoc ĩduere ĩcorruptionẽ ⁊ mortale hoc ĩduere ĩmortalitatẽ. Cũ eni hoc factũ fuerit iã non erit caro ⁊ sanguis: s3 celeste corpus. Nõ sic accipiendũ est quasi carnis nõ sit futura substãtia: s3 carnis ⁊ sãguinis noĩe ipam corruptionẽ carnis ⁊ sanguinis noĩe ipam corruptionẽ carnis ⁊ sanguinis ĩtelligẽd⁹ est ap̃ls nũcupasse que vtiq3 ĩ regno nõ erit illo: vbi caro incorruptibilis erit. Quãuis ⁊ aliẽ possit intelligi: vt carnẽ ⁊ sanguinẽ opera carnis ⁊ sanguinis dixisse accipiamus apostolum ⁊ eos regnũ dei non possessuros qui perseueranter ista dilexerint.

Incipit liber sancti augustini episcopi de agone christiano. F

Corona victorie non promittitur nisi certantibus. In diuinis aũt scripturis assidue ĩuenim⁹ p̃mitti nobis coronam si vicerimus. Sed ne longum sit multa cõmemorare apud ap̃lm paulum manifestissime legiẽ. Opus perfeci: cursum cõsũmaui: fidẽ seruaui iam superest michi corona iusticie. Debem⁹ ergo cognoscere qui sit ille aduersarius: quem si vicerimus coronabimur. Ipse est enĩ quem dñs noster prior vicit: vt etiã nos in illo permanentes vincamus per ipsum. Et dei quidem virtus et sapientia et verbum per quod facta sunt oĩa: qui filius dei vnic⁹ est: sup oẽm creaturã sp incõmutabilis manet. Et q̃ sub illo est creatura etiã q̃ non peccauit: q̃to magis sub illo ẽ omnis creatura peccatrix. Ergo quoniam sub illo sunt omnes sancti

angeli multo magis sub illo sūt omnes preuaricatores angeli: quorum dyabolus princeps est. Sed quia naturam nostram deceperat: dignatus est vnigenitus dei filius ipsam naturam nostram suscipere: vt de ipsa dyabolus vinceret et quem semper ipse sub se habet etiam sub nobis eum esse faceret: ipsum significat dicens. Princeps huius mundi missus est foras. Non quia extra mundum missus est: quomodo quidam heretici putant: sed foras ab animis eorum: qui coherent verbo dei. et non diligunt mundum cuius ille princeps est: qz dominatur eis q̄ diligunt temporalia bona: que hoc visibili mundo continentur nō quia ipse dominus est huius mundi: sed princeps cupiditatem earum q̄bus concupiscit omne quod transit vt ei subiacent: q̄ negligūt eternū deum: ꝛ diligūt instabilia ꝛ mutabilia. Y

Radix enim est omnium maloꝝ cupiditas. Quā quidā appetētes a fide errauerunt: ꝛ inseruerunt se doloribus multis. Per hāc cupiditatem regnat in homine dyabolus ꝛ cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt istum mundū. Mittitur autem dyabolus foras: quando ex toto corde huic mundo renunciatur. Sic enim renunciatur diabolo qui princeps est huius mundi: cum renunciatur corruptelis et pompis ꝛ angelis eius. Ideoq; ipse dominus triumphantem naturam hominis portans: scitote inquit quia ego vici mundum: Multi autem dicūt quomodo possimus vincere diabolum quem non videmus?

Sed habemus magistrū qui nobis demonstrare dignatus est: quomodo a nobis inuisibiles hostes vincantur:

De illo enim dixit apostolus. Exuens se carnem principatus et potestates expoliauit fiducialiter eos triumphans in semetipso. Ibi ergo vincuntur inimice nobis inuisibiles potestates: vbi vincūtur inuisibiles cupiditatus. Et ideo qz in nobis ipsis vincimus temporalium rerum cupiditates: necesse est vt in nobis ipsis vincamus et illum: qui per ipsas cupiditates regnat i homine. Quādo enim dictum est diabolo. terram mā ducabis. dictum est peccatori: terra es et in terrā ibis. Datus est ergo in cibuz dyabolo peccator. Non simus terra: si nolumus manducari a serpente. Sicut enim quod manducamus in nostrū corpus conuertimus: vt cibus ipse secundum corpus hoc efficiatur quod nos sumus: sic malis moribus per nequiciam et superbiaz ꝛ impietatem hoc efficitur quisq; quod dyabolus id est similis ei⁹: subijcitur ei: sicut subiectū est nobis corpus nostrū. Et hoc est quod dicitur mā ducari a serpente. Quisquis itaq; timet illum ignem qui paratus est diabolo et angelis eius: det operam triumphare de illo in semetipso. Z Eos enim qui foris nos oppugnant: intus vīcimus vincendo concupiscentias: per quas nobis dominantur. Et quos inuenerint sui similes secum ad penas trahunt. Sic et apostolus dicit q̄ in semet ipso pugnet aduersus potestates exteriores. Ait enim. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem sed aduersus princeps ꝛ potestates huius mundi: rectores harum tenebraruz aduersus spiritualia nequicie in celestibus. Celum enim dicitur et iste aer vbi venti ꝛ nubes ꝛ procelle ꝛ turbines fiūt sicut etiā scriptura dicit in multis locis Et intonuit de celo dn̄s ꝛ aues celi ꝛ volatilia celi: cū manifestum sit aues in aere volare. Et nos inconsuetudine hunc aerē celū appellamus. Nam cum de sereno vel nubilo querimus: aliquādo dicimus: q̄lis est aer: aliq̄n: quale est celū. Hoc dixi ne q̄s existimet ibi hītare mala demonia: vbi solem ꝛ lunam ꝛ stellas deus ordīauit: que mala demonia ideo apl̄us appellat spiritualia. quia etiam mali angeli in scripturis sp̄ūs appellantur. Ideo aūt rectores haꝝ tenebrarū eos dicit: quoniaz peccatores homines tenebras appellat quibus isti dn̄antur Ideo ꝛ alio loco dicit. Fuistis enim aliquando tenebre nūc autem lux in domino: quia ex peccatoribus iustificati erāt Non ergo arbitremur in summo celo habitare diabolum cum angelis suis

vñ lapsum esse credimus. Sic enī erra
uerunt manechei q̄ dicūt añ mundi cō
stitu tionē fuisse gentē tenebrarū: que
cōtra deum rebellauit: in quo bello cre
dunt miseri omnipotentē deū: nō sibi ali
ter potuisse succurrere: nisi partem su
am cōtra eā gentē mitteret. Cuius gen
tis principes (sicut illi dicūt) deuorauerunt partē dei: & tpati sūt vt posset mū
dus de illis fabricari. Sic dicunt deū
peruenisse ad victoriam cū magnis ca
lamitatibus et cruciatibus et miseriis
mēbrorū suorū. q̄ membra dicunt esse ꝯ
mixta tenebrosis visceribꝰ principū il
lorū. vt eos tpārent: & a furore ꝯpesce
rent. Et nō intelligūt tā sacrilegā esse
suā sectā. vt credant omipotentē deū
nō per creaturā q̄ fecerit: sed p ipsā
naturā suā bellasse cū tenebris: qd̄ ne
phas est credere. Neq̄ hoc solū s; etiā
illos qui victi sūt: factos esse meliores
q: furor eorū compressus est. dei autē
naturāq̄ vicit: factam esse miserrimā
B Dicūt enī eā p ipsā commixtio
nē pdidisse intellectū beatitudinē suā
& magnis erroribꝰ & cladibus esse im
plicatā. Quā si aliqñ vl' totā purgari
dicerēt: magnā tñ ipietatē cōtra oipo
tentē deū affirmarūt: cuiꝰ partē crede
rent tanto tpe in erroribꝰ & penis esse
iactatā sine aliquo pcti crimine. Nūc
vo infelices audēt adhuc dicere: nec to
tam posse purgari: & ipsā partem que
purgari nō potuerit pficere ad vincu
lum: vt inde inuoluat. & illigetur mali
cie sepulchrū: & sic ibi sp sit pars ipsa di
misera que nihil peccauit: & affligitur
in eternū carcere tenebrarum. Hoc illi
dicunt vt simplices aias fallant. Sed
qs tam simplex est vt ista nō sentiat es
se sacrilega. quibꝰ affirmāt omnipoten
tē deū necessitate oppressū esse. vt ptē
suā bonā et innocētē tantis cladibus
obruendam: & tanta immundicia iqui
nandā daret: & non eā liberare posset
et qd̄ liberare nō poterat eternis vicul'
colligaret? Quis ergo ista nō execreť?
Quis non intelligat impia esse et nefā
da? Sed illi qñ capiūt hoies: nō ista p
us dicunt. q̄ si dicerent: riderent aut fu

gerent ab hoībus. Sed eligūt capitu
la de scripturis: q̄ simplices hoīes non
intelligunt: & per illa decipiunt aias i
peritas: querēdo vñ sit malū: sicut in
isto capitulo faciunt: quo ab aplo di
ctum est: rectores harū tenebrarū: & spi
ritualia nequicie in celestibus. Quę
runt eī deceptores illi: et interrogant
hoiem scripturas diuinas non intelli
gentē: vñ sint in celo rectores tenebra
rū: vt cū respōdere nō potuerit: tradu
caľ ab eis per curiositatē: q: omis aīa
indocta curiosa est. Qui autē fidē
catholicā bñ didicit: et bonis moribus
et vera pietate munitatꝰ est q̄uis eorū
heresim nesciat. respondet illis tamen
Nec enī decipi potest. q: iā nouit quid
ptineat ad xpianā fidē. q̄ catholica di
cit: p orbem terrarum sparsam. et con
tra omnes impios et peccatores negli
gētes autē suos dño gubernāte secura
B Cū ergo dicebamus aplm pau
lū dixisse. habere nos colluctationem
aduersus rectores harum tenebrarū
et spiritualia neq̄cie i celestibꝰ: et pba
uimus etiā istū aerē tre primum ce
lum vocari: oportet credere aduersum
diabolū et āgelos eiꝰ nos dimicare: q̄
gaudēt pturbationibus nostris. Nam
ipse apls alio loco diabolū pricipē po
testatis aeris huiꝰ appellat. Quamuis
ille locꝰ: vbi ait. spiritalia nequicie in
celestibꝰ possit: et alit' intelligi. vt non
ipsos preuaricatores āgelos in celesti
bus diceret esse. s; nos potiꝰ de quibꝰ
alio loco dicit. conuersatio nostra in ce
lis est: vt nos in celestibus constituti. i.
in spūalibus preceptis dei ambulātes
dimicemus aduersus spiritualia neq̄
cie que nos inde conantur abstrahere.
Magis ergo illd q̄rēdum ē: quomodo
aduersus eos quos non videmus pu
gnare possimus et vincere: ne putent
stulti aduersus aerem debere nos cer
tare. Hoc itaq̄ aplus ipse dicēs. Nō
sic pugno quasi aerē cedēs. s; castigo
corpus meū et in seruitutē redigo: ne
forte aliis predicans ipse reprobus in
ueniar. Itē dicit. Imitatores mei esto
te: sicut et ego christi. Quare intelligē

dū est etiā ipsū apl'm in semetipso tri umphasse de ptātibus huius mūdi si cut de dño dixerat cuius se imitatorē profitek esse. Imitemur ergo ⁊ nos illū sicut hortak: ⁊ castigem⁹ corp⁹ nostrū ⁊ in seruitutē redigamus: si mundum volumus vincere. q̄ per illicitas dele ctationes suas ⁊ pompas. ⁊ pernicio sam curiositatem nobis dominari pōt. Hic mundus. i. ea q̄ in hoc mundo per niciosa delectatione colligant amato res rerū tpalium. ⁊ diabolo atq̄ ange lis ei⁹ seruire cogunt. Quib⁹ omnibus si renunciamus redigimus in seruitu tē corpus nostrum. Sz ne q̄s forte hoc ipz q̄rat quō fiat vt corp⁹ nostrū serui tuti subiiciamus: facile itelligi ⁊ fieri potest si prius nosipsos subiiciam⁹ do bona voluntate ⁊ charitate sicera. Nā oīs creatura velit nolit vni deo ⁊ dño suo subiecta est. ¶ Sz hoc admo nemur: vt tota voluntate seruiam⁹ do mino deo nostro: qm̄ iustus liberaliter seruit iniust⁹ aūt cōpedit⁹ seruit. Oēs tñ diuine pūidentie seruiūt: sz alii obe diūt tanq̄ filii: ⁊ faciūt cū ea q̄ bonū est: alii pro ligank tanq̄ serui. ⁊ fit de il lis q̄ iustū est. Ita de⁹ omnipotēs. dñe vniuerse creature: q̄ fecit omnia sicut scriptū ē bona valde. sic ea ordinauit vt et de bonis ⁊ de malis benefaciat. Quod ei iuste fit: bñ fit. Iuste aūt sūt beati boni: ⁊ iuste mali penas patiunk: Ergo ⁊ de bonis ⁊ de malis bene facit deus. qm̄ iuste oīa facit. Boni aūt sūt q̄ tota volūtate deo seruiunt. Mali au tē necessitate seruiūt. Nemo em̄ leges omipotentis euadit. Sz aliud ē face re q̄ lex iubet. aliud pati q̄ lex iubet Quapropter boni scd̄m leges faciunt mali s̄m leges patiunk. Nec enim nos moueat q̄ in hac vita secūdū carnē q̄ portāt iusti multa grauia ⁊ aspera to lerāt. Nihil ei mali patiunk. q̄ iā pn̄t dicere q̄ ille vir spūalis exultat ⁊ pre dicat apl's paulus dicēs. Gl'iamur i tribulationibus scientes qm̄ tribula tio patientiā opatur. patientia pbatio nē. pbatio pro spem. spes aūt non con fundit. q̄ charitas dei diffusa est i cor dibus nostris p spūm scm̄ qui dat⁹ est nobis. Si ergo i hac vita vbi tāta tor mēta sūt. possunt boni ⁊ iusti viri cū ta lia patiunk. non solū equo aīo tolerare sed etiā in dei charitate gl'iari q̄d cogi tandū est de illa vita q̄ nobis promittik vbi nullā de corpe molestiā sentiemus quoniā nō adhoc resurget corp⁹ iustoꝝ aliq̄d resurget corpus impiorum sicut scriptum est. Oēs resurgemus. sed nō omnes immutabimur. Et ne qnisq̄ pu tet. non iustis immutationē istaz pmit ti. sed potius iniustis. ⁊ eā estimet esse penalē: sequik ⁊ dicit. Et mortui resur gent incorrupti. ⁊ nos immutabimur. Quicūq̄ ergo mali sūt sic ordinati sūt q̄ ⁊ vnusquisq̄ sibi. ⁊ oēs iuicē sibi no cent. Hoc eni appetūt q̄ pniciose dili gik. et q̄ eis facile auferri pōt. et hoc sibi aufek iuicē. q̄n se psequūk. Et ido cruciank q̄bus offeruntur tpalia q̄ di legunt ea. ¶ Illi autem qui aufe rūt gaudēt. Sz talis leticia cecitas est et sūma miseria. Ipsa eni magis ipli cat aīam et ad maiora tormenta pdu cit Naz gaudet et piscis. quando ha mū non videns escā deuorat. Sz cū pi scator eū adducer ceperit. viscera ei⁹ torq̄nk pmo. deide ab omni leticia sua per ipsam escam de qua letatus est ad consumptionez trahitur. Sic sunt om nes q̄ de bonis tpalibus btōs se esse pu tāt hamū ei accepek: et cū illo sibi va gāk. Ueniet tēpus vt sentiāt quāta tor menta cuz auiditate deuorauerit. Et ideo bonis nichil nocēt q̄ hoc eis aufe runt q̄ nō diligūt. Nam q̄ diligunt ⁊ vn̄ beati sūt: auferre illis nemo potest Cruciat⁹ aūt corpis malas aīas mira biliter affligit: bonas autez fortik pur gat. Sic fit vt et malus homo ⁊ mal⁹ angelus diuine prouidentie militēt: sz nesciunt quod boni de illis opetur de⁹ Non itaq̄ p meritis officii. sz p meri tis malicie stipendiank. Sed ⁊ hc aīe q̄ habent voluntatē noscēdi ⁊ rationē cogitandi. sub diuinis legibus ordina te sūt: ne aliquid iniustū quisq̄ patiak Ita ⁊ omnia aīalia ⁊ corporalia i ge nere suo ⁊ ordine suo diuine prouiden

tis legibus subdita administrant. Jō dn̄s dicit: Nonne duo passeres asse veniunt. & vnus eoꝝ nō cadit sup terraȝ sine voluntate patris vestri? Hoc eniȝ dixit: volens ostendere qcq̄d vilissimuȝ hoīes putāt: omnipotentia dn̄i gubernari. Sic eni volatilia celi ab eo pasci. & lilia agri ab eo vestiri veritas loquitur: q̄ capillos etiam nostros numeratos esse dicit. ¶ Sed qm̄ mūdas aīas rationales per seipsum deus curat. siue in optimis & magnis angelis siue in hoībus tota sibi volūtate seruientib⁹: cetera vero per ip̄os gubernat: verissime dici potuit etiā illud ab ap̄lo. Non ei de bob⁹ cura est deo. In scripturis eni sāctis de⁹ homines docet quomodo cum hominibus agāt: & ip̄i deo seruiāt: quomodo auteȝ agant cuȝ pecoribus suis: ip̄i sciūt. id est quomodo salutem pecoꝝ gubernēt vsu & peritia & ratione naturali. Que quidē omnia de magnis sui creatoris opibus acceperūt: Qui ergo potest intelligere quomodo vniuerse creature conditor deus gubernet eam per aīas sanctas que ministeria eius sunt in celis & i terris: quia & ipse sancte anime ab ip̄o facte sunt: & in eius creatura primatum tenet. qui ergo potest intelligere itelligat: & intret in gaudium domini sui.

Si aūt hoc nō possumus: sumus i corpore & peregrinamur a domino. gustemus saltē q̄ suauis est dn̄s: quia ddit nobis pignus sp̄m: in quo sentiamus eius dulcedinē: & desiderem⁹ ip̄m vite fōtē. vbi sobria ebrietate iūdemur & irrigemur: sicut lignū qd̄ plātatū est secus decursus aquarum. & dat fructū i tempore suo: & folia eius nō decident. Dicit eni sp̄ūsctūs. Filii autē hoīm in tegmine alaꝝ tuarum sperabunt inebriabūt ab vbertate dom⁹ tue: & torrēte voluptatis tue potabis eos: quoniam apud te est fons vite. Talis ebrietas non euertit mentē. sed tn̄ rapit sursum: & obliuionem prestat oīum terrenrum: sed si possumus toto affectu iā dicere: queādmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus: q̄ si forte adhuc propter egritudines anime quas de seculi amore cōcepit: nec gustare sumus idonei q̄ dulcis est dominus: vel credam⁹ diuine autoritati: quam voluit esse in scripturis sāctis de filio suo: qui fact⁹ est ei ex semine dauid s̄m carnem: sicut ap̄ls loquit. Oīa eni p ip̄m facta sunt sicut in euāgelio scriptū est. & sine ipso factū est nihil. Qui nr̄e imbecillitatis misertus est. Quam imbecillitatē non eius ope: sed nr̄a voluntate meruim⁹. Nam deus hoīem inexterminabilē fecit: & ei liberuȝ voluntatis arbitriuȝ dedit. Nō eni eēt optim⁹: si dei preceptis necessitate. non voluntate seruiret. Facile est oīno q̄tū existimo qd̄ itelligere nolūt q catholicā deserūt fidē & xp̄iani vocari volunt. Nam si nobiscum fatent naturā nostrā nō sanari nisi recte faciendo: fateant eā non infirmari nisi peccando. Et iō non est credendū aiam nr̄am hoc esse q̄ deus est. Q si hoc esset nec sua volūtate: nec aliqua necessitate in deteri⁹ mutaretur: q̄ oīmodo icōmutabilis intelligitur deus: sed ab eis q non in cōtētiōe & emulatione & vane glie cupiditate amant loqui qd̄ nesciunt: sed humilitate xp̄iana sentiunt de dn̄o: & in bonitate & in simplicitate cordis querunt eum. Hanc ergo imbecillitatem nr̄am suscipe dignatus est filius dei. & verbum caro factū & est habitauit in nobis: non q eternitas illa mutata est: sed q mutabilē creaturam mutabilib⁹ hoīm oclis ondit: quā incōmutabili maiestate suscepit. Sūt autē stulti q dicunt. Quare nō poterat alit sapientia dei hoīes liberare nisi susciperet hoīem & nascerent ex femina: & a petoribus oīa illa paterent? Quibus dicim⁹: poterat omnino: sed si aliter faceret: similiter vestre stulticie displiceret. Si enim non appareret oculis peccatorum lumē eius eternum: qd̄ vtiq p interiores oculos videt: iniquitatis mētibus videre non possunt. Nunc autem quia visibiliter nos commonere dignat⁹ est: vt ad inuisibilia prepararet displicet auaris: q nō aureū corpus

habuit: displicet impudicis: q2 ex femina natus est. Multuz enim oderũt impudici q̄ cõcipiunt ꝛ pariunt femine. Displicet supbis q̄ cõtumelias patiẽtissime pertulit. Displicet delicatis q2 cruciat9 est. Displicet timidis q2 mortuus est. Et vt non vicia sua videant defendere: non in homine dicunt sibi hoc displicere sed in filio dei. Non eniz intelligunt qd sit eternitas dei q̄ hominem assumpsit. ꝛ qd ipa humana creatura: q̄ mutationibus suis in pristinaz firmitatẽ reuocabat. vt disceremus docente ipso dño: infirmitates quas peccando collegimus: recte faciẽdo posse sanari. ¶ Ostẽdebat eni nobis ad quã fragilitatem hõ sua culpa peruenerit. ꝛ ex qua fragilitate diuino auxilio liberaret. Itaqꝫ fili9 dei hoĩez assumpsit: ꝛ in illo humana ꝑpessus est. Hec medicina hominũ tãta est: quãta non põt cogitari. Naz q̄ supbia sanari põt: si humilitate filii dei nõ sanatur? Que auaricia sanari potest: si paupꝑtate filii dei nõ sanat? Que impietas sanari põt: q̄ charitate filii dei non sanatur? Postremo q̄ timiditas sanari potest: si resurrectione corporis non sanatur? Erigat spem suã genus humanũ ꝛ recognoscat naturã suã: ꝛ videat q̄tum locũ habeat in operibus dei. Nolite vosipos cõtẽnere viri fili9 dei virũ suscepit. Nolite vosipsas cõtẽnere femine: filius dei natus ex femina est. Nolite tñ amare carnalia: quia in filio dei nec masculus nec femina sumus. Nolite amare tpalia: q2 si bñ amarentur: amaret ea hõ quez suscepit filius dei. Nolite timere cõtumelias: ꝛ cruces ꝛ mortẽ: q2 si nocerent homini: non ea pateret hõ quẽ suscepit filius dei. Hec oĩs hortatio q̄ iã vbiqꝫ ꝑdicatur. vbiqꝫ venerat: q̄ oẽz obediẽtẽ aiaz sanat nõ esset in rebus hũanis: si nõ essẽt facta illa oĩa que stultissimis displicẽt. Quid dignatur imitati viciosa iactantia vt ad virtutẽ ꝑcipiendã possit adduci. si erubescit imitari eũ de quo dictum est anteq̄ nasceretur: q̄. filius altissimi vocaretur: ꝛ per omnes iam gẽtes quod negare nemo potest fili9 altissimi vocatur. Si multuz de nobis sẽtimus dignemur imitari eum qui filius altissimi vocatur. Si parum de nobis sentimus audeamus imitari piscatores ꝛ publicanos qui eũ imitati sũt. O medicinam omnibus consulentem omnia tumentia comprimentem omnia tabescentia reficientem. omnia supflua resecantem: oĩa necessaria custodientem. omnia perdita reportantem. omnia deprauata corrigentẽ. Quis iã se extollet contra filium dei? Quis de se desperet: pro quo tam humilis eẽ voluit filius dei. Quis beat am vitam eẽ arbitret in his que contẽnenda esse docuit filius dei? Quibus aduersitatib9 cedat: q̄ naturã hoĩs a tantis persecutoribus custoditã credit in filio dei. ¶ Quis sibi esse clausum regnuz celoꝝ putet: qui cognoscit publicanos ꝛ meretrices imitatores esse filii dei? Qua peruersitate nõ careat q̄ facta ꝛ dicta intuetur ꝛ diligit ꝛ sectat illius homis: in quo se nobis ad exemplum vite prebuit filius dei. Itaqꝫ iã ꝛ masculi ꝛ femine. ꝛ omnis etas. ꝛ oĩs huius seculi dignitas ad spem vite eterne commota est. Alii neglectis tẽporalibus bonis: conuolant ad diuia. Alii credunt eoꝝ ꝟtutibus q̄ hec faciunt: ꝛ laudant qđ imitari non audent. Pauci aũt adhuc murmurant. ꝛ inani liuore torquent. aut qui sua querunt in ecclesia q̄uis videatur catholici aut ex ipso christi nomine gloriam querẽtes heretici. aut petm̃ ĩpietatis sue defendere cupientes iudei: aut curiositatez vane licentie perdere timẽtes pagani. Sz ecc'ia catholica per totũ orbẽ lõge lateqꝫ diffusa impetus eorum priorib9 temporibus frangens: magis magisqꝫ roborata est: non resistendo sed perferendo. Nunc vero insidiosas eorum questiones fide irridet. diligentia discutit. intelligentia dissoluit. criminatores paleaꝝ suaruz non curat: q2 tempus messis. ꝛ tps arearum. ꝛ tps horreorum: caute diligenterqꝫ distinguit. Criminatores aũt frumenti sui: aut er

rantes corrigit: aut inuidentes inter spinas et zizania computat. Subiiciamus ergo animam deo: si volumus seruituti subiicere corpus nostrum: et de diabolo triumphare. Fides est prima que subiugat animam deo: deinde precepta viuendi: quibus custoditis spes nostra firmatur: et nutritur charitas: et lucere incipit quod antea tantummodo credebatur. Cum enim cognitio et actio beatum hominem faciant: sicut in cognitione cauendus est error. sic in actione cauenda est nequicia. Errat autem quisquis putat veritatem se posse cognoscere: cum adhuc nequiter viuat. Nequicia est autem mundum istum diligere: et ea que nascuntur et transeunt pro magno habere: et ea concupiscere. et pro his laborare vt acquirantur: et letari cum abundauerint: et timere ne pereant. et contristari cum pereunt. Talis vita non potest purantillam et sinceram et incommutabilem videre veritatem et inherere illi: et in eternum non moueri. Itaque priusquam mens nostra purgetur: debemus credere quod intelligere nondum valemus: quoniam verissime dictum est per prophetam. Nisi credideritis non intelligetis Fides in ecclesia breuissime traditur in qua commendantur eterna: que intelligi a carnalibus nondum possunt: et temporalia preterita et futura que pro salute hominum gessit et gestura est eternitas diuine prouidentie.

I

Credamus ergo in patrem et filium et spiritumsanctum. Hec eterna sunt et incommutabilia. i. vnus deus vnius substantie trinitas eterna: deus ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia. R

¶ Nec eos audiamus. qui dicunt patrem tantummodo esse nec habere filium: nec esse cum eo spiritumsanctum: sed ipsum patrem aliquando appellari filium. aliquando spiritumsanctum. nesciunt enim principium ex quo sunt omnia: et imaginem eius per quam formantur omnia et sanctitatem eius: in qua ordinantur omnia. L ii.

¶ Nec eos audiamus: qui indignantur et stomachantur. quia nos tres deos colendos dicimus. Nesciunt enim quid sit vna eademque substantia: et fantasmatibus suis illuduntur: quia solent videre corporaliter. vel animalia tria vel quecunque corpora tria: locis suis esse separata. sic putant intelligendam substantiam dei: et multum errant quoniam superbi sunt: et non possunt discere quia nolunt credere. M iii.

¶ Nec eos audiamus qui patrem solum verum deum et sempiternum esse dicunt filium autem non de ipso genitum: sed ab ipso factum de nihilo: et fuisse tempus quando non erat: sed tamen primum locum tenere in omni creatura: et spiritumsanctum minoris maiestatis esse quam filium: et ipsum factum esse post filium: et horum trium diuersas esse substantias tanquam aurum et argentum et eramentum. Nesciunt enim quid loquantur: et de his rebus quas per oculos carneos videre consueuerunt vanas imagines ad disputationes suas transferunt. Quia reuera magnum est mente conspicere generationemque non sit ex aliquo tempore: sed eterna est: et ipsam charitatem et sanctitatem: qua generator generatus ineffabiliter sibi copulantur. Magnum et difficile est hec mente conspicere: etiam si pacata et tranquilla sit Non potest ergo fieri: vt illi hec videant: qui terrenas generationes nimis intuentur: et ad istas tenebras addunt adhuc fumum quem sibi contentionibus et certaminibus quotidianis excitare non cessant: habentes animas carnis affectibus defluentes: tanquam ligna humore sanginata. in quibus ignis fumum solum vomit et habere flammas lucidas non potest Et hoc quidem de omnibus hereticis rectissime dici potest. Credentes ergo incommutabilem trinitatem: credamus etiam in dispensationem temporalem pro salute generis humani esse datum deum. N iiii.

¶ Nec eos audiamus: qui filium dei Jesum Christum nichil esse aliud quam hominem dicunt: sed ita iustum: vt dignus sit appellari filius dei. Et hos enim catholica disciplina misit foras: quoniam vane glorie cupiditate decepti contentione disputare voluerunt antequam intelligerent quid sit.

dei virtus et dei sapiētia. et in principio verbum per quod facta sunt omnia: et quomodo verbum caro factum est: et habitauit in nobis. Q v.

NEc eos audiamus: q̄ nō verū hominem suscepisse dicunt filium dei: neq; natum esse de femina sed falsam carnem et imaginem simulatā corporis humani ostendisse videntibus. Nesciūt enim quomō substantia dei amministrans vniuersam creaturā: inquinari omnino non possit et tamen predicant istum visibilem solem radios suos per omnes feces et sordes corporum spargere: et eos mundos et sinceros vbiq; seruare. Si ergo visibilia munda: visibilibus inmundis contingi possunt et non inquinari: q̄to magis inuisibilis et incommutabilis veritas per spūm animā per animā corpus suscipiens toto hoīe assumpto ab omnibus eū infirmitatibus: nulla sua contaminatione liberauit? Itaq; magnas patiūtur angustias. Et cū timēt quod fieri nō pōt: ne humana carne veritas inquinaretur: veritatē dicūt esse mentitā. Et cum ille preceperit dicens sit in ore vestro est est: non non et apostolus clamet nō erat in illo est et nō: sz in illo erat. isti totum corpus eius falsā carnem fuisse contendunt: vt non sibi videantur imitari xp̄m. si non suis auditoribus mentiantur. P vi.

NEc eos audiamus qui trinitatē quidem in vna eterna substantia cōfitētur: sed hominē ipsum qui temporali dispensatione susceptus est: audēt dicere non habuisse hominis mentez sz solam animam et corpus hoc dicere: nō fuit homo: sed membra corporis habebat humana. Aiam enim et corpus habent et bestie. sed rationē non habēt: que mētis est ꝓpria. Sed si execrandi sunt illi q̄ eū negant humanū corpus habuisse: qđ est infimū in homie. miror qđ isti non erubescūt: q̄ hoc eū negant habuisse qđ est optimū in hoīe. Multū eni lugenda est mens humana si vincitur a corpore suo. Siquidē in illo hoīe nō reformata est: in quo ipsum corpus humanum iam dignitatē forme celestis accepit. Sed absit vt hoc credamus: qđ cōfinxit temeraria cecitas: et supba loquacitas. Q vii.

¶ Nec eos audiamus: qui sic dicūt ab illa eterna sapientia susceptum esse hominem: qui de virgine natus est: quomō et alii homines ab ea sapientes fiunt: q̄ perfecte sapientes sunt. Nesciunt enim proprium illius hominis sacramentum et putant hoc solum eum plus habuisse inter ceteros beatissimos quod de virgine natus est. Quod ipsum si bene cōsiderent fortassis credant ideo illū hoc preter ceteros meruisse. q aliqđ ꝓpriū preter ceteros habet etiā ipsa susceptio. Aliud est eni sapientē tm̄ fieri p sapientiā dei. et aliud est ipsam personam sustinere sapientie dei. Quāuis eni eadē natura sit corporis ecclesie multum tñ distare inter caput et membra cetera: quis non intelligat? Si eniz ecclesie caput est homo ille cuius susceptione vbum caro factum est et habitauit nobis: mēbra cetera sunt oēs sancti: quibꝰ pficit et cōplet ecclesia. Quō ergo aīa totū corpus nr̄m aiat et viuificat sed i capite et videndo sentit: et audiendo et odorando et gustando et tangendo i ceteris autem membris tangendo tantū et ideo capiti cuncta subiecta sunt ad operandum. Illud autem supra collocatū est ad consulēdū. q: ipsius anime q̄ cōsulit corpori quodāmō personā sustinet caput: ibi eni oēs sensus apparēt Sic vniuerso populo sanctorum tanq̄ vni corpori caput ē mediator dei et hominū homo xp̄s Jesus. Et propterea sapientia dei et verbum in principio p quod facta sunt omnia non sic assumpsit illū hominem vt ceteros sanctos sz multo excellentius: multoq; sublimius qm̄ ipm̄ solum assumi oportuit in quo sapientia dei patris hominibꝰ appareret sicut eam visibiliter decebat ostendi. Quapropter aliter sunt sapientes ceteri homines: q̄cunq; sunt vel esse potuerunt vel poterūt: et aliter ille vnus mediator dei et hominuz homo xp̄s iesus q̄ sapientie ipsius: per quā sapientes fiunt quicunq; homines: non solum benefici

nem habet: sz etiā personā gerit. De ceteris enim sapientibus et spiritalib⁹ animis: recte dici potest q habeāt in se verbum dei per qd facta sunt omnia. sed in nullo eorum recte dici pōt qd vbū caro factū est et habitauit in nobis. quod i solo dño nostro iesu Christo rectissime dicitur. M viii.

N Ec eos audiamus: qui solū corpus humanum susceptū esse dicunt a verbo dei. et sic audiūt qd dictū est: et verbum caro factū est: vt negent illū hoiem vel animā vel aliquid hominis habuisse: nisi carnē solā. Errāt eni multū nec itelligunt ideo carnē solā nominatā esse in eo quod dictum est. verbum caro factum est: qz hominū oculis ꝓpter quos facta est illa susceptio. caro sola potuit apparere. Nam si absurdum est: et valde indignum: vt humanum spiritū homo ille non habuerit: sicut superius tractauimus. quanto magis absurdum et indignum est vt nec spiritū nec animā habuerit: et hoc solū habuerit: qd etiam in pecoribus vilius est: et extremius .i. corpus. A nostra ergo fide etiā impietas excludatur: totumqz hominem atqz perfectum a verbo dei susceptum eē credamus. S ix.

N Ec eos audiamus: qui tale corpus dñm nostrū habuisse dicunt: quale apparuit in columba: quam vidit iohēs baptista descedentem de celo: et manentē sup eū: in signo spūssancti. Ita enim persuadere conant filiū dei natum nō esse de femina. Quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi: potuit inquiunt sic assumere corpus: quō spūssctūs Non eni et columba illa de ouo nata est aiunt: et tñ humanis oculis potuit apparere. Quibus primum illud respondēdū est: q ibi legim⁹ i specie columbe apparuisse iohanni spiritū sctū. vbi legim⁹ etiam xpm natum esse de femina: et non oportet in parte credere euangelio: et in parte non credere. Unde enim credis i columbe specie demōstratū eē spūm sctū: nisi quia in euangelio legisti? Ergo et ego inde credo Christū natum de virgine esse: quia in euangelio legi. Quare autem spiritussanctus non est natus de columba: quemadmodum xps de femina: illa causa est: quia nō columbas liberare venerat spiritussanctus sed hominibus significare innocētiā et amorem spiritalē: qd in columbe specie visibiliter figuratū est. Dñs aūt iesus xps q venerat ad homines liberandos: in quibus et mares et femine pertinent ad salutem: nec mares fastidiuit quia marē suscepit. nec feminas: quia de femina natus est. Huc accedit magnum sacramentum: vt quoniā per feminā nobis mors acciderat: vita nobis p feminā nasceretur: vt de vtraqz natura id est feminea et masculina victus dyabolus cruciaret: qui de ambarum subuersione letabat: cui parum fuerat ad penam si ambe nature in nobis liberarent: nisi etiam per ambas liberaremur. Neqz hoc ita dicim⁹: vt dominū iesū xpm dicā solum verum corpus habuisse. spiritumsanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum sed ambo illa corpora vera corpora credimus. Sicut eni non oportebat vt homines falleret filius dei. sic nō decebat vt homines falleret spiritussanct⁹. Sed omnipotenti deo q vniuersā creaturā de nihilo fabricauit. nō erat difficile verum corpus columbe sine aliarū columbarum ministerio figurare: sicut ei non fuit difficile verum corpus in vtero marie sine virili semine fabricare. cum creatura corporea et in visceribus femie ad formandū hoiem. et in ipso mundo ad formandā columbā imperio dñi voluntatiqz seruiret. Sz stulti homies et miseri. quod aut ipsi facere non possunt aut in vita sua nunqz viderunt etiā ab omnipotenti deo fieri potuisse non credunt. T x.

N Ec eos audiamus. qui ꝓpterea volūt cogere vt inter creaturas filiū dei numeremus. quia passus est. Dicūt eni. Si passus est mutabilis ē: et si mutabilis est. creatura est. quia dei substātia nō pōt

mutari. Cum quibus etiã nos dicimus & dei substantiam cõmutari non posse: & creaturã esse mutabilẽ. Sed aliud est esse creturam: & aliud suscipere creaturã. Filius ergo vnigenitus dei: q̃ est virtus & sapientia dei & verbum p qd̃ factã sunt oia: q2 imutari non põt omnino. suscepit humanã creaturã: quã lapsã erigere: atq3 inueteratã renouare dignat⁹ est. Nec in ea per passionem ipse interius cõmutatus est: sed eam potius per resurrectionez i meliuscõmutauit. nec propterea verbum patris .i. vnicum dei filium per quem facta sunt omnia: negandũ est natũ & passum esse ꝓ nobis. Et martyres ei passos dicim⁹ & mortuos propter regna celorum. nec tñ in ea passione & morte: aie eorũ occise sunt. Dicit enim dñs. Nolite timere eos q̃ corpus occidunt: aie aũt nihil pñt facẽ Sicut ergo martyres passos & mortuos dicim⁹ in corporibus que portabãt sine aiaꝝ interfectione vel morte: sic filiũ dei passum & mortuũ dicim⁹ i hoie quẽ portabat: sine diuinitatis aliqua conmutatione vel morte. V xi.

Nec eos audiam⁹ qui negant tale corpus dñi resurrexisse quale positũ est in monumento. Si eni tale nõ fuisset non ipse dixisset post resurrectionẽ discipulis. Palpate & videte qm̃ spũs ossa et neruos nõ habet: sicut me videtis habere. Sacrilegiũ est ei credere dñm nr̃m cũ ipse sit veritas: in aliquo fuisse mentitum. Nec nos moueat q clausis hostiis subito cũ3 apparuisse discipulis scriptum est: vt propterea negem⁹ illud fuisse corpus humanũ: q2 contra natura3 huius corporis videm⁹ illud per clausa hostia intrare. Omnia enim possibilia sunt deo. Na3 & ambulare super aquas contra naturã hui⁹ corpis esse manifestũ est. Et tñ nõ solũ ipse dñs añ passionẽ ãbulauit. s3 etiã petrũ ambulare fecit. Ita ergo & post resurrectionẽ suã d corpe suo fecit quod voluit. Si eni potuit ante passionem clarificare illud sicut splendorẽ solis. quare nõ potuit & post passionẽ: ad quantã vellet subtilitatem in t pis momento redigere: vt per clausa hostia posset intrare. X xii.

Nec eos audiamus: q̃ negant ipm corpus secũ leuasse in celũ dñm nr̃m: & cõmemorant i euãgelio quod scriptum est: Nemo ascẽdit in celũ nisi qui de celo descendit: et dicunt q corpus non descendit de celo: nõ potuisse ascendere in celũ. Nõ ei itelligũt: qm̃ corp⁹ nõ ascẽdit in celũ. Dñs eni ascendit: corpus autez nõ ascẽdit: sed leuatũ est in celũ: illo leuante q̃ ascẽdit. Si eni quisq3 descenderat (v̇bi grã) de monte nudus cum autẽ descẽderit vestiat se: & vestit⁹ iterũ ascendat recte vtiq3 dicimus: nemo ascendit nisi q̃ descendit. nec vestẽ consideram⁹ quã secũ leuauit: s3 ipz q vestit⁹ est solũ dicimus ascendisse. Y xiii.

Nec eos audiamus: qui negãt ad dexteram patris sedere filiu3. dicunt enim. Nunquid deus pater habet latus dexterum aut sinistru3 sicuti corpora? Nec nos hoc de deo patre sentimus. Nulla enim forma corporis deus diffinitur atq3 concluditur. S3 dextera patris est b itudo ppetua: que sctis datur: sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria ppetua q̃ impiis datur vt in ipso deo: s3 in creaturis hoc mõ quo diximus intel'igaẽ dextra & sinistra. quia & corpus xp̄i qd̃ est ecclesia: in ipsa dextera: hoc est in ipsa btitudine futuru3 est sicut apl'us dicit: q2 & simul nos suscitauit: & simul nos sedere fecit i celestibus Quamuis enim corpus nostrum nondum ibi sit: tñ spes nr̃a iam ibi est. Propterea et ipse dñs post resurrectionem suam iussit discipulis quos piscantes inuenit: vt in dexteram partem mitterẽt retia. Quod cum fecissent ceperunt pisces: qui omnes magni erant: et omnes iustos significabant quibus dextera ꝓmittitur. Hoc significabat quod etiam iudicio dixit se agnos ad dexteram hedos aũt ad sinistram esse positurum. Z xiiii.

Nec eos audiamus: qui negant diem iudicii futurum: et commemorant quod in euangelio scriptum

est eu3 qui credit in christū non iudicari: qui autem nō credit in illum iam iudicatum esse. Dicūt eni. S3 ille qui credit non veniet in iudiciū. ⁊ ille qui nō credit iam iudicat⁹ est: vbi sūt quos iudicaturus est in die iudicii? Nō intelligunt sic loqui scripturas. vt preteritu3 tempus ꝑ futuro tēpore insinuēt. sicut supra diximus: qd apostolus dixit de nobis quod simul nos sedere fecit in celestibus: nondū factū est. sed quia certissimū est futurum: ita dictū est quasi iam factū sit. sicut ⁊ ipse dn̄s discipulis dixit omnia q̄ audiui a patre meo nota feci vobis. Et paulo post dicit. Multa habeo vobis dicere: sed non potestis illa portare modo. Quō ergo dixerat: omnia q̄ audiui a patre meo nota feci vobis: nisi q2 illud quod per spiritu3 sanctum certissime facturus erat: quasi iā fecisset locutus est? Si ergo cum audimus: qui credit in Christum nō veniet in iudiciū: itelligamus quia non veniet ad dānationem. Dicitur enim iudiciu3 pro dānatiōe: sicut dicit apostol⁹. Qui non manducat: manducantem nō iudicet. id est non de illo male existimet. Et dn̄s dicit. Nolite iudicare: ne iudicetur de vobis. Non eni tollit nobis intelligētiam iudicandi cū ⁊ propheta dicit. Si vere iusticiam diligitis: recte iudicate filii hoim. Et ipse dicit dn̄s. Nolite iudicare personaliter sed iustum iudiciū iudicate. S3 illo loco vbi vetat iudicare: illud ammonet: ne damnemus aliquem: cuius vel cogitatio nobis nō est aperta: vel nescimus qualis postea sit futurus. Si ergo cu3 dixit. ad iudicium non veniet: hoc dixit: q2 non veniet ad damnationē. Qui aūt nō credit ia3 iudicatus est. hoc dixit: q2 iam damnatus est: presentia dei: qui nouit q̄d immineat nō credētib⁹. Ca. xv.

Nec eos audiamus qui dicūt spūm sanctu3: quem in euangelio dominus promisit discipulis. aut in paulo apostolo venisse. aut i montano ⁊ priscilla. sicut cata friges dicūt. aut in nescio q̄ manite vel manicheo. sicut manichei dicunt. Tam eni ceci sunt isti vt scripturas manifestas non intelligant. aut tam negligentes salutis sue: vt omnino nō legāt. Quis eni cum legerit non intelligit vl̄ in euangelio quod post dn̄i resurrectionem scriptum est dicente domino: ego mittā promissum patris mei in vos vos autem sedete hic in ciuitate: quousq3 induamini virtute ab alto. Et in actibus Apostolorum: posteaq3 dn̄s abscessit a discipulorum oculis in celum dece͂ diebus peractis: die penthecostes: non attendunt apertissime venisse spiritumsāctum: et cum essent illi in ciuitate sicut eos ante monuerat: impleuisse illos: ita vt loquerentur variis linguis. Nam diuerse nationes que tunc aderant: vnusquisq3 audientium suam linguam intelligebant. Sed isti homines decipiūt eos qui negligentes sunt in catholica fide: et ipsam fidem suam que in scripturis manifesta est nolunt discere: et quod est grauius et multum dolendum: cum in catholica fide negligenter versentur: hereticis diligenter aures accommodāt. Ca. xvi.

Nec eos audiamus: qui sctā3 ecclesiā que vna catholica est negāt per orbē esse diffusā: s3 in sola africa. hoc est in parte donati pollere arbitrāt. Ita surdi sunt aduersus prophetā dicentem fili⁹ meus es tu ego hodie genui te: postula a me: ⁊ dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre. ⁊ alia multa siue in veteris siue in noui testamēnti libris: que scripta sunt vt apertissime declarent ecclesiam christi ꝑ orbem terre esse diffusam. Quod cum eis obiicimus dicunt iam ista fuisse cōpleta: anteq3 esset pars donati: sed postea totam ecclesiam perisse et in sola donati parte reliquias eius remansisse contendunt. O linguam superbam et nefariam: nec vere sic viuerent vt vel inter se pacem postea custodirent. Nunc autem non attendunt iam vt in ipso donato completum esse quod dictum est. in qua mensura mensi fueritis in ea remetitur vobis. Sicut enim christum

diuidere conatus est sic ipse a suis quotidiana concisione diuiditur. Ad hoc etiaȝ pertinet illud quod dominꝰ dicit. Qui enim gladio percusserit: gladio morietur. Gladius enim illo loco siquideȝ in malo positus est: discordiosaȝ linguã significat: qua tūc ille intellex ecclesiam percussit: sed non occidit. Non auteȝ dixit dominus qui occiderit gladio: gladio morietur: sed q̄ gladio vsus fuerit inquit gladio morietur. Ergo ille percussit ecclesiaȝ ligua litigiosa: qua nūc ipse conciditur: vt omnino dispereat atq̧ moriatur. Et tamen illud tunc apostolus petrus nō superbia sua sȝ q̄uis carnali tamen amore domini fecerat. Itaq̧ ammonitus recondit gladium. Iste autem nec victus hoc fecit. Siquidem cum episcopo cecilianо causam diceret: audientibus epīs rome: quos ipse petiuerat nihil eoruȝ que intēderat potuit probare: ꝛ sic remansit in scisma te: vt suo gladio moreretur. Populus autem ipsius quando nō audit prophetas ꝛ euangelium: in quibus apertissime scriptum est ecclesiam xp̄i per oēs gentes esse diffusam. et audit scismaticos: non dei gloriam querentes sed suã satis significat seruum se esse non liberum: ꝛ aureȝ dexteram se habere precisam. Petrus enim errans in amore domini seruo non libero aurem dexteram precidit. Ex quo significat eos qui gladio scismatis feriuntur seruos esse carnalium desideriorum nōdū eductos in libertate spiritussancti vt iam non confidant in homine: ꝛ non audire quod dexteꝛum est. i. domini gloriam p catholicam ecclesiam latissime puagataȝ: ꝛ audire sinistrū humane inflationis errorē. Sed tamen cū dn̄s dicat in euangelio: cum per omnes gentes euangeliuȝ fuerit predicatuȝ: tunc finem esse venturū quomodo isti dicunt: q iam cetere omnes gentes ceciderūt a fide ꝛ in sola parte donati remansit ecclesia: cū manifestum sit ex quo ista pars ab vnitate precisa est nōnullas gētes postea credidisse. ꝛ adhuc esse aliquas que nondū crediderunt: quibus quotidie nō cessatur euangelium predicari ? Quis nō miretur esse aliquem qui se xp̄ianum dici velit: ꝛ aduersus xp̄i gloriam tāta impietate rapiatur: vt audeat dicere. omnes populos gentium qui modo adhuc accedunt ecclesie dei: ꝛ in dei filium fesinanter credunt: inaniter facere: q̄a nō eos aliqs donatista baptisat ? Sine dubio ista expectarentur homines ꝛ eos sine dilatione relinquerent si xp̄m quererent. si ecclesiam diligerēt. si liberi essēt si aurem dexteram integram retinerent. C xvii.

Nec eos audiamus: qui quãuis neminem rebaptisarent precidere se tamē ab vnitate: ꝛ luciferiani magis dici q̄ catholici maluerunt. In eo enim qꝛ intelligunt baptisma xp̄i nō esse repetendum recte faciūt: sentiūt eni sacramentū sancti lauacri nusq̄ eē nisi ex catholica ecclesia: sed eam formam secū habere sacramenta precisa: quam in ipsa veritate anteq̄ p̄ciderētur accceperant. Hi sūt eniȝ de quibus apl's dicit. Habētes speciem pietatis: virtutem autem eius abnegantes. Est eniȝ magna virtꝰ pietatis. pax ꝛ vnitas. qꝛ vnus est deus. Hãc illi non habent: quia precisi ab vnitate sunt. Itaq̧ si qui ex ipis ad catholicaȝ veniunt: non iterant speciem pietatis quam habent: sed accipiunt virtutē pietatis quam non habent. Nam ꝛ amputatos ramos denuo posse inseri: si non permãserint in incredulitate. apertissime apl's docet. Quod cum luciferiani intelligunt: ꝛ non rebaptizant: non improbamus: sed quod etiam ipsi precidi a radice voluerunt quis non detestandum esse cognoscat ? Et ideo maxime quia hoc eis displicuit i ecclesia catholica: quod vere catholice sanctitatis est Nusq̄ enim tam vigere debent viscera misericordie q̄ in catholica ecclesia: vt tanq̄ vera mat nec peccantibus filiis superbe insultet: nec correctis difficile ignoscat. Non enim sine causa inter omnes apostolos huius ecclesie catholice personam sustinet petrus. ¶ Huic enim ecclesie claues regni ce

lorum date sunt: cum petro date sunt. Et cum ei dicitur ad omnes dicitur: amas me pasce oues meas. Debet ergo ecclesia catholica correctis et pietate firmatis filiis libenter ignoscere: cum ipsi petro personam eius gestanti: cum in mari titubasset et cum dominum carnaliter a passione reuocasset et cũ aurem serui gladio precidisset: et cũ ipm dominũ ter negasset: et cũ in simulationem postea superstitiosam lapsus esset videamus veniam esse cõcessam eumq correctum atq firmatum vsq ad dñice passionis gloriam peruenisse. Itaq post persecutionem que per arianos hereticos facta erat: et postea q pax quã quidẽ catholica in domino tenet: etiam a principibus seculi reddita est episcopi qui pfidie arrianorum in illa perturbatione cõsẽserant: multi correcti: redire i catholicã delegerũt: dãnãtes siue qd crediderant: siue quod credidisse simulauerant. Hos ecclesia catholica materno recipit sinu: tanq petrum fletum negationis per gallicantum ammonitum aut tanq eundem post prauam simulationẽ pauli voce correctũ. Hanc illi matris charitatem superbe accipientes et impie reprehendentes: quia petro post gallicantum surgenti non gratulati sunt cum lucifero qui mane oriebatur cadere meruerunt.

D xviii.

¶ Nec eos audiamus: qui negant ecclesiam dei omnia peccata posse dimittere. Itaq miseri dum in petro petram non intelligunt: et nolunt credere datas ecclesie claues regni celorum: ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt q viduas si nupserint tanq adulteras damnant: et super doctrinam apostolicam se predicant esse mundiores. Qui nomen suum si vellent agnoscere: mundanos se potius q mundos vocarent. Nolentes enim si peccauerint corrigi. nihil aliud delegerunt: nisi cum hoc mũdo damnari. Nam quibus veniam peccatorum negant non eos aliqua sanitate custodiunt: sed egris subtrahunt medicinam: et viduas suas vri cogunt quas nubere non permittunt. Non enĩ prudentiores habendi sunt: q Paulus apostolus qui ait. Malo eas nubere q vri.

E xix.

¶ Nec eos audiamus: qui carnis resurrectionem negant: et commemorant quod ait apostolus. caro et sanguis regnum dei non possidebunt. Non intelligentes quod ipse dicit Apostolus. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitem. Cum enim hoc factum fuerit iam non erit caro et sanguis sed celeste corpus. Quod et dominus promittit cum dicit: neq nubent neq vxores ducent: sed erunt equales angelis dei. Non enim iam hominibus sed deo viuent: cum equales angelis facti fuerint. Immutabitur ergo caro et sanguis et fiet corpus celeste et angelicum. Et mortui enim resurgent incorrupti: et nos immutabimur: vt est illud verum sit: q et caro et sanguis regnum dei nõ possidebunt. Ista fidei simplicitate et sinceritate lactati nutriamur in christo et cum paruuli sumus: maiorum cibos non appetamus: sed nutrimentis saluberrimis crescamus in christo accedẽtib⁹ bonis morib⁹: et christiana iustitia in qua est charitas dei et proximi perfecta et firmata: vt vnusquisq nostrum de diabolo inimico et angelis eius triũphet in semetipso in Christo quem induit: quia perfecta charitas nec cupiditatem habet seculi nec timorem seculi: id est nec cupiditatem vt acquirat res temporales. nec timorem ne amittat res temporales. Per quas duas ianuas intrat et regnat inimicus qui primo dei timore. deinde charitate pellendus est. Debemus itaq tanto auidius appetere apertissimam et euidentissimam cognitionem veritatis: q̃to nos debem⁹ in charitate proficere: et eius simplicitate cor habere mundatum quia ipso interiore oculo videtur veritas. Beati eñ mundo corde inquit: quia ipsi deum videbunt: vt in charitate radicati et fundati preualeamus comprehendere cum

omnibus sanctis que sit latitudo et altitudo ꝛ longitudo et profundum scire etiam supereminentem scientiam charitatis christi: vt impleamur in omnem plenitudinem dei: et post ista cuz iussibi li hoste certamina: quoniam volentibus et amantibus iugum christi leue est: et sarcina eius leuis: coronam glorie mereamur. Amen.

¶ Explicit liber sancti augustini episcopi de agone christiano.

Incipit liber sancti Augustini de bono disciplinę



Multi sunt qui sane doctrine aduersantur: iusticiam culpant ꝛ disciplinā imperium esse iudicant ac rationabilē castigationē superbie assignant: cum non sit imperium nisi vbi aliquid iubetur iniustum nec sit superbia nisi vbi negligitur disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis: magistra vere pietatis: q̄ nec ideo increpat vt ledat: nec ideo castigat vt noceat. Deniq; mores hominum irata corrigit: inflāmata custodit: ita salomone dicente. Fili ne deficias a disciplina dn̄i: neq; fatigaris cum ab eo increparis. Quem enī diligit dominus increpat: flagellat autem omnem filium quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina: aut emendet: aut saluum faciat. Quam si quis sapiens apprehenderit: nec gratiam amicitiarum perdit nec periculum damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationalem putet: sub qua videt vniuersis que in celo ꝛ sub celo sunt verbo cooperante compositis omnipotētis dei stare consilium. In principio enim operis sui: deus nihil priusq̄ disciplinā fecit. Nam cum assistente sapientia celum suspenderet terraz pararet: maria concluderet ꝛ suis locis: suisq; temporibus cursum solis luneq; g'obum disponeret: omnia sub disciplina constituit. Quid autem non esset tenebrosū: quid non incompositum: quid non haberetur absurdum. nisi constitutis legibus cuncta starent elementa. Nunquid sine disciplina agitur solis cursus? Qui quamuis diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit: ad officiuz tamen suum matutinus occurrit: et se in parte celi quotidie terrarum spacia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinę ratio: vt intra temporum metas lege conscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus siderum cursus agitetur: vt nec luna defectionis sue damna effugiat: nec solem diurni luminis flamma destituat. Nunquid sine disciplina ē q tanti maris fluctus humili terraruz littore continentur: ꝛ in suo sinu frequenter incitata ventis altior aggere vnda concluditur? Omnia profecto insipiens natura confunderet: nisi mundum disciplinę ratio gubernaret. Hec ideo proposuimus dicere vt disceretis obedire euāgelicis preceptis. ꝛ celestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animam et ad dei imaginem factā expediat: facile potest homo intelligere cum videt sacratis per voluntatē dei constitutionibus disciplinę etiam elementa seruire. Audite prophetam dicentem. Seruite domino in timore: exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: nequando irascatur dominus et pereatis de via iusta. Bene in omnibus causis timor obtemperat disciplinę qui pro hoc ipsoq; imminentes periculorum casus aut iras iudicii cauere nouit: potestatem conseruande salutis obtinuit? Quid igitur adultero castum? quid furi esset tutum? quid latroni non peruium? Quis non expauesceret concaua littorum: secreta siluas? Quid non presumptio possideret: nisi furorem animorum sub metu pene disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo viuendi nunq̄ profecto finem poneret nam peccandi. Nihil est qd̄ non gula suadeat: si gule disciplina cōsentiat. Nihil ē qd̄ non luxuria pdat:

si amore viciorum a te disciplina discedat. Nihil est quod nō habēdi cupiditate animus occupet: nisi auaricie vicium disciplina codēnet. Omnia sub metu discipline vicia tacent. Iaz non est l quo fides vnq̄ erubescat: si homo futurum dei iudicium respiciat: ⁊ cām reddende rationis intendat. nec est i quo vindex scelerum flamma deseruiat si i tuitu discipline: aut q̄ sunt honesta cogites. aut q̄ sūt pudēda castiges. ¶ Multi ibi nomen crudelitatis iponūt: vbi pro amore discipline crimen admissi sceleris: supplicio vidicatur latrōis. cuz sententia vindicantis iustis legib⁹ seruat. ⁊ nō solū p̄sentibus sed etiam futuris manuz porrigat. Quis igitur non licite crederet se debere peccare: si impudicis ⁊ impiis actibus iudex nō perscriberet disciplinā. Videamus q̄d lex loquatur. Non occides nō adulterabis. non falsum testimonium dices. Hec sunt discipline legis. quibus etiaz districtio sententie secularis obsequit: impugnando turpia: resecando criminosa. Nā adiicit scriptura. Iudex non est vindex positus boni operis: sz mali: ita vt etiam vicariuz pene genus exigat cum dicit. Oculum pro oculo: dētem pro dente. Sed istam antiquaz sententie seueritatem facile vitare possumus: si flammas futuri iudicii cogitemus. Absolute autem docet apostolus posse contēni secularis arma iudicii: q̄ dicit. Si vis potestatem non timere: qđ bonum est fac. Sed hec non ociose tractanda sunt. Nam cuz de his terrenis potestatibus apostoli doctrina commemorat sensibus nostris celestis iudicii partes insinuat. Nam cuz docet seruiēdum seculi legibus: ammonet necessario hoiem futuris cauere temporibus. Si vis inquit non timere ptātez: quod bonuz est fac. Hoc est dicere. Si vis futurum non timere iudicium declina a malo ⁊ fac bonum. Ergo hanc primaz constitutionis formaz: que seculi legibus caret: cauere debemus et vincere: vt possimus a nobis illud preiudiciuz ꝑpetue mortis excludere. Quia quos ista temporalis nō affligit pena hos illa in eternum insatiabili tormentorum persequitur dolore. Nemo autem illuz homicidii crimen euasisse estimet: quez excusatuz secularis iudicii corrupti sētentia absoluerit. Nec ille adulterii facinus preterermissum putet qui indulgētie lege deprehensus euasit. Nemo cū sanam dexteraz videt falsitatis reo debita iure supplicia iudicet fuisse ꝯcessa. Defunctis corporibus salua sūt crimina: nisi fuerint prius apud deum lacrimaruz intercessione purgata. Expectat enim reum suum gehēna debitis armata suppliciis. Ad cōfusionem magis presentis vite: nō ad absolutionez criminis pertinet autoritas sentētie secularis. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogitanda supplicia: vbi homo viuet durante pena: vbi nec tormēta corpori: nec desunt membra tortori. ¶ Que tamen facile vitare possumus si habenas discipline teneamus dicente apostolo. Si vis non timere potestatez bonum fac: ⁊ habebis laudem ex ea. Quis sapiens nō ad hec discipline bona animum letus apponat: vbi potest homo non solum criminis penam vitare. sed ⁊ gratiaz laudationis acq̄rere? Audite prophetam dicentē. Apprehēdite disciplinā ne quādo irascatur dominus: ⁊ pereatis de via iusta. In hoc loco puto pertinet ista sententia ad illos ad quos nōdum disciplina ꝑuenit qui adhuc in deuiis morant: capti āči quo superstitionis errore. Probantur enim sub lege nunq̄ vixisse: qui admonentur vt apprehēdant studium discipline. Sequitur in hoc psalmo. Ne q̄n irascatur dn̄s: ⁊ periatis de via iusta. Igitur si illos statuit propheta reos: ad quos disciplina nūq̄ ꝑuenit: quid de illis iudicandum putamus q̄s disciplina destituit? Inter vtrorumq̄ act⁹ autoritas ꝓphetice lectionis incusat minorem plane culpam: non peruenisse ad disciplinam: q̄ legem discipline respulisse. Ecce dicit ꝓphā. Qui spernit disciplinam odit animam suā ⁊ vere: vt dixit ita est. Nam hostis ē ⁊ inimic⁹

anime sue q̃ spretis disciplie monitis: diabolicis occupatur officiis. Dicunt aliquãti disciplinã satis duris legib⁹ cõstitutã. Loquantur ista satis miseri quos ad omne facinus ille diabol⁹ auctor morti inuitat .quorum mentes insatiabilis gula possidet:super quas regnat ebrietas:quos turpis luxuria captiuos tenet: ꝛ a q̃bus nunq̃ superbia ingrata discedit. Illis autem quib⁹ ẽ studium honeste fidem seruare cõtinẽtie:humilitati:pietatiq; seruire: dulce discipline onus est:ꝛ leue iugũ dñi qḋ non grauat:nisi aut perditos: aut pituros. Erubesco dicere in confusionez humane negligẽtie. quare apḋ aliquãtos parum proficiat disciplina cum videamus pastorale magisterium etiam apud muta aialia nõ perire. Doceant nos ecce seruare ordinem discipline tã dociles equoꝝ animi:cum in giro ducti flexuosis gressib⁹ membra cõponũt ꝛ sub vnius habene retinaculo ita laxari se ꝯsentiũt vt ꝛ currendi ꝛ stãdi modus sub quadam legum dispositione seruetur. ℞ Ita quos natura numero diuidit:studio discipline cõiũgit. Videte q̃ fortia boũ corpora plaustro subiaceant:que intantum imperio animũ parant vt tumẽtia naturaliter leui iugo colla supponãt. Ita discipline constitutionibus seruiunt:etiã que in feritate nascũtur. Vñ miror aliquotiens hoiem cui inest sapientia ꝛ intellectus prudẽtie passim precepta discipline negligere cum videamus mutuz aial vicia cauere iussis obtemperare: imperio deseruire:atq; ita ad omnem obedientiam aim aptare: vt cum opus fuerit armatis legionibus occurrat: ꝛ hostilibus se telis iussum obiiciat. Audite in hoc loco prophetam dicentem. Cognouit bos possessorem suũ:ꝛ asin⁹ presepe domini sui:israel autez me nõ cognouit. Vereor dicere:ne nostram negligentiã pulset ista sentẽtia. Non autem cognoscit dñm:qui conditiõis sue non cognoscit officium. Ostendaz sane quomõ dñs possit aut inueniri:aut cognosci: si tamen est anim⁹ videndi. Si vis videre dñm:require mendicuz respice ad pauperem:suscipe peregrinũ: visita infirmum:curre ad carcerez. Si vis videri deum: vincula captiuitatis absolue:nodos iniquitatis incide. Audi de hoc dominum dicentem. Esuriui ꝛ dedistis mihi mãducare:sitiui ꝛ dedistis mihi bibere:hospes fui ꝛ suscepistis me:nudus fui:ꝛ operuistis me:Infirm⁹ fui.ꝛ visitastis me:i carcere erã ꝛ venistis ad me. Moneo itaq; ne dispicias nudũ:ne ceco manũ subtrahas: ne inuolutum pannis contemnas. In hac enim veste primuz dominus cum a magis quereretur inuentus est. Et qr de disciplina fecimus mentionez sub qua fides christiana viget:necesse ẽ: vt oĩa in aures vestras vite ornamenta deferantur:vt intelligat vnusquisq; paruz sibi prodesse conuersationis famaz:nisi in contemptu mundi amauerit disciplinam. Ergo cui studium est christũ colere:prius cordis ꝛ corporis suscipiat indumenta. Omnia igitur vita religionis professe:integritatis debet famam sentire:ne quem expectat corona virtutis pudoris damna feriat. Corporis integritas vitam minuat. integritatem fides incontaminata custodiat. vt manente vtriusq; partis beneficio:imaculatuz hoiem faciat regnare cum xp̃o. Sed in hoc soluz cõstat ꝯuersationis nostre ratio vt boni sim⁹. Laborãdum igit añ oĩa ẽ:vt qui bonitatem sequitur:bonus esse iudicet. Nam q̃uis homo puꝝ corpus imaculatũq; custodiat:laceratã vitã ad deũ portat: cui⁹ actus vultũ ifamat licet sciam⁹ cõsciẽtiam solã bonis actib⁹ posse sufficere. ℒ Sed q̃to melius est vt semper de te bene sentiat qui circa ianuã suã vanis suspitionibus frequẽt egrotat? Instrum est enim naturaliter vulgo. vt de bonis semp male iudicet. Sed tu q̃ curam bone fame colis studio tuo grãm integre opiniõis acquire. Vita ergo nostra ita sit lucida vt sit omnibus nota integritas religioni: pudor seruiat humilitati. Quem amor tenet seruande integritatis:ante omnia falsi ad se

famam non admitat erroris. Magnū est quidem et gloriosum: et vsqz ad celū omnium ore proferendum nūqꝫ malis actibus locum dedisse. sed multo forti us est nunqꝫ falsis suspitionibus laborasse. Quid enim tibi ꝓdest sobrietas si vicia ebrietatis exerceas? Quis te nō ebriū iudicet: si int effluētes vino cali ces saltantium giros imiteris? Quis te castum putabit: si te viderit meretri cum fabulis mixtum: scenico ſmone ꝯ positis: aut loquētē turpia. aut īhone sta resonantem. Laudo quidē consciē tiam castitatis in te. sꝫ odi colloquiuꝫ meretricis. In quo loco fortasse dicat tibi aliquis. Sufficit tibi pura consciē tia. Quātū ad inoscentiam pertinet ti bi soli sufficit. Sed prouidēdū ē ne fa cilitate tua alit peccet: et alienum pec catum ī te redūdet: iuxta illd quod di cit scriptura. Ve illi per quē scādaluꝫ venit. Quanuis autem precioso serico corpus vestias: et niueo vellere mēbra componas: non sine macula diē trāsſ gressi camini ardētis ora cōtigeris. In omni igit actu tuo vitam tuā discipli na comitetur. Si vis placere xpo elabora vt professionē tuā fides adiuuet. fama cōmēdet. Precedat nos patien tia humilitatis socia assistat pudicitia ītegritatis magistra fugiat cupiditas: erubescat ebrietas: luxuria act⁹ suos lugeat: superbia cōfusa discedat. Qui cū igit est q̄ festinat deū agnoscere: sub hoc discipline ordīe xpꝫ poterit īuenir Multa quidē erāt adhuc dilectissimi: q̄ discipline ratio suadebat aperire: q̄ in teri putauim⁹ differēda: nc ociosis auribus fastidium pareret lōga narratio Sane ne quid ī hoc ope subtraxerit vi deamur: elaborabimus vt ea que reli giosis actibus competunt sequenti tē pore disseramus.

¶ Finit Liber sācti Augustini episco pi de bono discipline.

Incipit regula sancti Au gustini episcopi de cōmu ni vita clericoꝝ. M)



Ante omia fratres charissimi diligat d's: deide prim⁹: qr ista p̄cepta sūt pricipalit no bis data. Hec igit sūt q̄ vt obseruetꝭ pncipib⁹ in monasterio ꝯstituti Primū ꝓpt qd ī v num estis cōgregati charitatis viculū custodiatur. vt vnanimes habitetis in domo et sit vobis anima vna et cor vnū ī do et non dicatis aliqd ꝓpriū sed sint vobis omnia communia. et distribuat vnicuiqꝫ vestruꝫ a proposito vestro vi ctus et tegumentum: non equaliter om nibus: quia non equaliter valetis omnes. sed poti⁹ vnicuiqꝫ sicut cuiqꝫ op⁹ fuerit. Sic eniꝫ legitis in actibus apo stolorum. Quia erant illis omnia com munia: et distribuebatur vnicuiqꝫ sicut cuiqꝫ opus erat. Qui vero aliquid habebāt in sclo qn̄ gressi sūt in mōasteriū libēt velint illud esse cōe. Qui aūt nō habebant: non ea querant in monasterio que nec foris habere potuerūt sed tamen eorum infirmitati quod opus ē tribuatur: etiam si paupertas eoꝝ tal erat quādo foris erāt vt nec ip̄a necessaria poterāt īuenire. Non tn̄ ideo pu tent se esse felices: qr īuenerunt victuꝫ et tegumentū: qualis foris iuenire nō potuerūt. Nec erigant ceruicem quia associātur eis: ad quos foris accedere non audebant: sed sursuꝫ cor habeant et terrena vana non querāt: ne īcipiāt monasteria diuitibus eē vtilia nō pau peribus. si diuites illic humiliantur: et pauperes illic inflant. Sed rurs⁹ etiaꝫ illi qui aliquid esse videbantur in secu lo nō hēant fastidio fr̄es suos: q̄ ad il lā sāctā societatē ex pauptate venert iii. Magis aūt studeāt nō d pētū diuitū dignitate: sꝫ d paupuꝫ fratrū societate

gloriari. Nec extollātur si communi vite aliquid de suis facultatibus cōtulerūt: nec de suis diuitiis magis sperbiāt: quia eas monasterio ptiūt ꝙ̄ si eis in seculo fruerentur. Alia quippe quecunqꝫ iniquitas in malis operibus exercetur vt fiāt. superbia vero etiam bonis operibus insidiatur vt percāt. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus/ ꝛ pauperē fieri. cum anima misera superbior efficitur diuitias contēnendo/ ꝙ̄ fuerat possidēdo. Omnes ergo vnanimiter ꝛ concorditer viuite. ꝛ honorate in vobis inuicem deum cuiꝰ templa facti estis. Orationibus instate horis ꝛ temporibus constitutis. In oratorio nemo aliqͩd agat: nisi obqͩ factum est. vnde ꝛ nomē accepit: vt si forte aliqui etiam preter horas constitutas si eis vacat orare voluerint: non eis sint impedimento qui ibi aliquid agendum putauerint. Psalmis ꝛ hymnis cum oratis deū hoc versetur ī corde quod profertur in ore. Et nolite cātare nisi quod legitis esse cantanduꝫ. Quod autem non ita scriptum est vt cantetur: non cantetur. Carnem vestrā domate ieiuniis ꝛ abstinētiis esce ꝛ potus: ꝙ̄tum valitudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare: non tamen extra horaꝫ prandii aliqͩd alimentorum sumat: nisi cum egrotat Cum acceditis ad mensam: donec ide surgatis quod vobis secundum cōsuetudinem legitur: tumultu ꝛ contentione audite. ne sole vobis fauces sumāt cibum: sed ꝛ aures esuriant dei verbū. Qui infirmi sunt: ex pristina consuetudine si aliter tractantur in victu: nō debet aliis molestum esse nec iniustum videri quos fecit aliqua consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent quia sumunt quod non sumunt ipsi: sed sibi potius gratulentur: quia valent quod non valent illi. Et si eis qui venerunt ex moribus delicatoribus ad monasterium aliquid alimentorum vestimentorum stramentorum operimētorum vel datur: quod aliis fortioribus ꝛ ideo felicioribus non datur: cogitare debent quibus non datur quātum đ sua seculari vita illi ad istam descenderit quāuis vsqꝫ ad aliorū qͥ sunt corpore firmiores: frugalitatem puenire nō poterint. Nec debēt velle omnes quod paucos vident amplius: non quia honorātur: sed quia tolerantur accipere: ne contingat detestanda peruersitas: vt in monasterio vbi ꝙ̄tuꝫ possunt fiūt diuites laboriosi: fiant pauperes delicati

Sane quemadmodum egrotantes necesse habent minus accipere ne grauentur. ita ꝛ pꝰ egritudinem sic tractandi sunt vt citiꝰ recreentur. etiam si de humillima seculi paupertate venerint: tanqꝫ hoc illis contulerit recentior egritudo: quod diuitibus anterior cōsuetudo. Sed cum vires prestinas reparauerint: redeant ad feliciorem cōsuetudinē suam: que famulos dei tanto amplius decet: ꝙ̄to minus indigent: ne cibi eos teneat voluptas iam vegetatos: quos necessitas leuauerat infirmos. Illos sane existimēt ditiores qui in sustinenda parcitate fuerint fortiores. Melius est eniꝫ minus egere: ꝙ̄ plus habere. Non sit notabilis habitus vester: nec affectetis vestibus placere: sed moribus. Quando proceditis simul ambulare: cum veneritis quo itis: simul state. In incessu in statu ꝛ in omnibus motibus vestris nichil fiat quod cuiusqꝫ offendat aspectum. sed quod vestram deceat sāctitatem. Oculi vestri: ꝛ si iaciūtur ī aliquā feminarum: in nullam figantur. Neqꝫ eni quando proceditis feminas videre phibemini: sed appetere vel ab ipsis appeti velle criminosum est. Nec soluꝫ tacito affectu: sꝫ affectu ꝛ aspectu. qͦqꝫ appetitur ꝛ appetit cōcupiscētia feminarum. Nec dicatis vos hr̄e aīos pudicos: si habeatis oculos īpudicos: qꝛ īpudicus oculus impudici cordis ē nūcius. Et cū se iuicē sibimet etiam tacēte ligua cōspectu mutuo corda nūciāt impudica et fꝫ cōcupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore: etiaꝫ intactis ab immunda violatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribꝰ. Nec

putare debet q̄ in feminaz figit oculuz & illius in seipm diligit fixum: ab aliis se non videri. Cum hoc facit: videt omnino: & a quib⁹ se videri nō arbitratur. Sed & si lateat: & a nemine hominuz videatur quid faciet de illo desup inspectore: quez latere nihil potest? An ideo putandus est non videre: quia tanto videt patienti⁹ q̄to sapienti⁹. Ille ergo vir sanctus timeat displicere: ne videat femine male placere. Illum cogitet omnia videre: ne velit feminaz male videre. Illius namq3 & in hac causa commendatus est timor vbi scriptū est. Abominatio est dño defigens oculum. Qñ ergo simul estis in ecclesia: & vbicūq3 vbi & femine sunt: inuicem vestram pudiciciam custodite. Deus eniz qui habitat in vobis. etiaz isto modo custodiet vos ex vobis. ¶ Et si hāc de qua loquor oculi petulantiā in aliquo vrm aduerteritis: statim admonete: ne male cepta pgrediatur: sed de pximo corrigante. Si autem post admonitionē iterum vel alio quocunq3 die id ipsum facere cum videritis: iā velut vulneratū sanandū pdat: quicunq3 hoc poterit inuenire. Prius tñ est alteri vel tertio demonstrandū vt duoruz vel trium possit ore conuinci: & competēti seueritate coerceri. Nec iudicetis vos esse maliuolos qñ hoc iudicatis. Magis quippe innocentes non estis: si fratres vestros quos iudicando corrigere potestis: tacendo perire permittitis. Si eniz frater tuus vulnus haberet in corpore qđ vellet occultare dum timeret secari: nonne crudeliter a te sileretur & misericorditer indicaretur? Quāto ergo potius eum debes manifestare: ne deterius putrescat in corde? Sed anteq̄ aliis demonstretur: per quos conuincendus est si negauerit. prius preposito debet ostēdi si admonitus neglexerit corrigi: ne forte possit secretius correctus innotescere ceteris. Si autez negauerit tunc neganti adhibendi sunt alii etiaz coram omnibus vt possit non solum ab vno teste argui sed a duobus vel a tribus conuinci. Conuictus vero scdm p-positi vel etiam presbiteri: ad cuius dispensationez pertinet arbitrium debet emendatoriam subire vindictam: quaz si ferre recusauerit etiam si ipse nō abscesserit: de vestra societate proiciatur. Nō eni & hoc fit crudeliter sed misericorditer: ne contagione pestifera plurimos perdat. Et hoc quod dixi de oculo non figendo: etiam in ceteris inueniendis: prohibēdis: indicandis: cōuincendis: vindicandisq3 pctis diligenter & fideliter obseruetur: cum dilectione hominum & odio viciorum. Quicūq3 aūt in tantum progressus fuerit malum vt occulte ab aliquo litteras vel quod libet munus accipiat: si hoc vltro confitetur parcat illi & oretur pro eo. Si autem deprehenditur atq3 cōuincitur: secundum arbitrium presbiteri vel pposi-ti grauius emendetur. Uestes vestras in vnum habeatis sub vno custode vel duobus vel quot sufficere potuerit ad easexcutiendas: ne a tinea ledantur. Et sicut pascimini ex vno cellario: sic induamini ex vno vestiario. ¶ Et si fieri potest ad vos non pertineat quod vobis indumētum pro tēporū cōgruentia proferat: vtrum hoc recipiat vnusquisq3 vestruz quod deposuerat an aliud quod alter habuerat: dum tamē vnicuiq3 quod cuiq3 opus est non negetur. Si autem hinc inter vos contentiones & murmura oriunt & conqueritur aliquis se deterius accepisse q̄ pri⁹ habuerat: & indignū se esse qđ non ita vestiatur sicut alius frater eius vestit hic vos probate q̄tu3 nobis desit in illo sācto interiore habitu cordis qui pro habitu corporis litigatis. Tamen si vr̄a toleratur infirmitas vt hoc recipiatis quod deposueritis i vno tamē loco sub cōmunib⁹ custodibus habete quod ponitis: ita sane vt nullus sibi aliquid operetur: sed omnia opa vestra in cōi fiant maiori studio atq3 frequentiori alacritate: q̄ si vobis singuli ppria faceretis. Charitas eniz de qua scriptū est q nō querit que sua sunt: sic intelligitur: quia coīa propriis nō ppria cōibus antepo nit. Et iō q̄to amplius rem cōmunē q̄

propria vestra curaueritis: tanto amplius vos proficere noueritis: vt omnibus quibus vtitur transitoria necessitas supereminet quae permanet charitas. Consequens ergo est vt etiam cum his suis filiis: aut aliqua necessitudine ad se pertinentibus in monasterio constitutis aliquam contulerit vestem siue quodlibet aliud inter necessaria deputandum: non occulte accipiatur sed sit in potestate prepositi vt in rem communem redactum cui necesse fuerit prebeatur. Quod si aliquis rem sibi collatam celauerit furti iudicio condemnetur. Indumenta vestra secundum arbitrium prepositi lauentur: siue a vobis: siue a fullonibus ne interiores anime sordes contrahat munde vestis nimius appetitus.

Lauacrum etiam corpori cum infirmitatis necessitas cogit minime denegetur: sed fiat sine murmure de consilio medicine ita vt etiam si nolit iubente preposito faciat quod faciendum est pro salute. Si autem ipse velit et forte non expedit: sue cupiditati non obediatur. Aliquando etiam si noceat: prodesse creditur quod delectat. Denique si latens est dolor in corpore famulo dei dicenti quid sibi doleat sine dubitatione credatur. Sed tamen vtrum sanando illi dolori quod delectat expediat si non est certum medicus consulatur. Neque eant ad balnea siue quocunque ire necesse fuerit minus quam duo vel tres. Nec ille qui habet aliquo eundi necessitatem cum quibus ipse voluerit sed cum quibus prepositus iusserit ire debet. Egrotantium cura siue post egritudinem reficiendorum siue aliqua imbecillitate etiam sine febribus laborantium: vni alicui debet iniungi vt ipse de cellario petat quod cuique opus esse perspexerit. Siue autem qui cellario siue qui vestibus: siue qui codicibus preponuntur: sine murmure seruiant fratribus suis. Codices certa hora singulis diebus petantur extra horam qui petierit non accipiat. Vestimenta vero et calciamenta quando fuerint indigentibus necessaria: dare non differant sub quorum custodia sunt que poscuntur. Lites autem nullas habeatis: aut quam celerrime finiatis: ne ira crescat in odium. et trabem faciat de festuca et animam vestram faciat homicidam: sic enim legitis. Qui odit fratrem suum homicida est. Quicunque etiam conuicio vel maledictio vel etiam criminis obiectu aliquem leserit. meminerit satisfactione quam totius curare quod fecit. et ille qui lesus est sine disceptatione dimittere. Si autem inuicem se leserint inuicem sibi debita relaxare debebunt propter orationes vestras: quas vtique quanto crebriores habetis: tanto saniores habere debetis. Melior est autem qui quamuis ira sepe tenetur: tamen impetrare festinat vt sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam. quam qui tardius irascitur: et ad petendam veniam difficilius inclinatur. Qui autem nunquam vult petere veniam: aut non ex animo petit sine causa est in monasterio: etsi inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite: que si emissa fuerint ex ore vestro: non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta: vnde facta sunt vulnera. Quando autem necessitas discipline in moribus coercendis dicere vos dura verba compellit: si etiam in ipsis modum vos excessisse sentitis: non a vobis exigitur vt a vobis subditis veniam postuletis: ne apud eos quos oportet esse subiectos dum nimium seruatur humilitas regendi frangatur auctoritas: sed tamen petenda est venia ab omnium domino: qui nouit etiam eos quos plus iusto forte corripitis: quanta beniuolentia diligatis. Non autem carnalis: sed spiritualis inter vos debet esse dilectio. Preposito tanquam patri obediatur: multo magis presbytero qui omnium vestrum curam gerit. Ut autem cuncta ista seruentur: et si quid seruatum minus fuerit: non negligenter preteatur: sed emendandum corrigendumque curetur. ad prepositum precipue pertinebit vt ad presbyterum cuius est apud vos maior autoritas referat: quod modum vel vires eius excedit. Ipse vero qui vobis preest: non se existimet potestate dominante: sed potius charitate seruiente felicem. Honore coram vobis prelatus sit vobis timore coram deo substratus sit pedibus vestris. Circa omnes seipsum bonorum operum prebeat exemplum. Corripiat inquietos: consuletur pusillanimes: sustineat infirmos patiens sit ad omnes. Disciplinam libens habeat: metuendus imponat. Et quamuis

vtrunqȝ sit necessariū tñ plus a vobis amari appetat ꝙ timeri: semꝑ cogitās deo se pro vobis redditurum esse rōnē Unde vos magis obediendo non soluȝ vestri sed etiam ipsi⁹ miseremini q̄ inter vos ꝙto in loco superiori: tanto in periculo maiori versatur. Donet de⁹ vt obseruetis hec omnia cum dilectione tanꝙ spūalis pulchritudinis amatores: ꝛ bono xp̄i odore ꝺ bona vr̄a cōuersatiōe fragrātes: nō sicut serui sub lege: sȝ sicut liberi sub gr̄a cōstituti viuatis. Ut aūt vos i libello hoc tāꝙ in speculo possitis inspicere ne per obliuionē aliquid negligatis: semel in septimana vobis legat̄ ꝛ vbi vos inueneritis ea q̄ scripta sunt faciētes. agite gratias domino bonorum omnium largitori vbi autem sibi quicunqȝ vestrum viderit aliquid deesse: doleat de preterito: caueat de futuro: orans vt sibi et debitum dimitatur: et in tentationem nō inducatur. Amē.

¶ Explicit regula sancti Augustini episcopi de communi vita clericorum.

¶ Possidonius calamensis episcopus de vita et moribus sancti augustini hypponensis episcopi quocum annis fere quadraginta vixit.

Incipit prologus. ¶

INspirante deo rerum oim factore et gubernatore deo: mei memor ꝓpositi quo ꝑ grāa salua toris omnipotentis ac per diuine trinitatis fidē seruire decreui: ꝛ antea in vita laicoꝝ et nūc i officio episcopoꝝ: studēs ex quali cūqȝ accepto igenio ꝛ s̄mōe edificatiōi prodesse sctē ac vere xp̄i dn̄i catholice ecclīe: de vita ac moribus predestinati: ꝛ suo tp̄e p̄sentati sacerdotis optimi augustini: q̄ in codē vidi: ab codēꝙ audiui minime reticere debeo. Id enim etiam ante nos factitatū fuisse a religiosissimis sctē matris ecclīe catholicis viris legimus ꝛ cōperimus: q̄ diuino afflati spū sermone ꝓprio atqȝ stilo ꝛ auribus ꝛ oculis scire volētium dicēdo ꝛ scribendo similia: studiosorum notitie intulerunt: quales ꝙtiqȝ viri ex communi domini gr̄a i reb⁹ hūanis ꝛ viuere et vsqȝ in finē obitus perseuerare meruerunt. Idcirco ipe quoqȝ dispēsator oim minim⁹: fide non ficta: qua dn̄o dominātiū omnibusqȝ bonis seruiendū ꝛ placēduȝ est fidelibus: de predicti venerabilis ex ortu viri ꝛ procursu ꝛ debito fine: q̄ per eū didici ꝛ exptus sum ꝙplurimis annis eius inherens charitati vt dn̄s donauerit explicandū suscepi. Uerū sum mā queso maiestatē: quo munus hmōi a me arreptū ita gerā ꝛ pergaȝ: vt nec p̄ris luminū offendā veritatem: nec bonoꝝ ecclīe filioꝝ vlla ex parte fraudar̄ videat charitatē. Nec enim attingā ea omnia insinuare: q̄ idē beatissimus augustinus in suis confessionū libris de se metipso: qualis añ pceptam gr̄am fuerit: qualisqȝ iā sumpta viueret designauit. Hoc enim facere voluit: vt ait aplūs ne de se quisꝙ hoim supra ꝙ se esse nor at aut de se audiuim fuisset crederet vel putaret hūilitatis scāte more vtēs ꝛ iam nulluȝ fallēs sed laudē nō suā: sȝ sui dn̄i de ꝓpria liberatione ac munere querēs ex his videlȝ q̄ iaȝ pceꝑat ꝛ fraternas p̄ces poscēs de his q̄ accipe cupiebat. Sacramētū igr̄ regis ad āgeli ca auctoritate prolatū est: bonū ē abscōdere: opera autē dn̄i reuelare et consiteri honorificum est.

¶ Explicit prologus.

Incipit vita sancti augustini hypponensis episcopi ¶


Ortus igitur beatissimus Augustinus ex prouincia africana ciuitate thagastensi de numero curialium. parentibus honestis et christianis progenitus erat: alitusque ac nutritus eorum cura ac diligentia impensis secularibus literis eruditus apprime omnibus videlicet disciplinis imbutus quas liberales vocant. Nam et grammaticam prius in sua ciuitate et rethoricam i africe capite carthagine postea docuit. consequenti etiã tempore trans mare in vrbe roma. et apud mediolanum vbi tunc temporis imperatoris valentiniani minoris comitatus fuerat constitutus. In qua vrbe tũc episcopatum acceptissimus deo: et i optis viris preclarissimus sacerdos eximius ambrosius. Huius interea verbi dei predicatoris frequentissimis in ecclesia disputationibus astans in populo: intendebat suspensus atque affixus. Uerum aliquando manicheorum apud carthaginem adolescens fuerat errore seductus: et ideo ceteris suspensior aderat: ne quid vel pro ipsa vel contra ipsã heresim diceretur. Sed prouenit dei liberatoris clementia sui sacerdotis ambrosii cor pertractantis. vt contra illum errorem incidentes legis soluerentur questiones: atque ita edoctus sensim atque paulatim heresis illa miseratione diuina eius ex animo pulsa est: protinusque ipse in fide catholica confirmatus est proficiendi in religione eidem amoris ardor tantus innatus est: quo propinquantibus diebus sanctis pasche: salutis aquam perciperet: et factum est diuina prestante opitulatione: vt per illũ talem ac tantum antistitem ambrosium et doctrinã salutarem ecclesie catholice et diuina augustinus perciperet sacramenta. ¶ Moxque ex intimis cordis medullis ad deum cõuersus: spem omnem quã habebat in seculo dereliqt Jam non vxorem: nõ filios carnis: nõ diuitias: non honores seculi querens: sed soli deo cum suis seruire statuit in illo et ex illo pusillo grege esse studens quẽ dñs alloquitur dicens: nolite timere pusillus grex: qm̃ complacuit prĩ vestro dare vobis regnum. vẽdite q̃ possidetis et date elemosinam. facite vobis sacculos non veterascentes: thesauros nõ deficientes in celis: et illud qđ iterum dicit dñs: idẽ vir sctũs facere cupiens: si vis esse perfectus vende oĩa q̃ habes et da pauperibus et habebis thesaurũ in celis et veni sequere me: et super fidei fundamentũ edificare desiderans: non ligna fenum: stipulã: sed aurum: argentum et lapides preciosos. Et erat tũc annis maior triginta sola superstite matre nomine monica sibique adherente: et de suscepto eius proposito seruiendi deo amplius q̃ de carnis nepotibus exultante. Nã eius pater patricius nomine antea defunctus erat. Renũciauit etiam scolasticis quos rethoricam docebat vt sibi magistrum aliũ prouiderẽt. eo q seruire deo ipse decreuisset. Ac placuit ei percepta baptismi grã cũ aliis ciuibus et amicis suis deo pariter seruientibus ad africã et propriam domum agrosque remeare. ad quos veniens. et in quibus constitutus ferme triennio et a se iam alienatis curis secularibus. cum his qui eidẽ adherebant deo viuebat. ieiuniis: orõnibus: bonisque operibus: in lege dñi meditans die ac nocte. Et de his que sibi deus cogitanti atque oranti itellecta reuelabat. et presentes et absentes sermonibus ac libris docebat. ¶ Contigit forte eodem tp̃e: vt quidam ex his quos dicunt agẽtes in rebus apud hypponem regium cõstitutus. bñ xp̃ianus deumque timens cõparata eius bona fama atque doctrina desideraret atque optaret eum videre. promittens se posse mũdi huius omnes contẽnere cupiditates atque illecebras: si aliqñ ex eius ore dei verbũ audire meruisset. Quod cum ad se fideli fuisset relatione delatũ: liberare aiam cupiens ab huius vite periculis morteque eterna: ad memoratam vltro atque confestim venit ciuitatem. et hominem visum allocutus frequentius atque exhortatus est: quantum deus donabat: vt quod deo vouerat reddere

Hec se ille facturũ de die in diẽ pollicebatur. nec tñ in ei⁹ tũc hoc impleuit presẽtia. Sz vacare vtiqꝫ et inane esse nõ potuit: qd̓ p tale vas mundum in honore vtile dño: ad omne opus bonum paratum: in omni loco: diuina gerebat prudentia. Eodẽ itaqꝫ tpe i eccl̃ia hipponẽsi catholica valerius sctũs epatum gerebat. Qui cuz flagitante ecclesiastica necessitate: de prouidendo et ordinãdo presbytero ciuitatis plebem dei alloqueretur ⁊ exhortaretur: iã sciẽtes catholici scti augustini ppositũ ⁊ doctrinam manu iiecta qm̃ ⁊ idẽ i populo secutus ⁊ ignarus quid futurum esset astabat. Solebat aũt laic⁹ vt nobis dicebat ab eis tm̃ ecclesiis q̃ nõ haberẽt epõs suã abstinere presentiã. Eũ ergo tenuerũt et vt in talibus consuetum est epõ ordinandum intulerũt: omibus id vno cum sensu ⁊ desiderio fieri perficiqꝫ petentibus: magnoqꝫ studio et clamore flagitãtibus vberti eo flente: nonnullis quidẽ lacrimas eius vt nobis ipse retulit: tũc superbe interp̃tãtibus: ⁊ tanq̃ eum cõsolantibus ac dicẽtibus: quia locus presbiterii licet ipse maiore dign⁹ esset appropinquaret tñ epatui. Cum ille hõ dei vt nobis retulit maiori consideratione intelligeret ⁊ gemeret: q̃ multa et q̃ magna sue vite pericula de regimine ⁊ gubernatione ecclesie impendere ac prouidere spectaret: atque ideo fieret. Et eorum tunc vt voluerunt completum est desiderium. Factus ergo presbiter monasteriuz intra ecclesiam mox instituit: ⁊ cum dei seruis viuere cepit sm̃ modum ⁊ regulam sub sanctis apostolis cõstitutã: maxime vt nemo quicq̃ propriũ i illa societate haberet sed eis essent omnia cõmunia: ⁊ distribueretur vnicuiqꝫ prout cuiqꝫ op⁹ erat: quod iaz ipse prior fecerat: dum de transmarinis ad sua remeasset. 3 Sctũs vero vir erius ordinator eius vt erat vir piissimus ⁊ deũ timẽs: exultabat: ⁊ deo gratias agebat: suas exauditas a domino fuisse preces: quas se frequentissime fudisse narrabat scꝫ vt sibi diuinit⁹ homo cõcederet talis: q̃ posset verbo dei ⁊ doctrina salubri ecclesiam dei edificare: cui rei se homo natura grec⁹: minusq̃ latina lingua ⁊ literis instructus minus vtilẽ peruidebat: ⁊ eidem pbr̃o potestatẽ dedit corã se in ecclesia euangeliũ predicandi ac freq̃ẽtissime tractãdi: contra vsum quidẽ ⁊ consuetudinez africanarũ ecclesiarũ. vnde etiã ei nõnulli epi detrahebant. Sed ille vir venerabilis ac prouidus in orientalibus ecclesiis id ex more fieri sciens: vtilitati ecclesie consulens obtrectatorũ non curabat linguas: dũmodo factitaret a presbitero qd̓ a se epõ impleri minime posse cernebat. Vñ accensa et ardens eleuata sup cãdelabrum lucerna omnib⁹ qui in domo erant lucebat. Et postea currẽte ⁊ volante huiusmodi fama bono precedente exemplo accepta ab episcopis potestate p̃sbiti nonnulli coram epis populis tractare ceperunt v̓bũ dei. Sane tunc in illa hypponẽsi vrbe manicheorũ pestilẽtia q̃ plurimos ciues et pegrinos infecerat ⁊ penetrauerat seducẽte ⁊ decipiẽte eiusdẽ heresis quodaz p̃sbiro noie fortunato: ibidẽ cõuersante atqꝫ morante. Interea hypponẽses ciues ⁊ pegrini christiani tam catholici q̃ etiam donatiste adeunt augustinum pbr̃m: atqꝫ deposcũt: vt illuz hoiem manicheorum pbr̃m quẽ doctum credebãt videret: ⁊ cũ eodẽ d̓ lege tractaret. Ad idẽ vt scriptũ ẽ: paratus ad respõsionẽ omni poscenti se rationẽ de fide et spe que in deo ẽ: potẽsqꝫ exhortari in doctrina sana: ⁊ cõtradicẽtes redarguere minime renuit: sed vtrum etiam hoc fortunatus fieri vellet sciscitat⁹ est. At illi confestim ad ipsum fortunatum id detulerunt: petẽtes et exhortantes ac flagitantes q̃ id minime recusaret. Sane qm̃ idez fortunatus iam apud carthaginẽ sanctum nouerat augustinum adhuc in eodẽ secum errore constitutum: cum eodem congredi pauitabat. A Verumtamẽ suorum maxie instãtia coact⁹ ac verecundatus: promisit comin⁹ se eẽ vẽturũ: certamẽqꝫ disputãdi subiturũ

Unde cōdicto die ꝛ loco conuenerunt i vnum cōcurrentibus ꝙplurimis viris studiosis: turbisq; curiosis: ꝛ apertis notarioꝝ tabulis: disputatio est cepta primo: ꝛ secundo finita est die. In qua ille manicheus preceptor vt segestoruꝫ continet fides: nec catholicam assertionem potuit euacuare: nec manicheorū sectam subnixa veritate valuit comprobare: sed deficiens responsione vltimo collaturum se cum suis maioribus: ea que refellere non potuit prosecutus est ꝛ si sibi forte de his satis minime fecissent sue anime consulturum atq; ita ab omnibus apud quos magnus ꝛ doct⁹ videbatur: nihil valuisse in sue secte assertione iudicatus est. Qua ille confusione affectus: ꝛ sequēti tēpore de hypponensi ciuitate profectus ad eandem amplius nō remeauit: ac sic per memoratum dei hominem omnium cordibus vel qui aderant vel qui absentes illa q̄ gesta sunt cognouerant: error ille ablatus: catholica est intimata: ac comperta sincera religio. Et docebat ac predicabat ille priuatim ꝛ publice: in domo ꝛ in ecclesia salutis verbum cum omni fiducia aduersus africanas hereses: maximeq; contra donatistas: manicheos: ꝛ pelagianos: libris confectis: et repetitis sermonibus ineffabiliter admirantibus christianis et colletantibus et hoc ipsum vbi poterant non tacentibus: sed diffamantibus. Sicq; adiuuante domino leuare i africa ecclesia catholica exorsa est caput: que multo tēpore illis conualescentibus hereticis precipueq; rebaptisātē conati parte maiorem multitudinem afrorum seducta ꝛ oppressa iacebat. Libros vero eiusdem siue tractatus mirabili dei gratia procedētes ac ꝓfluentes: instructos oī rōnis copia atq; auctoritate sanctarum scripturaꝝ ipsi quoq; heretici concurrentes: cum catholicis ingenti ardore audiebant ꝛ quisquis vt voluit et potuit notarios adhibens etiam ea que dicebantur excepta descripsit. Et inde iam per totuꝫ africe corpus preclara doctrīa odorq; suauissimus christi diffusa et manifestata est: congaudente hoc quoqꝫ comperto ecclesia dei transmarina. Quoniam sicut dum patitur vnum membrum cōpatiuntur omnia membra: ita etiam cū glorificatur vnum membrum: congaudent omnia membra. B

Per idem tempus corā episcopis hoc illi iubentibus qui plenarium totius africe consiliū hyppone agebant: de fide ꝛ simbolo presbyter adhuc Augustin⁹ disputauit. Ille vero beatus senex valerius ceteris ex hoc amplius exultās: ꝛ deo gratias agens de concesso sibi speciali beneficio: metuere cepit: vt est humanus animus ne ab alia ecclesia sacerdos probatus ad episcopatum quereretur. ꝛ sibi auferretur. Nam et id prouenisset nisi et hoc idem episcopus cognito ad locum secretum eum transire curasset: occultatumqꝫ a querentib⁹ minime inueniri fecisset. Unde ampli⁹ formidans idem venerabilis senex: et sciens se corpore et etate infirmissimuꝫ egit secretis literis apud primateꝫ episcopum sedis carthaginensis allegans imbecillitatem corporis sui: etatisqꝫ ꝗuitatem: et obsecrans vt hypponensi ecclesie ordinaretur episcopus: qui sue cathedre non tam succederet: sed consacerdos accederet augustinus. Que igitur beatus Ualerius optauit et rogauit: satagens rescripto īpetrauit. Post quam petitionem ad visitandum aduenientе ad ecclesiam hypponensem tunc primate numidie megalio calamensi episcopo et valerius antistes episcopis qui forte tunc aderant et clericis omnibus hypponensibus: et vniuerse plebi inopinatam cunctis suam insinuat tunc voluntatem: omnibusqꝫ audientibus et gratulantibus: atqꝫ id fieri perficiqꝫ ingenti desiderio clamantibus: episcopatum suscipere contra morem ecclesie suo viuente episcopo presbiter augustinus recusabat. Dumqꝫ id fieri solere ab oībus suaderet: atqꝫ id ignaro trāsmarinis ꝛ africanis ecclie exemplis ꝓbaret: cōpuls⁹ atqꝫ coact⁹ succu

buit et episcopatus curam ꝛ maioris loci ordinationem suscipit. Quod in seipso postea fieri non debuisse: vt viuo suo episcopo ordinaretur: et dixit et scripsit: propter consilii vniuersalis vetitum: quod iam ordinatus didicit: nec quod sibi factum esse doluit: aliis fieri voluit. ¶ Unde etiam fategit: vt conciliis constitueretur episcoporum: ab ordinatoribus deberi ordinandis vel ordinatis omnium statuta sacerdotum in noticiam esse deferenda. Atqꝫ ita factum est vt episcopatu suscepto multo instantius ac feruentius maiore auctoritate non adhuc in vna tantum regione: sed vbicumqꝫ rogatus venisset verbum salutis eterne alacriter ac suauiter pullulãte atqꝫ crescente domini ecclesia predicabat: paratus semper poscentibus reddere rationem de fide et spe que cum deus est: et eius dicta atqꝫ excepta maxime donatiste in eadem hypponensi vel vicina manẽtes ciuitate ad suos episcopos deferebant. Que cum audissent ꝛ econtra forte aliquid dicerent: aut a suis refellebatur: aut eadem res ad sanctum augustinum deferebatur: eaqꝫ comperta patienter ac leniter vt scriptum est: cum timore ꝛ tremore salutem omniuꝫ operabatur. Ostendens ꝙ nihil illi refellere voluerint. ꝙꝫ verum manifestumqꝫ sit quod ecclesie dei fides tenet ꝛ docet. Et hec diebus ac noctibus ab eodem iugiter agebantur. Nam ꝛ epistolas priuatas ad quoscunqꝫ eiusdem erroris episcopos ꝛ eminentes scilicet laicos dedit: ratiõe reddita admonẽs atqꝫ exhortans: vt ab illa se prauitate corrigerent: vel certe ad disputationes venirent. Illi vero causa diffidentie nihil vnꝗꝫ rescribere voluerunt: sed irati furiosa loquebantur: atqꝫ seductoreꝫ deceptoremqꝫ animarum augustinum esse: et priuatim et publice conclamabant: et velut lupum occidendum esse i defensionem gregis scilicet sui dicebant et tractabant: omniaqꝫ peccata a deo indubitanter esse credendum posse dimitti his qui hoc facere ac perficere potuissent: nec deum timentes nec homines erubescentes. Et vt eorum causa diffidentie cunctis innotesceret elaborauit: ꝛ publicis gestis conuenti non sunt ausi conferre. Habebant etiam iidem donatiste per suas pene omnes ecclesias inauditum hominum genus peruersum ac violentum: velut sub professione continentium ambulantes qui circũcelliones dicebãtur. Et erant in igenti numero et turba per omnes fere africanas regiones constituti. Qui malis imbuti doctoribus audacia superba ꝛ temeritate illicita nec suis nec alienis aliquãdo parcebant: contra ius fasqꝫ in causis iterdicentes hominib⁹ ꝛ nisi obedissent damnis grauissimis et cedibus afficiebant: armati diuersis telis: bachantes per agros villasqꝫ vsqꝫ ad sanguinis effusioneꝫ accedere nõ metuentes. Sed dum verbum dei sedulo predicaretur: ꝛ cum his qui oderunt pacem pacis ratio haberetur: illi paceꝫ loquentem debellabant gratis.

¶ Cunqꝫ aduersus eorum dogma veritas innotesceret qui volebant et poterant sese inde vel eripiebant vel subducebant: et paci atqꝫ vnitati ecclesie cum suis quibus poterant coherebãt. Unde illi sui erroris congregationem minui videntes: atqꝫ augmentis ecclesie inuidentes: accensi exardescebãt ira grauissima et intolerabiles persecutiones vnitati ecclesie compacti faciebant. Ipsisqꝫ sacerdotibus catholicis ꝛ ministris aggregationes diurnas atqꝫ nocturnas direptionesque rerum omnium vi inferebant. Nam ꝛ multos dei seruos cedibus debilitauerunt: aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos miserunt: aliosque occiderunt. Unde etiã suis iidẽ donatiste rebaptizatores in odium veniebant. Proficiẽte ꝓ doctrina diuia sub sctõ ꝛ cuꝫ sctõ augustino in monasterio deo seruiẽtes ecclie hypponẽsi clerici ordinari ceperunt: ac deinde innotescente et clarescẽte de die in diem ecclesie catho

lice predicationis veritate: sanctorum que seruorum dei proposito continentia et paupertate profunda: ex monasterio quod per illum venerabilem virum et esse et crescere ceperat: magno deside- rio poscere atque accipere episcopos et clericos pax ecclesie atque vnitas et cepit primo et postea consecuta est. illam fer me decem quos ipse noui sanctos ac ve nerabiles viros continentes et doctissi mos beatus augustinus diuersis eccle siis nonnullis quoque eminentioribus ro- gatus dedit. Similiterque et ipsi ex illo rum sanctorum proposito venientes do mini ecclesiis propagatis: et monasteria instituerunt: et studio crescentes edifica tionis verbi dei ceteris ecclesiis promo- tos fratres ad suscipiendum sacerdoti um prestiterunt. Unde per multos et in multis salubris fidei spei et charitatis ecclesie innotescente doctrina: non solum per omnes africanas partes: verum eti am in transmarinis et per libros editos atque in grecum sermonem translatos ab illo vno homine: et per illum multis fa- uente deo multa innotescere meruerunt Atque hinc vt scriptum est peccator videns irascebatur: dentibus suis frendebat et tabescebat: serui autem christi vt dictum est cum his qui oderunt pacem erant pacifici et cum loquerentur debellabantur gratis ab eis. Aliquoties vero etiam vias arma tas iidem circumcelliones contra famulum dei augustinum obsederunt: dum forte iret ro gatus ad visitandas instruendasque et ex hortandas catholicas plebes: quod ip se frequentissime faciebat. E

Et aliquando contigit vt illi succenturiati hac tenus perderent captionem. Euenit quidem dei prouidentia sed ductoris hominis errore: vt per aliam viam cum suis co- mitibus sacerdos quo tendebat venis set: atque per hunc quem postea cognouit er rorem: manus impias euasisset: et cum in omnibus liberatori dei gratias egis/ set illi omnino suo more nec laicis nec clericis pepercerunt: sicut publica testantur gesta. Interea silendum non est quod ad lau dem dei per illius tam egregii in eccle sia viri studium domusque dei zelum ad uersus predictos rebaptizatores donati stas gestum et perfectum est. Cum for/ te vnus ex his quos de suo monasterio et cle ro episcopus ecclesie propagauerat: ad suam curam pertinentem calamensis ecclesie diocesim visitaret: et que didi- cerat pro pace ecclesie contra illam he resim predicaret: factum est vt in me- dio itinere eorum insidias incurrisset: et per vasum cum omnibus illi comitan tibus: sublatis animalibus et rebus: in iuriis et cede grauissima eum affecis- sent. De qua re ne pacis ecclesie ampli us impediretur profectus: defensor ec clesie inter leges non siluit. Et prece ptus est crispinus qui iisdem donatistis in calamensi ciuitate et regione episco pus fuit: predicatus scilicet et multi tem poris et edoctus ad multam teneri aua riciam publicis legibus presentatus con tra hereticos constitutam. Qui resul- tans legibus. cum presentatus apud pro consulem se negaret hereticum obruta est necessitas: vt illis recedente ecclesie defensore a catholico episcopo resiste- retur: et conuinceretur quod esse se fu/ isse negauerat: quoniam si ab eodem dissimularetur forte catholicus episco pus ab ignorantibus crederetur: illo se quod erat negante: atque ita ex hac desidia infirmis scandalum nasceretur Et memorabili augustino antistite om nimodis instante ad controuersiam am bo ipsi calamenses episcopi venerunt et de ipsa diuersa communione tertio con flictu secum egerunt: magna populo- rum christianorum multitudine cause exitum: et apud carthaginem et per to tam africam expectante: atque ille cri spinus proconsulari et libellari senten tia est pronunciatus hereticus. Pro quo illo apud cognitorem catholicus epi- scopus intercessit: et ne auaricia mul- ta exigeretur ei est beneficium impe- tratum. F

Un- de cum ingratus ad piissimum princi- pem prouocasset: ab imperatore relatio ni deditum est responsum solutum: et conse

quenter pceptuȝ. nullo prorsus loco hereticos donatistas esse debere: ⁊ eos ad vim legum oim contra hereticos latarum vbiqȝ teneri debere. Ex quo et iudex propter officium et idem crispin⁹ qꝫ minime fuerat exactus: precepti sūt duas auri libras fisci iuribus inferre. Sed ptinus opera data est per catholicos epos: precipue per sancte memorie augustinū vt illa omnium condēnatio principis dimitteretur indulgentia. Et dn̄o adiuuante perfectum est. Qua diligentia ⁊ sancto studio multum creuit sancta ecclesia. Et his omnib⁹ pro pace ecclesie gestis. augustino dn̄s et hic palmam dedit: et apud se iustitie coronam reseruauit: ac magis magisqȝ iuuāte xp̄o de die i diē augebatur: ⁊ multiplicabatur pacis vnitas ⁊ ecclesie dei confraternitas. Et id maxime factum est post collationē q̄ ab vniuersis epis catholicis apud carthaginē cū eisdem donatistarum epis postmodū facta est: adiuuante gloriosissimo ⁊ religiosissimo imperatore honorio: propter quod perficiendū etiā a suo latere tribunū ⁊ notariū marcellinū africā iudicem miserat. In qua controuersia illi omnib⁹ modis cōfutati: atqȝ de errore a catholicis conuicti: sentētia cognitoris notati sunt. ⁊ post eoꝝ appellationē piissimi regis responso: iuste inter hereticos cō demnati sunt. Ex qua ratiōe notati sūt solito amplius eoꝝ epi: qui cū suis clericis ⁊ plebibus non communicauerūt Et pacem tenentes catholicā: multas eorum persecutiones vsqȝ ad mēbroꝝ amputationē ⁊ internecionē. Et totuȝ illud bonum vt dixi per sctm̄ illū hoieȝ consentienbus nr̄is epis ⁊ parit satagētibus ⁊ ceptū ⁊ pfectū ē. Porro autem post illā q̄ cū donatistis facta est collationem: non defuerunt qui dicerent per missos non fuisse eosdem epos apud potestatem que causam audiuit dicere omnia pro suis partibus: qm̄ catholice communionis cognitor sue faueabat ecclesie: licet hoc deficientes ⁊ victi ad excusationem iactarent. qn̄quidem ⁊ ante controuersiā ȝ iūdē heretici catholice communionis eūdem esse nouerunt: et dum ab eodē conuenirent publicis gestis: qꝫ ad collationem occurrerent ⁊ se esse facturos prosecuti sunt. Poterant vtiqȝ suspectum eum habētes: recusare cōgressū. Tū oipotētis dei prestitit auxilium: vt postea in cesariensi mauritanie ciuitate constitutus venerabilisime morie Augustinus: quo eum venire cuȝ aliis epis sedis apostolice littere compulerunt: ob terminandas videlicet alias ecclesie necessitates. ¶ Hac ergo occasione puenit vt emeritū eiusdem loci donatistarū epm: quem sue secte precipuū in illa collatiōe habuerāt defensorem viderent: ⁊ cuȝ eodeȝ publice in ecclesia populo astante diuerse cō munionis ex hoc ipso disputaret: et prouocaret gestis ecclesiasticis: vt qđ forte sicut dicebant prosequi potuit in collatione: sed permissus non fuerat: in p̄senti sine alicuius potestatis prohibitione aut potentia secur⁹ dicere minime dubitaret: ⁊ in sua ciuitate suis omnibus presentibus ciuibus fiducialiter ppriā defendere cōmunionē non denegasset: Ille nec hac hortatione nec suoꝝ parētum ⁊ ciuium instanti petitione id facere voluit: qui ei pollicebantur se ad ei⁹ redituros cōionem. etiam cum discrimine patrimonioꝝ: salutisqȝ sue tēporalis: si modo catholicam superaret assertionem. At ille amplius dicere illis gestis nihil voluit: nec valuit nisi tantum iam illa inquit gesta continentur apud carthaginē inter epōs cōfecta vtrum vicerimus an victi fuerimus. Et dum a notario alio loco vt responderet amoneretur ⁊ reticeret: ei⁹ cunctis manifestata diffidentia ecclīe dei augmēta ac firmata prouenerunt. Quisqs ergo diligentiam ⁊ operam beatissime memorie augustini p ecclesie dei statu cognoscere plenius voluerit: etiam illa pcurrat gesta: et inueniet que vel qualia protulerit quibus illuȝ doctum eloquētem ⁊ predicatum hominem prouocaret. hortatusqȝ fuerit vt pro sue defēsione partis quod vellet ediceret. illumqȝ victum cognoscet. Scio ego non solum

ipse possidonius presul qui vitã hanc conscripsi. verũ etiã alii fratres ꝛ cõserui qui nobiscũ tunc intra hipponeñ. ecclesiam: cũ eodem sancto viro viuebãt nõbis pariter ad mẽsam constitutis eũ dixisse. Aduertistis hodie i ecclia meũ sermonẽ eiusq initiũ ꝛ finẽ cõtra meã consuetudinẽ ꝓcessisse: qm̃ non eam rẽ terminatam explicuerĩ quã ꝓposuerã sed pendentẽ reliquerĩ. Cui respondimus. Ita nos in tp̃e miratos fuisse scimus ꝛ recognoscimus. At ille. Credo sit ꝙ forte aliquẽ errantẽ in populo dominus per nr̃am obliuionẽ ꝛ errorẽ doceri ꝛ curari voluerit. In cuius manus sunt et nos ꝛ sermones nostri. ꝟ Nam cum propositę questionis latebras ptractarẽ: in aliũ sermonis excursum perrexi. atq3 ita non conclusa vel explicata questione disputationem terminaui magis aduersum manicheorũ errorem. Unde nihil dicere decreuerã disputans q̃ de his q̃ asserere ꝓ posuerãt. Et post hec nisi fallar: ecce alia die vel post biduũ venit quidã firmus nomine negociator: ꝛ intra monasterium sedente sancto augustino coram nobis ad pedes eius genibus ꝓuolutus se se iactauit lachrymas fundens: ꝛ rogãs vt pro eius delictis sacerdos cum suis dñm deprecaretur. confidens ꝙ manicheorum sectã secutus fuisset: ꝛ in eaq plurimis annis vixisset: ꝛ propterea pecuniam multã ipsis manicheis vel eis quos dicunt electos incassu3 erogasset ac se in ecclesia per dei misericordiam fuisse eius tractatibus nuper correptũ atq catholicum factum. Quod ꝛ ipse venerabilis Augustinus ꝛ nos qui tũc aderamus ab eodem diligenter inquirentes: ex qua re potissimum in illo tractatu sibi fuerit satisfactum: ꝛ reuerente eo nobisq omnibus sermonis serie3 recognoscentibus: profundum consiliũ dei pro salute animarum admirantes ꝛ stupentes glorificauimus sctm̃ eius nomẽ ꝛ benediximus. q cũ voluerit: ꝛ vñ voluerit: ꝛ quõ voluerit: ꝛ p scientes ꝛ per nescientes aiaru3 opatur salutem Ex eo ille hõ proposito seruorũ dei adherens negociatoris dimisit actionem ꝛ proficiens in ecclesie mẽbris: in alia regione ad presbyterii quoq dei volũtate petitus ꝛ coactus accessit officiũ tenens atq custodiens propositi sctĩtatem. Et forte adhuc vsq3 nunc i rebꝰ humanis viuit trans mare cõstitutus Apud carthaginẽ quoq3 deũ p quẽdã domꝰ regie procuratorẽ noĩe vrsũ fidei catholice hoiem ad quosdã manicheorum quos electos vel electas dicunt blasphemis operibus presentes peruenıretur atq3 ad ecclesiã ab eodẽ deducerentur ꝛ perduceretur ab ep̃is ad tabulas auditi sunt. Inter quos etia3 sãcte memorie augustinus fuit. qui pre ceteris illam execrabilem secta3 nouerat: ꝛ eoꝝ prodẽs eiusmodi damnabiles blasphemias ex locis librorũ quos illi accipiunt manichei: vsq3 ad confessionem earũdẽ blasphemiarum eos pduxit: ꝛ q̃ inter se illi suo more malo indigna ꝛ turpia facere consueuerunt a feminarũ illarũ velut electarũ proditiõe illis ecclesiasticis gestis declaratũ est. Atq3 ita pastoꝝ diligentia dñico gregi ꝛ augmẽtũ accessit. ꝛ aduersus fures atq3 latrones defensio competẽs procurata est. Cũ quodã etiã felice de numero eorũ quos electos dicunt fidem manichei. quiq3 hipponẽ venerat eũdẽ seminaturus errorem publice in hipponeñ. ecclesia notariis excipiẽtibꝰ disputauit beatus Augustinus populo astãte. Et post scdm vel tertiam collationez ille manicheus frustrata vanitate ꝛ errore illius secte ad nostra3 conuersus est fidem atq3 ecclesiam: sicut eadẽ relecta docere poterit scriptura. ꝟ

Preterea cum quodam etiam pascentio comite domus regie arriano: q per auctoritatem sue psone fisci vehementissimus exactor fidem catholica3 atrociter ac iugiter oppugnabat: ꝛ q̃ plurimos sacerdotes dei simpliciori fide viuentes dicacitate ac potestate exagitabat: ꝛ perturbabat presentibus honoratis et nobilibus viris apud

carthaginem ab illo prouocatus coram contulit. Sed idem hereticus tabulas atqꝫ stilum: quod magister noster ꝛ ante congressum ꝛ in congressu instantissime fieri volebat: ne adessent omnimodo recusauit. Et duꝫ id pernegasset: dicens ꝙ legum metu publicarum periclitari tabulis scriptis nollet: inter positis stilo ꝛ tabulis Augustinus episcopus dum suis qui aderant consacerdotibus vt absqꝫ vlla scriptura priuatim disputarēt collationem suscepit: predicens quod post modum contigit ꝙ post solutum conuentum esse cuiqꝫ posset liberum arbitrium forte dicere. nullo scripture documēto de dixisse qđ forte non dixerit: vel non dixisse quod dixerit. Beatus Augustinus miscuit cum eodem sermonem: atqꝫ asseruit quid crederet: ꝛ ab illo quid teneret audiuit ꝛ vera ratione atqꝫ auctoritate scripturarum probata docuit: ꝛ ostēdit nostre fidei firmamenta. Illius autem asserta nulla veritate: nulla scripturaruꝫ sāctarum auctoritate diffulta docuit ꝛ frustrauit. Et vt a se inuicem partes digresse sūt: ille magis magisqꝫ iratus ꝛ furens mendacia multa profide sua falsa iactabat: victum esse a se ipso proclamans: multoruꝫ ore laudatum augustinum. Que cum illum venerabilem virum minime laterent: coactus est ad ipsum scribere pascentium propter illius metum omissis nominibus conferentium: et in eis litteris quicquid inter partes dictuꝫ vel gestum fuerat fideliter intimauit: ad ea si negarentur probāda magnam testium habens copiam clarissimos scilicꝫ atqꝫ honorabiles qui tunc aderant viros Atqꝫ ille ad duo sibi directa scripta: vnum vix reddidit rescriptum in quo magis iniuriam facere: ꝙ sue secte rationem valuit declarare. Quod a volentibus et a valentibus legere comprobatur. Cum ipsorum quoqꝫ arrianorum episcopo quodam maximino cum gothis ad africam veniente apud hipponeꝫ ꝙ pluribus volentibus atqꝫ petentibus et preclaris interpositis viris contulit: ꝛ quid singule asseruerint partes scriptum est. Que si studiosi diligenter legere voluerint proculdubio indagabunt ꝛ quid callida ꝛ irrationabilis heresis ad seducendum ꝛ decipiēdum profiteatur: ꝛ quid ecclesia catholica de diuina teneat ꝛ predicet trinitate. k Sed ille hereticus de hyppone rediens carthaginem de sua multa i collatione loquacitate victorem se de ipsa collatione recessisse iactauit ꝛ mentitus est. Que vtiqꝫ non facile a diuine legis ignaris examinari ꝛ diiudicari possent a venerabili viro augustino sequenti tempore stilo: ꝛ illius totius collatiōis de singulis obiectis ꝛ responsis facta est recapituiatio. Et ꝙ nichil ille obiectis referre potuerit: nichilominus demōstratum est additis supplementis que in tēpore collationis augusto cuncta inferri ꝛ scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequicia hominis: vt sua nouissima prosecutione multum longissima totum quod remanserat diei spacium occuparet. Aduersus pelagianistas ꝙ qꝫ nouos nostrorum temporum hereticos ꝛ disputatores callidos arte magis subtili noxia scribentes: ꝛ vbicūqꝫ poterant ꝛ publice ꝛ per domos loquētes: per ānos ferme decem laborauit: librorum multa condens ꝛ edens ꝛ in ecclesia populis ex eodē errore frequētissime disputans. Et quoniam iidem peruersi sedi apostolice per suam ambitionem eandam perfidiam persuadere conabantur: instantissime etiam consiliis affricanis sanctorum episcoporum gestum est: vt sancto pape vrbis rome: ꝛ prius venerabili inocentio: ꝛ postea sancto zosimo eius successori persuaderetur: ꝙ illa secta catholica fide ꝛ abominanda ꝛ damnanda fuisset. At illi tāte sedis antistites suis diuersis temporibus eosdem notātes: atqꝫ a membris ecclesie pcidentes: datis litteris africanas occidētis ꝛ oriētis ecclias: eos anathematizādos ꝛ deuitātos ab oībus ca

tholicis censuerunt. Et hoc tale de illis ecclesie dei catholice prolatum iudicium etiam piissimus imperator honorius audiens ac sequens: suis eos legibus damnatos inter hereticos haberi debere constituit. Unde nonnulli ex eis ad sancte matris ecclesie gremium vnde resilierant redierunt: et adhuc alii redeunt innotescente et preualescente aduersus illum detestabilem errorem recte fidei veritate. Et erat ille memorabilis vir Augustinus precipuum dominici corporis membrum: circa vniuersalis ecclesie vtilitatem sollicitus semper peruigil. Et illi diuinitus donatum est: vt de suorum laborum fructu etiam in hac vita gaudere prouenisset. prius quidem in hipponensi ecclesia et regione cui maxime presidebat vnitate ac pace perfecta. deinde in aliis africe partibus siue per seipsum siue per alios et quos ipse dederat sacerdotes pullulasse: et multiplicatam fuisse domini ecclesiam peruidens: illosque manicheos donatistas: pelagianistas: et paganos magna parte defecisse et ecclesie dei sociatos esse congaudens ¶

Profectibus quoque et studiis fauens erat: et exultans bonorum omnium indisciplinationem pie ac sancte tolerans fratrum ingemiscensque de iniquitatibus malorum: siue eorum qui intra ecclesiam: siue eorum qui extra ecclesiam sunt constituti: dominicis: vt dixi: lucris semper gaudens: et damnis merens. Tanta autem ab eodem dictata et edita sunt: tantaque in ecclesia disputata excepta atque emendata: vel aduersus diuersos hereticos conscripta: vel ex canonicis libris exposita: ad edificationem sanctorum ecclesie filiorum: vt ea omnia vix quisquam studiosorum nosse et perlegere sufficiat. Uerumtamen ne veritatis auidissimos in aliquo fraudare videamur statui deo prestante in huius opusculi fine etiam eorundem librorum tractatuum et epistolarum indiculum adiungere. Quo lecto qui magis dei veritatem quam temporales amant diuitias sibi quisque quod voluerit ad legendum et cognoscendum eligat: et id ad scribendum: vel de bibliotheca hipponensis ecclesie petat vbi emendatiora exemplaria forte potuerit inuenire: vel vnde voluerit inquirat: et inuenta describat et habeat: et petenti ad describendum sine inuidia etiam ipse tribuat. Secundum apostoli quoque sententiam dicentis. Audet quisquam vestrum aduersus alium negocium habens iudicari ab iniquis et non apud sanctos. An nescitis quia sancti mundum iudicabunt. Et si in vobis iudicatur mundus. indigni estis iudiciorum minorum. Nescitis quia angelos iudicabimus. Nedum secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis inter vos: eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam vobis loquor. Sic non est inter vos quisquam sapiens qui possit inter fratrem suum diiudicare: sed frater cum fratre iudicio contendit. et hoc apud infideles. Interpellatus ergo beatus augustinus a christianis vel a cuiuscunque secte hominibus: causas audiebat diligenter ac pie. Cuiusdam vero sententiam ante oculos habens dicentis se malle inter incognitos quam inter amicos causas audire: eo quod de incognitis pro quo arbitrata equitate iudicaretur amicum posset acquirere. De amicis vero vnum esset contra quem sententia proferretur perditurus. Et eas aliquando vsque ad horam refectionis: aliquando autem tota die ieiunans: semper tamen noscebat et dirimebat: intendens in eis christianorum momenta animorum quantum quisque vel in fide bonisque operibus proficeret: vel ab his deficeret. Atque compertis rerum opportunitatibus diuine legis veritate partes docebat: eamque illis inculcabat: et eos quo adipiscerentur vitam eternam edocebat et ammonebat: nihil aliud querens ab his quibus ob hoc narrabat nisi tantum obedientiam et deuotionem christianam: que et deo debetur et hominibus: peccantes coram omnibus arguens: vt ceteri timorem haberent. Et faciebat hoc tanquam speculator a domino constitutus domui israel: predicans verbum atque instans opportune: importune arguens: hortans: increpans: in omni longanimitate et doctrina: precipueque operam

bans istruere eos qui essēt idonei ꝛ alios docere. Rogatus quoqꝫ a nonnullis in eorū tpalibus causis eplas ad diuersos dabat. M Sꝫ hāc suā a meliorib⁹ rebus occupationē tāꝙ angariā deputabat: suauē semꝑ hñs de his que dei sunt vel allocutioneꝫ vel collationem fraterne ac domestice familiaritatis. Nouimus quoqꝫ eum a suis charissimis līarum intercessum apud seculi ptātes postulatum nō dedissꝫ: dicenteꝫ: cuiusdā sapientis seruādā esse sniam: de quo scriptuꝫ essꝫ ꝙ multa sue fame cōtemplatiōe amicis non pstitisset. Et illud nihilominus suum addēs quoniam plerumqꝫ ptās q̄ pstat pmit. Cum ꝟo intercedēdū esse rogatus videbat: tam id honeste ac tpate agebat: vt nō soluꝫ onerosus ac molestus non videret verū etiā mirabilis extitissꝫ. Nā dum exorta necessitate suo more apud quēdam africe vicariū noīe macedonium: pro supplice līis intervenissꝫ atqꝫ ille paruissꝫ: hoc mō rescriptū misit. Miro modo afficior sapiētia tua: ꝛ illis q̄ edidisti ꝛ in his q̄ interueniēs pro reis mitere non grauaris. Nam ꝛ illa tātuꝫ habēt acuminis scie ꝛ scītatis vt nichil supra sit: ꝛ hec tātuꝫ verecūdie vt nisi faciā quod mandas culpam penes me remanere nō inegocio eē diiudicē: dñe merito venerabilis ꝛ suscipiende pat: Nō enī instas quod plerīqꝫ hoīes isti⁹ loci vi faciūt: vt quodcūqꝫ sollicit⁹ petitor voluerit extorqās: sꝫ qd tibi a iudice tot curis obstricto petibile visuꝫ fuerit: ammones ꝛ rogas subseruiēte verecundia: q̄ maxima difficiliuꝫ inter bonos efficatia est. Proinde statim commendatis effectū desiderii tribui. Nam sperādi viam ante patefecerā Sctōrū cōsilia sacerdotū ꝑ diuersas prouīciasce lebrata cum potuit frequētauit: non in eis q̄ sua sūt: sꝫ q̄ Jesu Christi q̄rēs: vt vel fides sctē ecclesie catholice inuiolata maneret: vl nōnulli sacerdotes ꝛ clerici siue ꝑ fas siue per nefas excommunicati vl absoluerent vl abicerent. In ordinandis vero sacerdotibus ꝛ clericis consensum maiorem christianorum ꝛ consuetudinem ecclesie sequendū esse arbitrabatur. Vestes eius ꝛ calciamenta ꝛ lectualia ex moderato ꝛ competenti habitu erant: nec nitida nimiū nec abiecta plurimum: quia his plerūqꝫ vel iactare se insolenter homines solent: vel abiicere: ex vtroqꝫ non que iesu Christi sꝫ que sua sūt iidem querentes. At iste beatus vt dixi medium tenebat: neqꝫ in dexteram neqꝫ in sinistrā declinans. Mensa vsus est frugali ꝛ parca: que quidem inter olera ꝛ legumina etiam carnes aliquando propter hospites vel quosqꝫ infirmiores continebat. Semper autem vinū habebat: quia nouerat ꝛ docebat vt apostol⁹ dicit ꝙ omnis creatura dei bona sit: ꝛ nichil abiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur sanctificatur enim per verbum dei ꝛ orationem. Et vt ideꝫ sctūs augustinus in suis confessionum libris posuit dicens. Non ego immundiciam obsonii timeo: sed immundiciam cupiditatis. Scio eniꝫ noe omne genus carnis quod cibo essꝫ vsui manducare permissum: heliam cibo carnis refectum iohannem mirabili abstinentia preditum animalibus hoc est locustis in escaꝫ cedentibus non fuisse pollutum. Scio et esau lenticule concupiscentia deceptū ꝛ dauid propter aque desideriū a seipso reprehensum: ꝛ regem nostrum non de carne sed de pane eē temptatum. Ideo qꝫ ꝛ populus in heremo non quia carnes desiderauit: sed quia esce desiderio contra deum murmurauit. meruit improbari. O De vino autem sumendo apli extat snia ad thimotheū scribētis ac dicētis. Noli vsqꝫ adhuc aquam bibere: sed vino modico vtere propt stomachum ꝛ freqntes tuas infirmitates. Coclearibus tm̄ argēteis vtēs cetera vasa quibus mēse inferebant cibi: vl testea vl lignea vel marmorea erant: non tamē necessitatis iopia: sꝫ proposito voluntatis. Sꝫ ꝛ hospitalitatē sēp exhibuit. Et in ipā mensa magis lectionē vl disputationē ꝙ epulationē potationēqꝫ diligebat: ꝛ contra pestilētiam humane cōsuetudinis in ea ita

scriptum habebat. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam. Hanc mē sam indignā nouerit esse sibi. Et ideo oēm cōuiuā a superfluis ꝛ noxiis fabulis ꝛ detractionibus sese abstinere debere ammonebat. Nam ꝛ quosdam suos familiarissimos coepōs illius scripture oblitos: ꝛ cōtra eā loquentes tam aspe re aliqñ reprehendit commotus vt diceret: aut delendos esse illos de mensa versus: aut se de media refectiōe ad su um cubiculum surrecturum. Qd ego ꝛ alii qui illi mēse interfuim⁹ experti su mus. Pauperū vero semp memor erat: eisq͂ inde erogabat vn̄ ꝛ sibi suisq͂ oibus secū habitātibus erogabat. hoc ē vel ex redditib⁹ possessionū eccl'ie. vel etiā ex oblationibus fideliū. Et cū for te vt assolet de possessionibus ipsis inui dia clericis fieret: alloquebat plebam dei: malle se ex collationibus plebis dei viuere q̄ illarū possessionū curā vel gu bernationē pati: ꝛ paratum se esse illis cedere: vt eo modo oēs dei serui et ministri viuerēt: quo in veteri testamento legunt altari deseruientes de eodē cō participari. ¶ Sꝫ nūq͂ id laici suscipere voluerūt. Dom⁹ ecclesie curā omnemq͂ substātiā ad vices valentiori bus clericis delegabat ꝛ credebat: nun q̄ clauē: nunq͂ anulū in manu habēs: sed ab eisdē domus prepositis cuncta ꝛ accepta ꝛ erogata notabantur. Que anno completo eidem recitabātur: quo sciretur quantū acceptum quātumq͂ dispēsatū fuisset: vel quicqd indispensa tum vel dispensādū remāsisset: ꝛ i mul tis titulis: magis illi⁹ prepositi domus fidē sequēs q̄ pbatū magnifestatūq͂ cognoscēs. Domū ꝟo vel agrū seu vil lā nūq͂ emere voluit. Verū si forte ec clesie a quoq͂ sponte tale aliquid vl' do naretur vel titulo legati dimitteret nō respuebat sed suscipi iubebat. Nam ꝛ aliquas cum hereditates recusasse no uimus: non qꝛ paupib⁹ inutiles esse pos sent: sꝫ qm̄ iustū ꝛ ecquū esse videbat: vt a mortuorū vel filiis vel parētibus: vel affinibus magis possiderentur: quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt

Quidā etiā ex honoratis hypponēsiū ꝛ apud carthaginē viuens eccl'ie hippo nensi possessionē donare voluit: ꝛ confe ctas tabulas sibi vsufructu retento vltro eidem sancte memorie augustino misit. ¶ Cuius ille oblationem libenter accepit: congratulans ei q͂ eterne sue memor esset salutis. Verum post aliquot annos nobis forte cum eodem cōminus constitutis ecce ille donator lr̄as p filium suum mittēs rogauit vt ille donationum tabule suo filio redderent: paupibus vero ero gādos dixerit solidos centum. Quo il le sctūs cognito: ingemuit hoiē vel fin xisse donationē: vel cum de bono opere penituisse: ꝛ quanta potuit deo suggerēte cordi eius: condolenti animo ex ea dē refragatione dixit i illi⁹. s. increpatio nē ꝛ correctionē. Et tabulas quas ille sponte miserat: nec desideratas nec ex actas confestim reddidit: pecuniamq͂ illam respuit. atq͂ rescriptis eundem si cut optuit ꝛ arguit ꝛ corripuit: admonēs vt de sua simulatiōe vel iniquitate cum penitētie humilitate deo satisface ret: ne cum tam graui dilecto de seculo exiret. Frequētius ꝟo dicebat magis securius ac tutius ecclam legata a de functis dimissa debere suscipere q̄ hereditates forte sollicitas ꝛ dānosas: ipsa q͂ legata magis offerenda esse q̄ exi gēda. Commēdata ꝟo q͂q͂ ipse non suscipiebat sꝫ volētes suscipe clericos nō prohibebat. In his quoq͂ q̄ eccl'ia habebat ꝛ possidebat itentus amore vel i plicatus cupiditate non erat sꝫ maiori bus magis ꝛ spūalibus suspensus ꝛ in herēs rebus. vix aliqñ seipsum ad ista tpalia ab eternorū cogitatiōe relaxabat ꝛ deponebat. Quibusq͂ illis dispositis ꝛ ordinatis tanq͂ a rebus mordacibus etiā modestis: animi recursū ad iteriora mentis ꝛ superiora faciebat: quo vl' de inueniendis rebus cogitaret: vel de iam inuentis aliqd dictaret: aut certe ex iā dictatis atq͂ trāscriptis aliqd men daret. ¶ Et id agebat idie labo rās ꝛ inocte lucubrās. Et erat tāq͂ illa religiosissima maria: typū gestās sup

ne ecclesie: de qua scriptũ est: q̄ sederet ad pedes dñi: atq; intenta verbum eius audiret: de qua soror conquesta q̄ ab eadẽ circa multuz ministeriũ occupata non adiuuaretur audiuit. Martha martha sollicita es: elegit optimã partẽ maria q̄ nõ auferetur ab ea. Nam fabricaꝝ nouarum nunq̄ studiũ habuit. deuitans in eis implicationem sui animi: quẽ semp liberum habere volebat ab omni molestia tpali. Non tñ illa volẽtes ⁊ edificantes ꝓhibebat nisi tm̃ immoderatos. Interea dum ecclesie pecunia deficeret: hoc ipsum populo xp̄iano denũciabat: non se habere qđ indigentibus erogaret. Nam ⁊ de vasis dñicis propter captiuos: ⁊ q̄plurimos indigẽtes frangi ⁊ cõflari iubebat et indigentibus dispẽsari. Quod non commemorassem nisi contra carnalẽ sensum quorundam fieri peruiderẽ. Et hoc ipsum etiam venerabilis memorie ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciẽdum ⁊ dixit ⁊ scripsit: sed et inde de neglecto a fidelib⁹ gazophilatio ⁊ secretario vnde altari necessaria inferuntur: aliquãdo in ecclesia loquẽs admonebat: quod etiam beatissimum ambrosiũ se presente in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat. Cũ ipso semper clerici: vna etiam domo ac mensa: sumptibusq; communibus alebantur et vestiebantur. Et ne quisq̄ facile iuratione etiam ad periurium decidisset: ⁊ in ecclesia populo predicabat et suos instituerat ne quis iuraret: nec ad modicum quidem. Quod si prolapsus fuisset vnam de statutis perdebat portionem. Numerus enim erat suis secuz commorantibus et conuiuantibus poculorum prefixus. S

Indisciplinationes quoq; ⁊ trãgressiones suorum a regula recta ⁊ honestate et arguebat ⁊ tolerabat: quantum decebat et oportebat. In talibus precipue docens ne cuiusq̄ cor declinaretur in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et duz quisq; offerret munus suum ad altare: ⁊ illic recordatus fuisset q̄ frater suus haberet aliquid aduersus illum relinquendum esse munus ante altare: atq; eundem fratrem esse reconciliandum: et tunc veniendum et munus ad altare offerenduz. Si vero ipse aduersus fratrem suum aliquid haberet: corripere eum debere in parte: et si eum audisset lucratus esset suum fratrem. Si minus adhibendum esse vnum aut duos: q̄ si ⁊ ipsos contemneret: ecclesiam adhibendam. Si vero ⁊ huic non obediret: esset illi vt ethnicus et publicanus. Et illud addens: vt fratri peccanti et veniaz petenti: non tantum septies sed septuagesies septies delictum relaxetur: sicut quisq; a domino quotidie sibi postulat relaxari. Femina autem intra domum eius nulla penitus vnquam conuersata est: nulla mansit: nec quidem germana soror: que vidua deo seruiens multo tempore vsq; in diem obitus sui preposita ancillarum dei vixit. Sed neq; patrui sui filie: et fratris sui filie que pariter deo seruiebant: quas personas sanctorum episcoporum concilia in exceptis posuerunt.

T Dicebat vero quia et si de sorore ⁊ neptibus secum commorantibus nulla nasci possit mala suspitio: tamen quoniam ille persone sine aliis necessariis secumq; manentibus feminis esse non possent: et q̄ ad eas etiam alie a foris intraret: de his posse offendiculum aut scandalum infirmioribus nasci: et illos qui cum episcopo vel quolibet clerico forte manerent: ex illis omnibus feminarum personis posse vna commorantibus aut aduentantibus tentationibus humanis posse perire: aut certe malis hominum suspitionibus pessime diffamari. Ob hoc ergo dicebat nunq̄ debere feminas cum seruis dei etiam castissimis in vna manere domo: ne vt dictum est aliquod scandalum vel offendiculuz hoc tali exemplo poneretur infirmioribus.

Et si forte ab aliquibus feminis vt videretur vel salutaretur rogabatur: nũq̄ sine clericis testib⁹ ad eum intrabãt vel solus cum solis vnq̄ est locutus:

nisi secretorũ aliquid interesset. In vi sitationibus vero modum tenebat ab ap̄lo diffinitũ: vt non nisi pupillos ꝛ viduas in tribulationibus constitutas visitaret. Et si forte ab egrotantibus ob hoc peteretur vt p̄ eis in presenti deum rogaret: eisq̧ manus imponeret sine mora pergebat. Feminarum autem monasteria nõ nisi vrgẽtibus necessitatibus visitabat. Seruanda quoq̧ in vita ꝛ moribus hoīs dei referebat q̄d in institutis sctẽ memorie ambrosii comperierat: vt vxorem cuiq̧ nũq̧ posceret neq̧ militare volentẽ ad hoc cõmendaret: neq̧ in sua patria petitũ iret ad cõniuiũ. De singulis rebus prestãs cãs. s. nedũ inter se coniugati casu iurgarent ꝛ eũ maledicerent p̄ quẽ cõiũcti essent. Sed plane ad hoc sibi iam illis cõsentientibus petitũ interesse debere affirmabat sacerdotẽ: vt vel eoꝝ iam pacta ꝛ placita firmarent: vel benedicerẽtur. Et ne militie cõmendatus suam culpã male agens suffragatori tribueret.

V Et ne per frequentiã i patrie cõuiuiis ꝯstitutus tẽpantie amitteretur modus. Indicauerat quoq̧ nobis se predicti ꝛ beate memorie viri in vltimo vite constituti audisse sapiẽtissimum ꝛ piissimũ respõsum: ꝛ multum laudabat ac predicabat. Nam cũ ille venerabilis vltima iaceret egritudine: ꝛ a fidelibus honoratis lectos ei⁹ astantib⁹ ꝛ vidẽtibus eũ de seculo migraturũ ad deũ. ꝛ ob hoc merentib⁹ tanti ac talis antistitis ecclãm posse priuari verbi ꝛ sacramenti dei dispensatiõe: cum lachrymis rogaret vt sibi a dño vite posceret commeatũ: eum illis dixisse. Non sic vixi vt me pudeat inter vos viuere: sed nec mori timeo q̄ꝛ bonum dñm habem⁹. Et in his noster augustinus senex elimata ac librata admirabat ꝛ laudabat verba. Jõ eniꝫ eũ dixisse intelligendũ est. nec mori timeo q̄ꝛ bonũ dñm habemus: ne crederetur presidẽs de suis purgatissimis moribus presumpsisse. Nec sic vixi vt me pudeat int̃ vos viuere. Hoc eniꝫ dixerat ad illud quod homines de homine nosse poterant. Nam sciens examen equitatis diuine: de bono domino se dicit magis q̄ꝫ de meritis suis confidere. Cui etiam in oratione quotidiana dñica dicebat. Dimitte nobis debita nostra sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. X Cuiusdã quoq̧ coep̄i ꝛ familiarissimi sui amici in extremis vite de talib⁹ frequẽtissimũ referebat dictũ: ad quẽ cum visitandũ iam morti appropinquãtẽ ventitasset: ꝛ ille manus gestu se de seculo exiturũ significaret atq̧ a se illi esset responsuꝫ adhuc eum ecclesie necessarium viuere posse: illum ne putaretur huius vite teneri cupiditate respondisse ei. Si nũq̄ꝫ bene. Si aliquando quare non modo? Et talem sententiam mirabatur ꝛ laudabat hominem protulisse: deum quidem timentem: veruntamen in villa natum ꝛ nutritum: sed non multa lectionis eruditum scientia. Illud etiaꝫ cuiusdam egrotantis dictum afferebat episcopi. de quo sanctus in epistola sua quã de mortalitate scripsit martyr. Ciprianus ita retulit dicens. Cum quidã de collegis ꝛ consacerdotibus nostris infirmitate defessus ꝛ de appropinquãte morte sollicitus: commeatum sibi p̄caretur: astitit depcanti: ꝛ iam pene morienti iuuenis honore ꝛ maiestate venerabilis statura celsus ꝛ clarus aspectu ꝛ quẽ astantẽ sibi vix posset humanus aspectus oculis carnalibus ītueri: nisi q̄ talem videre iam poterat de seculo recessurus. Atq̧ ille non sine quadam animi ꝛ vocis indignatione infremuit ꝛ dixit. Pati timetis. Exire non vultis quid faciam vobis? Ante proximuꝫ vero diem infirmitatis obitus sui a se dictatos ꝛ editos recẽsuit libros: siue eos quos primo tempore conuersionis sue adhuc laicus: siue quos presbyter: siue quos ep̄s dictauerat: ꝛ quecũq̧ in his recognouit aliter q̄ꝫ sese haberet ecclesiastica regula a se fuisse dictata ꝛ scripta cuꝫ adhuc ecclesiasticũ vsum min⁹ sciret. minusq̧ itelligeret: a semetip̄o ꝛ reprehensa ꝛ correpta sunt. Y Unde etiam duo conscripsit volumina quoꝝ est titulus de recẽsione librorum

Preereptos etiam sibi quosdam libros ante diligentiorē emēdationē a nōnullis fratribus conquerebatur. licet eos postmoduz emendasset. Imperfecta etiā quedā librorū suoruz preuentus morte dereliquit. Quiqꝫ prodesse omnibus volens: ꝛ volentibus multa librorum legere: ꝛ nō valentibus. ex vtroqꝫ diuino testamento veteri ꝛ nouo premissa prefatiōe ꝑcepta diuina seu vetita ad vite regulam pertinētia excerpsit: atqꝫ ex his vnum codicem fecit vt qui vellet legeret atqꝫ in eo vel ꝙ obediens deo inobediensqꝫ esset agnosceret: et hoc opus voluit speculuz appellare. Uerū breui cōsequenti tēpore diuina voluntate et potestate prouenit: vt manus ingēs diuersis telis armata et bellis exercitata immanium hostium vuādalorū et alanorum commixtā secū habens gothorum gentem: aliarūqꝫ diuersarū gentiū personas ꝛ hyspanie partibus: transmarinis nauibus africe influxisset et irruisset: vniuersaqꝫ per loca mauritaniarū etiam ad alias nostras transiens prouicias et regiones: omni seuiens crudelitate ꝛ atrocitate cūcta que potuit expoliatione cedib⁹ diuersisqꝫ tormētis incendiis aliisqꝫ innumerabilibus ꝛ ifādis malis depopulata ē: nulli sexui: nulli parcens etati: nec ipsis dei sacerdotibus vel ministris: nec ipsis ecclesiarum ornamentis seu instrumentis vel edificiis. ꝫ Et hāc ferocissimaz hostiū grassationē ꝛ vastationē ille homo dei: ꝛ factā fuisse ꝛ fieri nō vt ceteri hoīes sentiebat ꝛ cogitabat: sed altius et profundius ea considerans et in his animarū ꝑcipue vel pericula vel mortē preuidens solito amplius ꝙ vt scriptū est: q̄ apponit scientiaz apponit doloreꝫ et cor intelligens quasi tinea ossib⁹ fuerunt ei lachryme panes die ac nocte amarissimamqꝫ et lugubrem pre ceteris sue senectutis. iam pene extremam ducebat ac tolerabat vitam. Uidebat enī ille hō dei ciuitates excidio perditas pariter cum edificiis: villarumqꝫ habitatores alios hostili nece extinctos: alios effugatos atqꝫ dispersos ecclesias sacerdotibus ac ministris destitutas virginesqꝫ sacras: ꝛ quosqꝫ continentes vbiqꝫ dissipatos: ꝛ ī his alios defecisse tormentis: alios gladio interemptos esse: alios in captiuitate perdita animi ꝛ corporis integritate ac fidei. malo more ac duro hostib⁹ deseruire. Cernebat quoqꝫ hymnos dei ꝛ laudes ꝺ ecclesiis deperisse. edificia ecclesiarum ꝙ pluri-mis locis ignibus concremata esse solēnia quoqꝫ q̄ deo debentur de propriis locis defecisse. sacrificia etiam sacramenta diuina vel non queri vel querēti quī tradat non facile reperiri. in ipsas montium siluas ꝛ cauernas petrarū et speluncas confugientes: vel ad quascūqꝫ munitiones: alios fuisse expugnatos ꝛ interfectos: alios ita necessariis sustentaculis euolutos atqꝫ priuatos: vt fame contabescerent. ipsosqꝫ ecclesiarum prepositos ꝛ clericos: qui forte dei beneficio vel eos non incurrerant: vel incurrētes euaserant: rebus omnibus expoliatos atqꝫ nudatos egētissimos mēdicare nec eis omnibus ad omnia quibus fulciendi essent subuenire posse. Uix tres superstites videbat ex inumerabilibus ecclesiis: hoc est carthagineñ. hypponeñ. ꝛ circenseñ. q̄ dei beneficio excise non sunt: et earuꝫ ꝑmanent ciuitates: ꝛ diuino ꝛ humano fulte presidio: licet post eius obitum vrbs hypponeñ. incolis destituta ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hec mala cuiusdam sapientis sententia cōsolabatur dicentis. Non erit magnus magnum putans ꝙ cadūt ligna ꝛ lapides ꝛ moriuntur mortales: Hec ergo oīa ille: vt erat alte sapiens: quotidie vbertī flebat. Accreuitqꝫ meroribus ꝛ lamentationibus eius: vt etiam adhuc in suo statu ꝯsistenteꝫ ad eādeꝫ hypponensiū regiorū ciuitateꝫ ab iisdeꝫ hostibus veniret obsidenda: quoniam in eius tunc defensiōe fuerat cōstitutus comes quīdam bonifacius cum gothorum quondam federatus exercitu. quam vrbem ferme. xiiii. mensibus cōclusam obsederunt. Nam ꝛ litus illi marinū interclusione abstulerunt. Quo etiam nos ipsi

de vicino cuz aliis nostris coepiscopis confugeramus: in eadēq3 omni obsidionis tpe fuimus. Ubi nobiscum sup his infortuniis sepissime colloquebamur: & dei tremēda iudicia pre oculis nostris posita cōsiderabamus dicentes. Justus es dñe: & rectum iudiciū tuū. Pariterq3 dolentes gemētes & flentes orabamus miserationum patrē & deū omnis consolationis: vt de eadē nos tribulatione subleuare dignaretur. ¶ Et forte prouenit & vna cū eodē ad mēsaz cōstitutis & inde cōfabulātibus: cepit coram nobis dicere. Noueritis me hoc tēpore nostre calamitatis deum rogare: vt aut hanc ciuitatem ab hostibus circundatā liberare dignetur: aut si aliud ei videtur: suos seruos ad pferēdā suā volūtatē fortes faciat. aut certe vt me de hoc sclo ad se accipiat. Que ille dicens nosq3 instruens: deinceps cum eodē & nos cum nostris oibus: & ipsi qui i eadē fuerant ciuitate a summo deo similiē petebamus. Et ecce tertio illius obsidionis mense decubuit lecto febribus fatigatus: & illa vitima exercebaē egritudine. Nec suuz sane dñs famulū fructu sue precis fraudauit. Nam & sibi ipsi & eidē ciuitati quod & lachrymosis depoposcit precibus: in tempore impetrauit. Noui quoq3 eundez & presbyterum & epm p qbusdaz energuminis petentibus vt oraret rogatum: eūq3 in oratione lachrymas fundentē deum rogasse: & demones ab hominibus recessisse. Itemq3 ad egrotantē & lecto vacātem quendam cuz suo egroto venisse & rogauisse vt eidem manū imponeret vt sanus esse posset. eūq3 respondisse. si aliquid in his posset sibi hoc vtiq3 primitus prestitisset: & illum dixisse visitatuz se fuisse: sibiq3 per somnium dictum eē. Uade ad augustinum epm vt eidē manum imponat: & saluus erit. Quod dū comperisset facere non distulit: & illum infirmum continuo dñs sanuz ab eodē discedere fecit. Interea reticenduz minime est: cum memorati impenderent hostes: a sancto viro quoq3 nostro coepiscopo thabennensis ecclesie honorato litteris fuisse consultum vtrum nam illis aduentātibus ex ecclesiis episcopis vel clericis recedenduz esset: an nō eiq3 rescriptis insinuasse qd magis ab illis romane euersoribus esset metuēdum. Quam eius epistolam huic scripture inserere volui. Est enim sacerdotū dei & ministrorū moribus valde vtilis & necessaria. Isto mō rescriptū ē ad eundē ab eodē. ¶ Sancto frī & coepiscopo honorato augustinus i domino salutem. Charitati tue misso exēplo epistole quam fratri quodiuuldeo nro coepo scripsi. putabam me hoc onere caruisse quod mihi imposuisti: qrendo consilium quid in his periculis que in tpa nostra venerunt facere debeatis Quāuis eni eplam illam breuiter scripserim: nihil in ea tñ ptermisisse me arbitror. qd & respondenti dicere & querēti audire sufficeret. quādo quidez dixi nec eos esse prohibēdos qui ad loca: si possunt: munita migrare desiderant: et ministerii nri vincula: quibus nos xpi charitas alligauit: ne deseramus ecclesias quib9 seruire debemus. nō eē rumpenda. Ista quippe vba sūt que in illa epistola posui. Restat q inquam vt nos quoruz ministeriū qtulecūq3 plebi dei vbi sum9 manēti: ita necessariū est vt sine hoc eā nō oporteat remanere: dicamus dño. Esto nobis i deū ptectorē: & in locū munitū. Sed hoc consiliuz tibi ppterea nō sufficit vt scribis: ne cōtra dei preceptū facere nitamur: vbi fugiēduz esse de ciuitate in ciuitatem monet. Recolim9 eni vba dicētis. Cū aūt psequētur vos in ciuitate ista: fugite in aliam Quis aūt credit ita hoc dñm fieri voluisse in necessario misterio sine quo viuere nequeunt deseranē greges: qs suo sanguine cōparauit. Nūqd nā hoc ipe fecit qn se portantib9 in egiptum parētibus puulus fugit: q nōdum ecclesias congregauerat: quas ab eo desertas fuisse dicamus? Nūqd qn apls paul9 ne illum cōprehēderet inimicus per fenestram in sporta summissus est per murum & effugit manus eius deserta est que ibi erat ecclesia necessario ministe

rio: ꝛ nō ab aliis fratribus ibidem cōsti tutis qđ oportebat impletū est. Eis quippe volentibus hoc apl's fecerat vt seipsum seruaret eccl'ie: quē proprie p̄secutor ille querebat. Faciāt ergo serui Christi ministri verbi ꝛ sacramēti ei⁹ qđ precepit: ipse siue permisit. Fugiāt omnino de ciuitate in ciuitatem qñ eorū quisq̄ specialiter a persecutoribus queritur: vt ab aliis q̄ non ita q̄runt non deseratur ecclesia: sed p̄beant cibaria cōseruis suis quos aliter viuere nō posse nouerūt. D Cū aūt omniū .i. ep̄orum ꝛ clericoꝝ ac laicorum est cōmune periculū. hi qui aliis idigēt nō deserāt ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes trāseāt aut qui habent remanendi necessitatem nō relinquantur ab his per quos eorum est ecclesiastica supplēda necessitas vt aut pariter viuant aut parit' sufferant qđ eos pater familias vult p̄peti. Quod si cōtigerit vt siue alii maius siue alii minus siue omēs equalit' patiātur qui eorum sint qui pro aliis patiantur apparet. illi .s. qui cum se possēt a talibus malis eripere fugiendo: ne aliorum necessitatem desererēt manere voluerūt. Hic maxime p̄batur illa charitas quam iohannes apostolus cōmendat dicēs. Sicut Christus aiam suā p̄ nobis posuit sic ꝛ nos debemus pro fratrib⁹ aias ponere. Nam qui fugiunt vel suis deuicti necessitatib⁹ fugere nō possūt: si cōprehensi patiātur pro seipsis nō pro fratribus vtiq̄ patiuntur. Qui v̄o propterea patiunt̄ q: fr̄es q̄bis ad xp̄ianā salutē indigebant deserere noluerunt. sine dubio suas animas pro fratribus ponunt Unde illud quod coepiscopum quēdā dixisse audiuimus. si dn̄s nobis imperauit fugam in eis p̄secutorib⁹: vbi potest esse fructus martyrii: q̄nto magis debemus fugere steriles passiōes q̄n est barbaric⁹ ꝛ hostilis icursus verū. est q̄ dē ꝛ acceptabile: s; his q̄ ecclesiastici officii nō tenēt vicula. Nam q̄ clades hostiles iō nō fugit cū possit effugere ne deserat ministeriū xp̄i sine q̄ nō possūt homines vel fieri vel viuere xp̄iani: maiorem charitatis inueniet fructū q̄ qui nō p̄pter fratres sed propter seipsū fugiēs atq̄ comprehēs⁹ nō negat Christū suscipitq̄ martyriū. E Quid ē q̄ qđ in ep̄la tua priore posuisti? Dicis ei si in ecclesiis p̄sistendum est: qd sim⁹ nobis vel pp̄lo profuturi: nō video: nisi vt ante oculos n̄ros viri cadant: femie cōstuprent̄: incēdant̄ eccl'ie: nos ipsi tormētis deficiamus: cum de nobis q̄ritur qđ non habemus. Potens est quidem de⁹ audire preces familie sue: ꝛ hec q̄ formidātur auertere: nec ideo tn̄ propter ista que incerta sunt debet nostri officii certa fieri desertio: sic quo est plebi certa p̄nicies. non in reb⁹ vite hui⁹: sed alterius q̄ incōparabiliter diligenti⁹ sollicitiusq̄ curāda ē. Nā si certa essēt ista mala q̄ timent̄ ne in locis in q̄b⁹ sumus forte cōtigāt: prius inde fugerēt hoies propter q̄s ibi manēdū est: ꝛ nos a manēdi necessitate liberos redderēt. Non eni quisq̄ est q̄ dicat ministros manere oportere: vbi ia; non fuerint q̄b⁹ necesse sit ministrare. Ita q̄dā sancti ep̄i de hyspania profugerunt: prius plebibus p̄tim fuga lapsis: p̄tim peremptis: partim obsidione consūptis: p̄tim captiuitate disp̄sis. S; multo plures illic manētib⁹ p̄pter q̄s manerent sub eorūdē p̄iculo rū dēsitate māserūt. Et si aliq̄d deseruerūt plebes suas: hoc est qđ dicim⁹ fieri nō debere. Neq̄ eni talis docti auctoritate diuina: sed hūano vl' errore decepti vel timore sunt deuicti. Cur eni sibi putant indifferenter obtemperandu; esse precepto: vbi legunt de ciuitate in ciuitatē eē fugiēdū: ꝛ mercēnariū nō exhorrent q̄ videt lupū veniētē; ꝛ fugit: q̄m non est ei cura de ouibus. Cur nō istas duas dn̄icas verasq̄ sententias: vnā .s. vbi fuga sinit̄ aut iubet̄ alterā. vbi arguit̄ ꝛ culpat̄ sic intelligere student: vt inter se repiant̄ nō eē ꝯtrarie: sic nō sūt F Et hoc quō repitur nisi attēdat̄ qđ iā sup̄ius disputaui. tunc de locis in quibus sumus premente persecutione fugiēdum eē Christi minīris: q̄n ibi aut plebs Christi nō fuerit cui ministretur. aut potest impleri per alios ne-

D Uñ igit' exoriar. ab auctoritate a rōe Nature q̄dē ordo ita se hꝫ vt cū aliq̄d discimꝰ ronē pcedat auctoritas. Nā īfirma rō videri pt q̄ cū reddita fuerit auctoritatē postea per quam cōfirmet' assumit. Sꝫ qr caligantes hoim mentes consuetudine tenebrarum quibus in nocte peccatoꝝ vitioꝝq; valant' ꝑspicuitati sinceritatiq; rōnis aspectū idoneum ītēdere nequeunt: saluberrime cōparatum est vt ī lucē veritatis aciē titubētē veluti ramis hūanitatis opacatā īducat auctoritas Sꝫ qm̄ cū his nobis res ē q̄ oīa cōtra ordinē ⁊ sentiūt ⁊ loquunt' ⁊ gerūt: nihilq; aliud maxime dicunt nisi rōnem prius esse reddēdā: morē illis gerā: et qđ fateor in disputādo viciosum esse suscipiā. Delectat eniꝫ me imitari quātū valeo in ꝯsuetudinem dñi mei iesu xp̄i: q̄ etiā ipius mortis malo quo nos exuere voluit indutus est. Ratiōe igit' queramꝰ quēadmodū sit homini viuendum. Btē certe oēs viuere volumꝰ neq; quisq̄ est in hominū genere qui non huic sententie anteq; plane sit emissa consentiat. Beatus autem quantum existimo neq; ille dici potest qui non habet quod amat qualecunq; sit. neq; quid habꝫ quod emat si noxiū sit. neq; qui non amat quod habet etiam optimum sit. Nam qui appetit quod adipi

sci nō potest cruciatur. Et qui adept⁹ est quod appetendū non est fallitur: ⁊ qui non appetit quod adipiscendum esset egrotat. Nihil autem istorum animo contingit sine miseria. Nec miseria ⁊ beatitudo in homine vno simul habitare consueuerunt. Nullus igitur illorum beatus est. Quantum restat vt video: vbi beata vita inueniri queat cū id quod est hominis optimum ⁊ amatur ⁊ habetur. Quid enim est aliud qđ dicimus frui: nisi presto habere quod diligis? Neq̄ quisq̄ beatus est qui nō fruitur eo quod est hominis optimum nec quisq̄ qui eo fruitur non beatus. presto ergo esse nobis debet optimum nostrum si beate viuere cogitamus.

Sequitur vt queramus quid sit hominis optimum quod profecto deterius esse q̄ ipse homo non potest. Quisquis enim quod seipso est deterius sequitur fit ⁊ ipse deterior. Oportet autem omnem hominem id quod optimum ē sequi. non est igitur homine deterius hominis optimum. Fortasse tale aliquid erit quale ipse homo est. Ita sit sane si nihil est homine melius quo pfrui possit. Si autē inuenimus aliquid quod ⁊ homine sit excellentius ⁊ presto esse amanti sese homini possit: quis dubitauerit homini ad id intendendum eē vt beatus sit: quod eoipso qui nititur manifestum est esse prestantius? Nā si id est beatum esse: ad tale bonum peruenisse quo amplius non potest: id est autem quod dicimus optimum: quo tandem pacto potest in ea diffinitione includi qui ad summum bonum suū nondum peruenerit? Aut quomodo summum est si est aliquid melius quo peruenire possum⁹? Hoc igitur si est tale esse oꝫ: quod non amittat inuit⁹ ēt si retinere id āplectiq̄ voluerit. Quisq̄s aūt de bono quo fruitur non cōfidit in tanto timore amittendi beatus esse qui potest? E Queramus igitur quid sit homine meli⁹ qđ profecto inuenire difficile est nisi pri⁹ cōsiderato atꝫ discusso quid sit ipē homo. Nec nūc diffinitionē hominis a me postulandā puto. Illud est magis qđ mihi hoc loco querēdū videt: cū inter omnes pene constet: aut certe id qđ satis est inter me atq̄ illos cum quibus nūc agit hoc conueniat ex aīa ⁊ corpore nos esse ꝯpositos. qr est ipse hō verū ꝫ hoꝝ que nominaui an corp⁹ tantummodo: an tantummodo anima q̄q̄ eñ duo sint anima ⁊ corpus ⁊ neutrū vocaretur homo si non esset alterum. nāꝫ neq̄ corpus homo sine anima: nec rurs⁹ aīa homo sit: si ea corp⁹ nō animaret fieri tamen potest vt vnum horum ⁊ habeatur homo ⁊ vocetur. quid ergo hominem dicimus: animam ⁊ corpus tanq̄ bigas vel centaurum: an corp⁹ tantum quod sit in vsum anime se regētis tanq̄ lucernam: non ignem simul ⁊ testam: sed testam solam tantū propter ignem appellamus: aut nihil aliud hominē: q̄ aīaꝫ dicim⁹: sed propter corp⁹ quod regit veluti equitem non simul equum sed ⁊ hominem solum ex eo tātum q regendo equo sit accōmodat⁹ vocamus. Difficile est istam controuersiam diiudicare: aut certe oratione lōgum est. Quem laborem ac moram suscipere ac subire non opus est. Siue enim vtrumq̄ siue anima sola: nomē hominis teneat: non est hominis optimum quod optimus est corporis: sed qđ aut corpori simul ⁊ anime: aut soli anime optimum est: id est optimum hominis. Corporis autem si querimus quid optimum sit id certe ratio cogit fateri p quod fit vt sese corpus quam optīe habeat. Nihil est autem optimum quem vegetat corpus anima melius atq̄ prestatius. Est ergo summum corporis bonum non voluptas eius: non indolentia: non vires: nō pulchritudo: nō velocitas: ⁊ si quid aliud in bonis corporꝫ numerari solet: sed omnino anima.

Nam ex ista que cōmemorata sunt presentiam suam exibent corpori: ⁊ quod antecellit omnibus: vitam. Quāobrēꝫ non videtur mihi animam esse summum hominis bonum. siue animam simul ⁊ corpus siue animam solam hominem dicimus. Summū bonū id pro

uenit rō qđ ē corpe meli⁹ ⁊ q̄ ei vigor⁊ vita prebet. ¶ Ita siue corpus ⁊ aīa siue aīa ipsa p se hō sit:i ueniendū ē siquid aīa; p̄cedit ipa; qđ cum anima sequitur sit in suo genere q̄ potest optima. Quod si reperire potuerimus:id erit profecto qđ ābagib⁹ remotis omnibus summu; hois bonum iure meritoq; noīandū est. At si corp⁹ est homo quin hominis optimū aīa ipsa sit recusare non possū. Sed certe cū de moribus agitur cū querim⁹ quinā vite modus sit tenēd⁹ vt btitudinē possimus adipisci:nō corpori precepta dātur non corporis inuestiganda ē disciplina. Postremo bonos mores ea nr̄a pars actura est que inquirit ⁊ discit:⁊ hec aīe sunt ppria. Non igit de corpe cū de virtute obtinenda satagim⁹ q̄stio est. Qđ si est cōsequēs:sicuti est:vt ip̄; corp⁹ cū ab aīe regit q̄ virtut; cōpos est:multo ⁊ melius regatur ⁊ honesti⁹ coq; optime sese habeat q̄ est optia illa q̄ sibi iusta lege dn̄at:id erit hois optimū qđ aiam optimā facit:ēt si hoie; corpus vocem⁹. An vero si mihi auriga obtēperans equos qb⁹ preest agit ac regit commodissime atq; ipse q mihi est obedientior mea liberalitate pfruitur:negare quisq̄ pōt non solum q auriga verū q equi sese optime habent mihi deberi? Itaq; siue tm̄ corp⁹ siue tm̄ aīa. siue vtrumq; homo sit non mihi maxime q̄rendu; videtur:ni si qđ aiam faciat optimā:nam eo percepto non pōt hō non aut optime: aut certe multo melius sese hr̄e q̄ si hoc vnū defuisset. Nemo aūt dubitauerit q virt⁹ aiam faciat optimā :sed rectissime q̄ri pōt vtrū illa virtus etiam p se:an nisi in aīa esse non possit? ¶ Oboritur iter; altissima ⁊ longissimi sermonis indigēs questio:sed hoc bene vtar fortasse compendio. Spero deum affuturum vt q̄tum imbecillitas nr̄a patit de tantis rebus:nō tm̄ dilucide: sed etiam breui doceamur. Quodlibet enim harum sit siue etia; per se eē possit virtus sine anima:siue nisi aīe inesse non possit:pculdubio aliqđ aīa sequitur:vt virtutē assequat. Id erit aut ipa aīa:aut virtus:aut aliquid alter;. At si seipsam sequit vt virtutē adipiscat stultum nescio quid sequitur. Stulta ē enim ante adeptam virtutē. Summa sunt aūt vota sequētium:vt id qđ q̄sq; sequit assequat. Aut igitur optauit nō asseq̄ quod sequit aīa:quo nihil absurdius ⁊ peruersius dici pōt:aut cu; se sequit stultam:eandē stultitiā qua; vitat assequit. Si aūt virtutē sequitur hanc assequi cupiēs quō sequit id qđ non est aut quomō assequi cupit quod habet. Aut igitur virtus est pter aīa; aut si non placet vocare virtutē nisi habitum ipsum⁊ quasi sapientis aīe qualitatē que nisi in aīa esse non pōt:oportet vt aliquid aliud sequatur aīa:vt ei virtus possit innasci. quia neq; nihil sequendo neq; stulta sequendo pōt q̄tū ratio mea fert ad sapientiam puenire. Hoc igitur aliud qđ sequēdo aīa virtutis atq; sapiētie cōpos sit. aut sapiens est aut deus. Sed supra dictum ē tale quiddam esse debere:quod inuiti amittere nequeamus. Quis vero cunctandum putet hominem sapientem si eu; sequi satis putauerimus auferri a nobis non modo recusantibus sed etiam repugnantibus posse? Deus igitur restat:quem si sequimur bene si assequimur:non tm̄ bn̄ sed etiam beate viuimus. Quē si qui esse negant:quid ego cogitem quo illis sermone suadendum sit. Cum quibus vtrum omnino sermo cinandum sit nescio. Quod quidem si videbitur:longe aliud principium:alia ratio:alius ingressus ineundum est q̄ impresentiarum suscepimus. Nūc ita cum illis mihi res est qui deum esse nō negant. Neq; id tantum sed etiam non a deo negligi res humanas fatentur. Nullum enim enim arbitror religionis nomine teneri qui non saltem animis nostris diuina prouidentia cōsuli existimet. Sed quomodo sequemur: quem non videmus? Aut quomodo videbimus qui non solum homines sed etiam insipientes homines sumus? Quamq̄ enim non oculis ; sed mente

sernatur. que tandem mens idonea reperiri potest: que cum stultitie nube obtegatur: valeat illam lucem vel etiam cum tenetur haurire. Confugiendum est igitur ad eorum precepta quos sapientes fuisse probabile est. Hacten⁹ potuit ratio perduci. Versabatur nanque non veritate certior in rebus humanis. Ad vbi ad diuina puētum est: auertit sese: intueri non potest palpitat/estuat/inhiat amore/reuerberatur luce veritatis/ et ad familiaritatem tenebrarum suarum non electione sed fatigatione conuertitur. Quā hic formidandum est: quam tremendū: ne maiorem inde cōcipiat anima imbecillitatem vbi quietem fessa conquirit? Ergo refugere in tenebrosa cupientibus per dispensationem ineffabilis sapiētie: nobis illa opacitas auctoritatis occurrat et mirabilibus rerum vocibusque librorum veluti signis temperatoriis veritatis: nobisque blādiatur. Quid potuit pro salute nostra fieri amplius? Quid beneficentius? Quid liberalius diuina prouidentia dici potest: que a legibus suis hominem lapsum et propter cupiditatem rerum mortalium iure ac merito mortalem sobolem propagantem non omnino deseruit. Habet enim potestas illa iustissima miris et incomprehēsibilibus modis per quasdam secretissimas successiones rerum sibi seruientium quas creauit: et seueritatem vindicandi et clementiam liberandi. Quod quidem quam sit pulchrum: quam magnum: quam deo dignum quam postremo id quod queritur verum nequaquam intelligere poterimus: nisi ab humanis et proximis incipientes vere religionis fide preceptisque seruatis: non deseruimus viam quam nobis deus et patriarcharum segregatione et legis vinculo: et prophetarum presagio et suscepti hominis sacramento et apostolorum testimonio: et martyrum sanguine et gentium occupatione muniuit. Quare deinceps nemo ex me querat sententiam meam: sed potius audiamus oracula nostrasque oratiunculas diuinis summittamus afflatibus. Videamus quemadmodum ipse dominus in euangelio nobis preceperit esse viuendum: quomodo etiam Paulus apostolus. Has enim scripturas illi cōdemnare nō audent. Audiamus ergo quem finem bonorum nobis christe prescribas: nec dubium est quin is erit finis quo nos summo amore tendere iubes. Diliges inquit dominum deum tuum. Dic mihi etiam queso quid sit diligendi modus: vereor enim ne plus minusue quam oportet inflammer desiderio in amorem domini mei. Ex toto inquit corde tuo. Non est satis. Ex tota anima tua. Ne id quidem satis est. Ex tota mente tua. Quid vis amplius? Vellem fortasse si viderem quid posset esse amplius? Quid ad hec. Paulus? Scimus inquit quoniam diligentibus deum omnia procedunt in bonum. Dicat etiam ipse dilectionis modum. Quis ergo inquit nos separabit a charitate christi? Tribulatio an angustia/an persecutio/an fames: an nuditas/an periculum/an gladi⁹? Audiuimus quid sit diligere et quantum diligere debeamus. Eo est omnino tendendum: ad id omnia consilia nostra referenda. Bonorum summa: deus nobis est. Deus est nobis summum bonum. Neque infra remanendum est neque vltra querendum. Alterum enim periculosum: alterum nullum est. Age nūc inuestigemus vel potius attendamus Presto enim est et facillime videtur vtrum his sententiis ex euangelio atque apostolo prolatis etiam testamenti veteris auctoritas congruat. Quid dicam de superiore sententia cum manifestum sit omnibus eam de lege que per Moysem data est esse de promptā: Ibi enim scriptum est. Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua. Quid autem illi quod ab apostolo dictum est comparare de vetere testamento possim ne diutius quererem ipse subiecit. Cum enim dixisset nulla tribulatione: nulla angustia: nul-

la persecutione: nulla necessitate inopie corporalis: nullo gladio nos a charitate christi separari. statim subiūxit Sicut scriptum est quia propter te afficimur tota die estiati sumus vt oues occisionis. Hec illi solent a corruptoribus scripturarum immissa esse dicere. Usqꝫ adeo nihil habent quod contradicant vt hec miseri responderе cogantur. Sed si quis nouintelligat conuictorum hominum aliam nō esse potuisse vltimam vocem. A quibus tamen quero vtrum istam sententiam vt veteri testamento esse negent: an non congruere sententie apostolice affirment. Ad illud primum libris docebo. In hoc autem altero tergiuersantes homines ꝛ per obrupta fugientes: aut in pacem reuocabo si voluerint respicere aliquantum ꝛ considerare quod dictum est: aut eos itelligentia ceterorum qui sine cupiditate iudicant insectabor. Quid enim potest amiciti⁹ ꝙ iste sibi consonare sententie? Nam tribulatio: angustia: persecutio: fames: nuditas: periculum: hominem in hac vita constitutum grauiter afficiunt. Hec itaqꝫ omnia verbo illo vno concluduntur: testimonio veteris legis quo dictum est propter te afficimur. Gladius restabat: qui non erūnosam vitam affert sed quam inuenerit adimit. Huic ergo respondet: estimati sumus vt oues occisionis.

Charitas vero ipsa non potuit: significari expressius: ꝙ ꝙ dictum est propter te. Fac ergo non in Paulo apostolo compertum istud testimonium: sed a me esse prolatum. Nunquidnam tibi demonstrandum est heretice nisi aut scriptuꝫ in vetere lege non esse aut apostolo non conuenire. Quorum si nihil dicere audes. Urgeris enim cum ex codex legitur quo planum sit scriptum esse: ꝛ homines intelligunt ad id quod apostolus dixit: nihil posse aptius conuenire. Cur ergo valere aliquid putas quod scripturas corruptas esse simulare audes? Postremo quid responsurus es ei: qui tibi dicat ergo sic intelligo: sic accipio: sic credo.

Nec ob aliud lego illos libros: nisi ꝙ ibi omnia christiane fidei continere video. Illud potius dic si audes: ꝛ aduersus me dicere cogita: non esse credendum ꝙ apostoli ꝛ martyres ꝓpter christum affecti gladijs: erumnisqꝫ dicuntur ꝙ a persecutoribus vt oues occisionis existimati sunt. Quod si non potest dicere quid calumniaris in quo libro credam quod me oportere credere cōfiteri. An illud dicis concedere te qđā deum esse diligendum: sed non illū deū quem colunt qui testamenti veteris auctoritatem recipiunt. Non ergo illuꝫ deum colendum esse dicitis qui fecit celum ꝛ terram. Iste namqꝫ per omnes partes illorum voluminuꝫ predicatur Uos autem fatemini vniuersum mundum qui nomine celi ꝛ terre significatꝰ habere auctorem ꝛ fabricatorem deū: ꝛ deum bonum. Cum exceptione quippe vobiscum loquendum est: quando deus nominatur. Duos enim deos vnum bonum: alterum malum esse perhibetis. Quod si dicitis colere vos ꝛ colendum arbitrari deum a quo factus est mundus. non tamen eum esse quem veteris testamenti commendat auctoritas: impudēter facitis qui alienum animum atqꝫ sentētiam quam bene atqꝫ vtiliter accepimus male interpretari conamini. Frustra omnino.

Neqꝫ enim vestre atqꝫ impie disputationis vllo modo cum piorum doctissimorumqꝫ hominum sermonibus per quos in ecclesia catholica scripture illę volentibus dignisqꝫ aperiuntur comparari queunt. Prorsus aliterꝙ putatis lex ꝛ prophete intelliguntur a nobis ℞ Desinite errare nō credim⁹ penitentem deū: non inuidū non indignum: nō cudelē: nō querentem de hominum vel pecorū sanguine voluptatem: non cui flagitia ꝛ scelera placeant: non possessionē suam terre quadam particula terminantem. In has ei atqꝫ huiusmodi nugas

grauiter copioseq; inuehi soletis. Quare nos inuectio vestra non tangit sed aniles quasdam vel etiam pueriles opiniones eo ineptiores quo vehementiore ratione peruertitis.

¶ Qua quiuisquis mouetur et ad vos transit: non ecclesie nostre damnat disciplinam: sed etiam se ignorare demonstrat. Quamobrem si quid humani corde geritur: si cure vobis vosmetipsi estis: querite potius diligenter et pie quomodo illa dicantur. Querite miseri: Nam talem fidem quando inconueniens aliquid creditur: nos vehementius et vberius accusamus. Nam in illis que dicta cum sic intelliguntur vt littera sonat. et simplicitatem corrigimus et pertinaciā deridemus: et alia multa que vos intelligere non potestis vetat eos credere catholica disciplina: qui non annis sed studio atq; intellectu excedentes quandam mentis peritiam manos sapientie promouentur. Nam credere deum loco aliquo quamuis infinito per quantitatis quecūq; spacia contineri q; sit stultum docetur: et de loco in locum vel ipsum vel aliquā eius partem moueri atq; trāsire arbitrari nefas habetur. Jam vero si aliquid eius substantie atq; nature commutationem vel conuersionem quolibet modo pati posse opinetur: mire clementie impietatisq; damnabitur. Ita fit vt apud nos inueniantur pueri quidam qui humana forma deum cogitent: atquia ita se habere suspicentur. Qua opinione nihil est abiectius. Inueniantur item multi senes qui eius maiestatem non solum super humanū corpus sed etiā super ipsam mentem manere inuiolabilem atq; incōmutabilē eadem ipsa mente conspiciunt. Quas etates: non tēpore sed virtute atq; prudētia discernendas esse iā dictum est.

L. Apud vos autem nemo quidem reperitur qui dei substātiaz humani corporis figuratione describat: sed rursus nemo qui ab humani erroris labe seiungat. Itaq; illi quos quasi vagientes ecclesie catholice verba substentant: si ab hereticis non fuerint depredati: pro suo quisq; captu viribusq; nutriuntur perducunturq; aliud sic: alius autem sic: primum in virum perfectum: deinde ad maturitatem caniciemq; sapientie: vbi quantum volunt viuere ac beatissime viuere liceat. Secutio igitur dei beatitatis est appetitus consecutio autem ipsa beatitas. At eum sequimur diligendo: consequimur vero non cū hoc omnino efficimur quod est ipse: sed ei proximi eumq; mirifico et intelligibili modo contingentes eiusq; veritate et sanctitate penitus illustrati atq; comprehensi. Ille namq; ipsum lumen est: nobis autem ab eodem illuminari licet. Maximum ergo quod ad beatam vitam ducit: primumq; mandatum est: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo: et anima et mente. Diligentibus enim deū omnia procedunt in bonum. Quamobrem paulo post idem.

Paulus: certus suz iquit q; neq; mors neq; vita: neq; angelus: neq; virtus: neq; instantia: neqz futura: neqz altitudo: neqz profundum: neqz creatura alia poterit nos separare a charitate dei que est in Christo iesu domino nostro. Si igitur diligentibus deum omnia procedunt in bonum et summū bonum quod etiam optimum dicitur: non modo diligendum esse nemo ambigit: sed ita diligendum vt nihil amplius diligere debeamus. idqz significatur et exprimitur quod dictum est: ex tota anima: et ex toto corde: et ex tota mente. Quis queso dubitauerit his omnibus constitutis: et firmissime creditis: nihil nobis aliud esse optimū ad quod adipiscendum postpositis ceteris festinare oporteat: q; deum. Itez si nulla res ab eius charitate nos separat: quid esse melius sed etiam certius hoc bono potest? Sz singula breuiter attendamus. Nemo nos inde separat minando mortem. Id ipsum enim quod diligimus deum mori non potest: nisi dum non diligit deum: cui

mors ipsa est non diligere deum. quod nihil est aliud ꝙ ei cuiꝙ in diligēdo atꝙ sequendo proponere. Nemo inde separat pollicēdo vitā. Neo ei ab ipo fōte sepat pollicendo aquā. Nō separat angelus non enim est angelus cum iherentibus deo nostra mente potentior. Nō sepat virtus: nam si virt⁹ hic illa nominata est que aliquā potestatem in hoc mundo habet: toto mundo est omnino sublimior mens inherens deo. Sin virtus illa dicta est que ipsius aimi nostri rectissima effectio est: si alio est fauet vt coniungamur deo: si in nobis est ipsa coniungit. Non separant instantes molestie: hoc enim leuiores eas sentimus quo ei vnde nos separare moliuntur: actius inherem⁹. Nō sepat ꝓmissio futurorum: nam ⁊ quicquid boni futuꝝ est certius ꝓmittit deus: ⁊ nihil est ipo deo meli⁹: qui iam ꝑfecto bene si bi herentibus presens est. Non separat altitudo neꝙ profundum ⁊ enim si hec verba scientie forte altitudinem: vel ꝓfunditatem significāt: non ero curiosus ne sciūgar a deo: nec cuiusꝙ doctrina me ab eo separat vt q̄ si depellat errorē a quo nemo prorsus nisi separatus errares. Si vero altitudine ⁊ profundo supna ⁊ inferna huius mundi significant quis mihi celū polliceatur vt a celi fabricatore sciūgar? Aut quis terrā aut inferna vt deum deseram: quem si nunꝙ deseruissem inferna nescirē? Postremo quis me locus ab eius charitate diuelleret: qui non vbiꝙ totus esset: si vllo contineretur loco. ¶ Nō inquit separat alia creatura. O altissimorum mysteriorum virū. Non fuit contentus dicere creatura: sꝫ alia īquit creatura. Admonēs etiā idipsū quo diligim⁹ deū ⁊ quo inherem⁹ deo. i. animū atꝙ mentem creaturam esse. alia ergo creatura corpus est: ⁊ si anim⁹ res q̄dam ē itelligibil' id est q̄ tm̄ intelligēdo innotescit alia creatura est oēe sensibile. i. quod per oculos vel aures vel olfactum vel gustum: vel tactum quasi quandā noticiā sui prebeat atꝙ interi⁹ sit necesse est: ꝙ quod intelligētia sola capitur Ergo cum deus dignis animis not⁹ nō nisi per intelligenciam possit esse cū tātum sit ipsa qua intelligitur mente ꝑstantior: quippe qui creator ei⁹ atꝙ auctor est: verendū erat ne anim⁹ humanus eo q inter inuisibilia numeratur eiusdē se nature arbitraretur eē cui⁹ est ipse qui creauit. ⁊ sic ab eo supbia decederet cui charitate iungendus est Fit enim deo similis tm̄ ꝙtum illustrādum illi atꝙ illuminandum se subijcit Et si maxime ei propinquat subiectōe ista qua similis fit lōge ab eo fiat necesse est audacia qua vult esse sublimior. Ipsa est qua legibus dei obtemperare detractat dum sue potestatis esse cupit vt deus est. Quanto ergo magis longe discedit a deo: non loco sꝫ affectiōe atꝙ cupiditate ad inferiora ꝙ est ipse tanto magis stultitie miserieꝙ completur. Dilectione igitur redit in deū: q̄ se illi non componere sꝫ supponere affectat. Quod quanto fecerit instanti⁹ ac studiosius tāto erit beatior atꝫ sublimior: ⁊ illo solo dominante liberrim⁹. Quamobrē nosse debet se eē creaturā. Debet enim creatorem suū credere sicuti est inuiolabili ⁊ incommutabili sēper manere natura veritatis atꝫ sapiētie: in se autem cadere posse stultitiā atꝙ fallaciam vel propter errores q̄b⁹ exui desiderat confiteri. Sed rurs⁹ cauere dꝫ ne ab ipsius dei charitate quo sctificatur vt beatissimus maneat: alteterius creature. i. huius sensibilis mūdi amore sepetur. Non igitur separat nos alia creatura siquidem ⁊ nos ipi creatura sumus: a charitate dei q̄ est in xp̄o iesu domino nr̄o. ¶ Dicat nobis idem Paul⁹ quis iste sit xp̄s iesus dominus noster. Uocatis inquit predicamus christum dei virtutē ⁊ dei sapientiam. Quid ipse christus. Nōne inquit ego sum veritas. Si ergo querimus quid sit bene viuere. i. ad beatitudinem viuendo tenere: id erit ꝑfecto amare virtutem: amare sapientiā amare veritatem: ⁊ amare est toto corde ⁊

ex tota anima et ex tota mente virtutē que inuiolabilis et inuicta est. Sapientiam cui stultitia non succedit. Veritatem que conuerti atqꝫ aliter ꝙ semp ē sese habere non nouit. Per hāc ipe cernitur pater: dictum est enim. Nemo venit ad patrem nisi p me. Huic herem⁹ per sanctificationem. Sanctificati eñ plena et integera charitate flagramus qua sola efficitur vt a deo non auertamur: eiqꝫ potius quam huic mundo cōformemur. Predestinauit enim (vt ait idem apostol⁹) cōformes nos fieri imaginis filij eius. Fit ergo per charitatē vt cōformemur deo: et ex eo formati atqꝫ figurati: et circuncisi ab hoc mundo non confundamur cum his que nobis debent esse subiecta. Fit autem hoc per spiritum sanctum. Spes enim inqt nō ꝯfunditur: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sctm qui datus est nobis. Nullo modo autē re integrari possemus per spiritum sanctum: nisi et ipse semper integer et incōmutabilis permaneret. Quod profecto nō possꝫ: nisi dei nature esset ac substantie cui soli incommutabilitas semper est. Creatura enim (neqꝫ hoc ego sꝫ idem Paulus clamat) vanitati subiecta est. Neqꝫ nos potest a vanitate separare veritatiqꝫ connectere: quod subiectum est vanitati. Sed hoc nobis spiritus sanctus prestat. Creatura igit nō est. Atqꝫ omne quod est: aut deus aut creatura est. Deum ergo diligere debemus: trinam quandam vnitatem prēꝫ et filium et spiritum sanctum: quod nihil aliud dicam esse: nisi idipsum esse. Est eñ vere summeqꝫ deus: ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia.

Hec verba pauli sūt. Quid deide subijcitur? Ipsi gloria. Sincerissime omnino. Neqꝫ enim ait ipsis. magnus est deus. Quid est ipsi gloria nisi ipsi optima et samma et late patens fama.

Quanto enim melius atqꝫ diffusi⁹ diffamatur tanto diligitur et amatur ardentius. Quod cum sit: nihil aliud ab humano genere ꝙ certo et constanti gradu in optimam vitam et beatissimā pergitur: non arbitror cum de moribus ac vita sit questio: amplius esse requirendum quod sit hominis summū bonum quo ferenda sint omnia. Id eē esse patuit. et ratione ꝙtum valuimus et ea que nostre rationi antecellit auctoritate diuina: nil aliud ꝙ ipm deuꝫ Nam quid erit aliud optimū hominis nisi cui adherere est beatissimum? Id est autem solus deus. cui adherere certe non valemus nisi dilectione. amore: charitate. Q Qd si virtus ad beatā vitā nos ducit nihil oino esse virtutē affirmauerim: nisi summū amorem dei. Nam illud quod quadripertita dicit virtus ex ipsius amore vario quodā affectu ꝙtu ꝫ intelligo dicit Itaqꝫ illas quattuor virtutes. quarū vtinam ita et mentibus sint vt nomina in ore sint oīꝫ: sic etiā diffinire nō dubitē: vt tēperantia sit amor integrū se pbēs ei quod amatur: fortitudo amor facile tolerans oīa propter quod amat iusticia amor soli amato seruiens: et ppterea recte dominans: prudētia: amor ea quibus adiuuatur ab eis a quibus impeditur sagaciter se eligēs. Sꝫ hūc amorem non cuiuslibet se dei esse diximus id est summi boni: summe sapientie summeqꝫ concordie. Quare diffinire etiam sic licet vt temperantiam dicamus esse amorem deo se se integrum incorruptumqꝫ seruantem fortitudinem amorem diuina propter deū facile perferentem: iusticiam amorem deo tantum seruientem et ob hoc bene imperātem ceteris que hominibus subiecta sunt: prudentiam amore bene discernentem ea quibus adiuuetur in deum ab his quibus impediri potest. Hisdem singulis virtutibus quinam viuēdi modus ducatur paucis explicabor si pri⁹ testimonijs noui testamenti quibus vtor iam diu etiam de veri pariter: vt pollicitus sum comparauero.

Num enim Paulus tantum dicit? deo nos esse debēre subiectos: ita vt ī medio quod separet nihil sit. Nonne

⁊ propheta commodissime hoc ⁊ breuissime satis significat cum dicit. michi autem adherere deo bonum est. Nonne quod ibi latissime de charitate dictum est hoc verbo cōtinetur quod ait inherere. Item quo ait bonum est: nonne ad illud respicit quod ibi positū est diligentibus deum omnia procedunt in bonum. Ita vna sententia duobusqꝫ verbis ꝓpheta ⁊ vim ⁊ fructum charitatis ostendit. Cumqꝫ ibi dictum sit. dei virtutem dei filium esse atqꝫ sapientiam. cumqꝫ virtus ad rationem sapientia vero ad disciplinam pertinere intelligatur: vnde in euangelio duo ipsa signantur cum dicitur omnia per ipsum facta sunt nam hoc operationis atqꝫ virtutis est: deinde quod a disciplinam veriqꝫ cognitionem attinet: ⁊ vita inquit erat lux hominum: potuitne quicꝙ magis cōuenire his testimonijs noui testamenti ꝙ illud quod i vetere dictum de sapientia: attingit autem a fine vsqꝫ ad finē fortiter ⁊ disponit omnia suauiter? Namqꝫ attingere fortiter magis virtutem significat: disponere autē omnia suauiter quasi artem ipsam atqꝫ rationē. Sed si hoc videtur obscurum vide que sequuntur ⁊ omnium inquit dominus dilexit illam: doctrix est enim discipline dei ⁊ electrix operum illius. Videtur hinc nihil adhuc de operatione dictum.
Nec enī hoc est intelligere opa qꝫ operari. Ergo vt hec ad disciplinam ptīneant opus virtuti debetur vt sit plēa quā volum⁹ demōstrare sētia. Lege igitur deincepsquod annexuꝫ est. Quod si honesta inquit possessio que concupiscitur ivita quid sapientia est honesti⁹ que omnia operat? Potestne quicꝙ ꝓclarius ꝓferri? ꝑ Audi aliud si pax putas qꝫ idē sit. Et sobrietatē sapientia docet inquit ⁊ iusticiam ⁊ virtutem. Sobrietas michi ad ipsam cognitionem veri videtur ptīnere:id est ad disciplinam: iusticia vero ⁊ virtus ad actionem atqꝫ ad opationem. Quibus duobus id est agendi efficacia ⁊ sobrietate contemplandi ꝙ dei virtus ⁊ dei sapientia id est dei filius dilectoribus suis donat: quid conparandum sit nescio: cum idem ꝓpheta statim dicat quanti sint ista pendenda.. Nam ita positum est. Sobrietatem enim sapientia docet iusticiam ⁊ virtutem quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Hec fortasse quispiam non de filio dei dicta esse arbitratur.
Quid ergo aliud ondit quod dictum est generositatem magnificat contubernium habens dei. An vero generositas solet significare aliud ꝙ parentes. Contuberniū vero nonne cum ipō patre equalitatem clamat atqꝫ asserit Deinde cum Paulus dicat filium dei esse dei sapientiam: ⁊ ipse dominus: nemo nouit patrem nisi vnigenitus filius: quid potuit a propheta congruentius dici ꝙ illud quod dictum est: ⁊ tecum sapientia que nouit opera tua que nouit opera tua que affuit tūc cū orbem terrarum faceres: ⁊ sciebat qd placiturum esset oculis tuis.
Quod autem. Christus est veritas qꝫ idem ostenditur cum splendor patris nuncupatur: non est quicquam in circuitu solis nisi splendor ipse quem gignit. Quid ergo potuit apertius ⁊ clarius de vetere testamento huic sententie consonare: ꝙ illud quod dictum est veritas tua in circuitu tuo Postremo dicit ipa sapientia in euangelio. Nemo venit ad patrem nisi per me. Dicit propheta sēsum tuuꝫ ergo quis sit nisi tu dederis sapientiam. Et paulo post. Et que tibi placent didicerunt homines ⁊ per sapientiaꝫ sanati sunt. Dicit. Paul⁹ charitas dei diffusa ē in cordib⁹ nostris per spiritum sanctum qui dat⁹ ē nobis. Dicit propheta. Sanctus enim spiritus discipline effugiet doluꝫ. Vbi enī dol⁹: charitas nulla ē. Dicit Paul⁹ cōformes fieri nos imagis filij dei. Dicit ꝓpheta. signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ondit. Pau-

lus deum esse spm̄ sanctum: ⁊ ideo nō esse creaturam. Dicit propheta: ⁊ misseris spm̄ sanctum de altissimis. Solus deus altissimum. quo nichil est altius. Ostendit Paulus trinitatem istam vnum deum esse: cum dicit. Ipsi gloria. Dicitur in vetere testamēto: audi israel dominus deus tuus vnus est. Quid vultis amplius? Quid imperite atqꝫ impie seuitis? Quid indoctas animas noxia suasione peruertitis? Utriusqꝫ testamenti deus vnus est. Nā vt ista sibi congruunt q̄ de vtroqꝫ posuimꝰ ita ēt cetera si diligenť ⁊ equo iudicio velitis attendere.

Q Sed qꝛ multa dicunť submissis ⁊ humi repentibus animis: vt accommodatiꝰ per humana in diuina consurgant: multa ēt figurate/ vt studiosa mens ⁊ quesitis exerceať vtilius ⁊ vberius leteť inuentis vos mirifica dispositione spūssancti ad decipiendos vestros auditores: ⁊ illaqueandos abutimini. Quod ipsum cur diuina prouidētia vos facere sinat cū̄ verissime apostolus dixerit: oportet multas hereses esse vt probati manifesti fiant inter vos longum est disputare. Et quod dicendum est vobis: non est vestrum ista itelligere. Non parum mihi cogniti estis. Crassas omnino mentes ⁊ corporeoruꝫ simulachrorum pestifero pastu morbidas ad diuina iudicanda defertis: que multo altiora sť q̄ putatis. Quare vobiscum modo nō sic agendum est vt eam iam intelligatis (quod fieri non potest) sed vt intelligere aliquando cupiatis. Fecit enim hoc simplex ⁊ pura charitas dei q̄ maxime specta tur in moribus de qua iaꝫ multa diximus: que inspirata spūssancto perducit ad filium: id est a sapiam dei: per quam pater ipse cognosciť. Nam si sapientia ⁊ veritas non totis animi veribus concupiscať inueniri nullo pacto potest. At si ita querať vt dignum est: substrahere sese atqꝫ abscondere a suis dilectoribus non potest. Hinc est illud quod in ore habere etiam vos soletis quod ait iesus. petite ⁊ accipietis. Querite ⁊ inuenietis pulsate ⁊ aperieť vobis. Nichil est occultum quod non reuelabiť. Amor petiť: Amore queriť. Amore pulsatur: amori reuelať: amore denicꝫ in eo quod reuelatum fuerit permaneť. Ab hoc amore sapientie diligentieqꝫ querendi non deterremur vetere testamento: quod semper mendacissime dicitis: sed ad hec vehementissime concitamur. Audite itaqꝫ aliquando: ⁊ aduertite queso sine pertinacia quid per prophetam dicať. Clara est inquit ⁊ que nunq̄ marcescat sapiētia ⁊ facile videť ab his qui diligūt illam. ⁊ inueniť ab his qui diligunt. Querere illam. Preoccupat qui illaꝫ concupiscunt: vt illis se ostendat. Qui vigilauerit ad illam non laborabit: assidentem enim illam inueniet foribus suis. Cogitare enim de illa sensus est consummatus: ⁊ qui vigilauerit propť illam cito erit securus. Quia dignos seipsa circuit querens: ⁊ i viis ostendit se illis hilariter: ⁊ omni prouidentia occurrit illis. Initium enim illius verissima discipline concupiscētia est. Cura ergo discipline dilectio est: ⁊ dilectio custoditio legum illius est. Custoditio autem legum: confirmatio incorruptionis est. Incorruptio autem facit proximum deo. Concupiscētia autem sapientie deducit ad regnum. Itane tandem adhuc aduersum ista latrabitis? Nonne ita posita ⁊ nondum intellecta: cuiuis significant altum se q̄d dam ⁊ inefabile continere? Utinaꝫ possetis intelligere que dicta sunt: confestim abijceretis omnes ineptias fabellarum ⁊ vanissimas imaginatiōes corporū totosqꝫ vos magna alacritate sincero amore firmissima fide sctissīo ecclesie catholice gremio conderetis.

N Poterā ꝑ mea mediocritate discurrere singula: ⁊ eruere ac demōstrare q̄ accepi: in quoꝝ excellētia ⁊ altitudine plerumqꝫ v̄ba deficiūt Sed q̄diu latrantibus non est faciendū. Non enim frustra dictum ē: nolite dare sanctum canibus. Nec succenseatis

⁊ ego latraui ⁊ canis fui: quã mecũ iure non docẽdi cibo sꝫ refellendi fustib⁹ agebaᷓ. Si autẽ in vobis esset charitas de qua nunc agitur. vel si ea infuerit aliquã quantam cognoscende veritatis magnitudo desiderat: aderit deus quo ostendat nobis: neqꝫ apud manicheos esse xpianã fidem: q̃ ad summum apicẽ sapientie veritatisqꝫ ꝑducit: qua perfrui nihil est aliud nisi beate viuere: neqꝫ esse vspiam nisi in catholica disciplina. Quid enim aliud videtur apostol⁹ Paulus optare cũ dicit. Huius rei gratia: flecto genua mea ad patrẽ dñi nostri Jesu Christi a quo omnis paternitas in celis ⁊ in terra nominatur: vt det vobis scd̃m diuitias gratie sue: fortitudinem corroborari per spiritum in interiore hoĩe habitare Christum per fidem in cordib⁹ vestris. Ut in charitate radicati ⁊ fundati possitis comprehendere cum oĩbus sctis q̃ sit altitudo: ⁊ lõgitudo: ⁊ latitudo: ⁊ ꝓfundum. Cognoscere etiam supereminentẽ scientiã charitatis Xp̃i: vt impleamini in omni plenitudine dei. Potest ne quicqꝫ dici manifestius? Obsecro vigilate paululum videte testamenti vtriusqꝫ concordiã qui sit in moribus vite modus: ⁊ quo sint referenda omnia: satis aperiente ⁊ docente amore dei. Concitant euangelia: cũ dr̃: petite: q̃rite: pulsare. Cõcitat Paulus dicendo vt in charitate radicati et fundati possitis comprehendere. Concitat etiam ꝓpheta cũ dicit facile sapientiam ab his q̃ eã diligũt querunt: concupiscunt: vigilant: cogitant: curant: posse cognosci. Sal⁹ animi ⁊ via beatitudinis vtrarumqꝫ scripturarũ pace monstrantur: ⁊ vos latrare potius aduersus hec q̃ his obtẽperare diligitis. ¶ Breui dicã quod sentio. Audite doctos ecclesie catholice viros tanta pace aĩmi: ⁊ eo voto quo vos ego audiui: nihil opus erit nouẽ annis quibus me ludificastis. Longe omnino, longe breuiore tp̃e quid inter sit inter veritatẽ vanitatemqꝫ cernetis Sed tp̃s est ad illas virtutes quattuor reuerti: ⁊ ex his singulᷓ tenere ac ducere viuendi modum. Itaqꝫ prius tẽperantiam videamus: que nobis amoris illius quo innectimur deo: integritatẽ quãdã ⁊ incorruptionem pollicetur. Munus enim eius est in coercẽdis sedandisqꝫ cupiditatibus: quibus ĩhiamus in ea que nos auertũt legib⁹ dei ⁊ a fructu bonitatis ei⁹: qđ est (vt breuiter explicem) beata vita. Ibi enim ẽ fides veri: cuius contemplatione perfruentes eiqꝫ penitus adherentes ꝓculdubio beati sumus: inde autem decidentes magnis erroribus doloribusqꝫ implicamur. Namqꝫ vt ait ap̃ls: radix omnium malorũ cupiditas quã q̃dem sequentes naufragauerũt a fide ⁊ inseruerunt se doloribus multᷓ. Hoc pct̃m aĩc in vet'e testamento satis aperte bene intelligentibus ipsius ei hoĩs q̃ erat ĩ paradiso preuaricatiõe signatur. In Adam quippe omnes moriuntur vt ait idem: in Xp̃o omnes resurgimus. O alta mysteria. Sed reprimam me: non eñ modo suscepi docere vos recta. sed dedocerᷓ praua si pos̃o id est si deus annuerit proposito meo in vos Dicit ergo Paulus radicem omnium malorum esse cupiditẽ: per quã etiam lex vetus primum hoĩem lapsum eẽ significat. Monet. Paulus vt exuamus nos veterẽ hoĩem ⁊ induamus nouũ vult aũt itelligi Adã qui peccauit veterẽ hoĩem: illa autẽ suscepit in sacramento dei filius: ad nos liberandos nouum: Dicit namqꝫ alio loco primus homo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Qualis terrenus: tales ⁊ terreni: qualis celestis: tales et celestes. Sicut portauimus imaginẽ terreni: portemus ⁊ imaginẽ celestis hoc est exuite veterem ⁊ iduite nouũ. Omne igitur officium temperantie est exuere veterem hominem ⁊ in deo renouari: contemnere omnes res corporeas laudẽqꝫ popularẽ: totũqꝫ amorẽ ad inuisibilia ⁊ diuina conferre. Unde illud sequiᷓ q̃ mirifice dictũ ẽ. Et si exterior hõ noster corrũpiᷓ: sꝫ iterior renouaᷓ de die in diẽ. Audi ⁊ prophetã canentẽ. Cor mundum constitue in me

deus: ⁊ spūm rectum innoua in visceribus meis. Quid contra istaȝ conuenientiam dici nisi a cecis latratorib⁹ potest? Illecebre aūt corporis iste sūt: in his omnibus q̄ corporeus sens⁹ attigit q̄ a nonnullis etiam sensibilia noiant̄ in quib⁹ maxime lux ista visibilis excellit: q̄ ⁊ in istis sensibus nostris quibus anima per corpus vtitur nihil est oculis preferendum ⁊ ideo in scripturis sanctis visibiliū nomine sensibilia cuncta significant̄. ¶ Itaq̄ i nouo testamēto sic ab istorum amore ꝓhibemur. Non respiciētes inq̄t ea q̄ videntur: Nam q̄ vident̄ tpalia sūt: q̄ aūt nō vident̄ eterna. Ex quo itelligi potest q̄ Christiani non sunt q̄ solem ⁊ lunam non modo diligendos sed etiā colendos putant. Quid enim videmus si solem ⁊ lunā non videm⁹? ⁊ Vetiti autē sumus conuerti ad ea que videntur.

Non sunt igit̄ etiā ista diligenda ei qui amorē illū deo cogitat exhibere. Sed erit mihi alius locus: quo de istis diligentius requiret̄. Non enim nunc de fide sed de vita diligētius dicere institui per quam meremur scire q̄ amand⁹ solus deus est. omnis vero iste mundus. i. omnia sensibilia contēnenda. vtendū autem his ad huius vite necessitatem. Gloria vero popularis sic i nouo testamento abijcit̄ atq̄ contemnit̄. Si hoībus inquit placere vellē: Xp̄i seru⁹ nō essem. Est aūt aliud qđ de corporibus per imagines quasdā cōcepit aīa ⁊ vocat rerum scientiā: quāobrem recte ēt curiosi esse prohibemur: quod magnuȝ temperantie munus est. Hinc illud est Cauete ne quis vos seducat per philosophiā. Et q̄ ipm̄ nomē philosophie si consideret̄ rem magnam totoq̄ aīo appetendam significat. siquidem philosophia est amor studiumq̄ sapientie caute tissime aplus ne ab amore sapiētie deterrere videret̄ adiecit: ⁊ elementa huius mundi. Sunt eñ q̄ desertis virtutibus ⁊ nesciētes qđ sit de⁹: ⁊ quāta maiestas semper eodem modo manentis nature magnū aliquid se agere putāt si vniuersam istam corpis molem queȝ mundū nuncupam⁹ curiosissime intētissimeq̄ perquirant. Vñ tanta etiā superbia gignitur vt in ip̄o celo de q̄ sepe disputant sibimet habitare videāt̄. Reprimat igit̄ se aīa: ab huiusmodi vane cogitationis cupiditate: si sequi ac se castam deo seruare disposuit. ¶ Tali enim amore plerūq̄ decipit̄: vt aut nihil putet esse nisi corpus: aut etiā si auctoritate commota fateat̄ aliq̄d esse incorporeum: de illo tñ nisi ꝑ imagines corporeas cogitare non possit ⁊ tale aliquid esse credere quale fallax corporis sensus infingit. ¶ Adhec ēt valet qđ precipit̄ cauendum eē a simulachris. Huic ḡ auctoritati noui testamenti q̄ iubemur nihil mūdi huius diligere: illa maxime: sententia qua dictum est nolite confirmari huic mūdo simul eñ demonstratum ē ei rei: quem q̄ confirmari quā diligit. Huic ḡ auctoritati de vetere testamēto querā q̄d comparē: plura quidē iueniaȝ ſȝ vnus Salomonis liber ecclesiastes qui dicit̄ copiosissime in summum cōtēptū omnia ista ꝑducit. Incipit enim sic. Vanitas vanitatum dicit ecclesiastes vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas: Que abūdantia homini in omni labore suo quo ipse laborat sub sole. Hec v̄ba oīa si attēdant̄: si pēdant̄: si discutiant̄: m̄lta inueniunt̄ ꝑnecessaria: his q̄ hūc mundum fugere desiderant. Sed longū ē ⁊ ad alia festinat oro. Tali tñ principio constituto: exequit̄ oīa vanitatis eos q̄ reb⁹ hmōi fallunt̄. Idipsum autē quo fallunt̄ vanitatē vocās. nō quod deus ista creauerit: sed q̄ subijcere se hoīes volunt his rebus per peccata q̄ illis ꝑ recta facta dīna lege subiecta sunt. Quid est enim aliud falsis bonis illud atq̄ decipi: q̄ͣ te ipso inferiora miranda ⁊ appetenda arbitrari?

Habet igitur virtus temperans in huiuscemodi rebus mortalibus: ⁊ fluentibus: vite regulam vtroq̄ testamento firmatam: de eorum nihil diligat: nihil per se appetendum putet: sed ad vite huius atq̄ officiorum necessitatē quātum satis est vsurpet: vtentis modestia

non amantis affectu. Hec dicta sint de temperantia ꝓ rerum magnitudine breuiter ꝓ instituto tamen opere fortasse copiosius: ꝙ oportebat.

¶ De fortitudine vero non multa dicenda sunt. Amor namqꝫ ille de quo loquimur: quem tota sanctitate inflammatum esse oportet in deum: in non appetendis: istis temperās in amittendis fortis vocatur.

Sed inter omnia que in hac vita possidentur corpus hominis grauissimum vinculū est: iustissimis dei legibus ꝓpter antiquum peccatum: quo nichil ē ad predicandum promptius: nihil ad intelligendum secretius. Hoc ergo vinculum ne concutiatur atqꝫ vexetur: laboris: ⁊ doloris. ne auferatur atqꝫ perimatur mortis terrore animam quatit. Amat enim illud inconsuetudinis: nō intelligens: si eo bene atqꝫ scienter vtatur: resurrectionem reformationemqꝫ eius ope ac lege diuina sine vlla molestia iuri suo subditam fore: sed cum amorem totum in deum converterit.

His cognitis mortem non modo non contemnet verum etiam desiderabit.

Sed restat cum dolore magna conflictatio. Nihil est tamen tam durum atqꝫ ferreum: quod non amoris igne vicatur. Quo cum se anima rapiet in deum: super omnem carnificinam libera ⁊ admiranda volitabit pennis pulcherrimis ⁊ integerrimis: quibus ad dei complexum amor castus innititur. Nisi vero amatores auri: amatores laudis: amatores feminarum: amatoribus suis deus sinat esse fortiores: cum ille non amor sed congruentius cupiditas vel libido nominetur.

In qua tamen apparet quantus sit impetus animi ad ea que diliguntur in decursu per immania queqꝫ tēdentis argumentoqꝫ nobis est ꝙ sint oīa perferenda ne deseramus deum: si tāta illi vt deserant perferunt.

Quid ego hic noui testamenti auctoritates colligam vbi dictum est tribulatio patientie probationem: probatio spem: ꝗ non solum dictum: sed etiam exemplis eorum qui dixerunt ꝓbatuꝫ atqꝫ firmatum. De veteri potius testamento in qua illi rabidi deseuiunt excitabo exemplum patientie. Neqꝫ illum commemorabo virum a quo in magnis cruciatibus corporis ⁊ horribilitate membrorum non modo sustinentur humana sed diuina etiam disputantur.

In cuius singulis vocibꝰ satis elucet si quis equo animo attēdat quanti pēdenda sint ista que cum volunt homines per dominationem tenere ab his ipsis potius per cupiditatem tenenẗ. Ut rerum mortalium serui fiant cum imperite domini esse desiderant. Amisit namqꝫ ille omnes diuitias: ⁊ factus repente pauperrimus: tam inconcussū animum tenuit: ⁊ infixum deo vt satis demonstraret nō illa sibi fuisse magna sed se illis: sibi autem deum.

Quo animo si esse possent nostri tēporis homines: magnopere in nouo testamento ab istorum possessione prohiberemus vt perfecti esse possemus. Multo enim mirabilius est non inherere istis ꝗuis possideas: ꝙ omnino ea nō possidet. Sed quoniam de dolore atqꝫ cruciatibus corporis cruciandi nunc agitur relinquo istum virum: licet magnum licet inuictum: virum tamen.

Offerunt enim scripture ille stupende fortitudinis feminam ⁊ ad eāꝫ me trāsire compellunt. Que cum septem liberis tyranno atqꝫ carnifici prius viscero omnia ꝙ vnum verbum sacrilegū impendit: cum eius oratione filij liberarētur ī quoꝝ membris ipsa torquebatur latura tamen et iam proprio munere quos eos ferre preceperat. Quid ad tantam potentiam queso addi potest. Quid tam mirum: si omnibus medullis conceptus dei amor: ⁊ tyrāno: ⁊ carnifici: ⁊ dolori: ⁊ corpi: ⁊ sexui: ⁊ affectu resistebatur? An nō audierat: ꝓciosa in cōspectu dñi mors sctōꝝ eiꝰ. Nō audierat melior vir patiens fortissimo Non audierat: omne quod tibi applicitum fuerit: accipe: ⁊ ī dolore sustiē ⁊ in humilitate tua habe patentiaꝫ: qm̄ in igne probatur aurum ⁊ argentum

Non audierat. vasa figuli probat fornax: et homines iustos temptatio tribulationis? Jmmo vero et alia et plura p̄ceperat q̄ vno sancto dei spiritu: vt in istis noui testamenti sic in illis (qui soli adhuc erant) libris diuina p̄cepta fortitudinis conscripta sunt. y

Quid de iusticia q̄ ad deū ptinet.

Nōne cū et dñs dicat: non potestis duobus dñis seruire: et apostolus redarguat eos q̄ creature potius q̄ creatori seruiunt i veteri testamēto prius dictū ē dominū deū tuū adorabis: et illi serues. Sed quid opus est plura dicere cum sententijs talibus ibi plēa sint oīa. Hanc ergo iusticie vitam: vite regulā dabit huic amatori de quo sermo est: vt deo quem diligit id est sūmo bono sūme sapientie / sūme paci / libentissimi seruiat ceteraq̄ omnia partim subiecta sibi regat. Que norma viuendi vt docuimus vtriusq̄ testamēti auctoritate roborat. Nec de prudētia diutius differendum est. ad quā dignoscentia pertinet appetendorum et vitādorū. Que si desit: nihil eorum de quibus iam dictū est effici pōt. Huius autē excubie atq̄ diligētissima vigilantia est: ne subrepente paulatim mala suasione fallamur. Vñ sepe dñs vigilate clamat: et ambulate dū lumen habetis: ne vos tenebre comprehēdāt. Jtēq̄ dicitur. Nescitis q2 modicum fermētū totā massam corrūpit. Quid aūt proferri manifestius de vetere testamento cōtra illam dubitatione3 animi pōt: per quā fit vt non sentiamus quasi minutatim serpentem perniciē. q̄ illud qd a ꝓpheta dictū est. Qui spernit modica paulatim decidet. De qua snīa si oportunū esset festinantibus copiosissime disputarem. Atq̄ si id a nobis nūc susceptū munus flagitaret: fortasse demonstraremus q̄ sunt alta mysteria: q̄ imperitissimi: et sacrilegi homines deridendo non illi quidem paulatim iam decidunt: sed magno lapsu precipites eunt. Quid amplius de moribus disputem? Si eñ deus est summum hoīs bonū qd negare nō potestis: sequit profecto qm̄ summū bonum appetere est bñ viuere. Ut nihil sit aliud bene viuere q̄ toto corde: tota aīa: tota mente deū diligere a quo existit vt incorruptus in eo amor atq̄ integer custodiatur qd ē temperantie: et nullis frangatur incōmodis quod ē fortitudinis: nulli alij seruiat quod ē iusticie: vigilet in discernendis rebus ne fallacia paululum dolusq̄ subrepat: quod est prudētie. Hec est hoīs vna perfectio qua sola īpetrat vt veritate cū sinceritate pfruat. Hec nobis testamento vtroq̄ cōcinitur.

z Quid adhuc scripturis q̄s ignoratis calūniamini. Nescitis quāta imperitia lacescatis libros: quos et soli repr̄hendunt q̄ nō intelligunt: et soli intelligere nequeunt q̄ reprehendunt. Non enim eos aut vllus inimicus cognoscere sinit: aut esse nisi amicus cognitis pōt. Diligamus igit deū ex toto corde / ex toto aīa / ex tota mēte / quicūq̄ ad vitā eternā peruenire poscimus. Uita enim eterna est totū premiū cuius promissione gaudemus. Nec premium pōt procedere merita et prius homini dari q̄ dignus est. Quid enim hoc iniustius: et quid iustius deo? Nō ergo debemus poscere premiu3 āteqū mereamur accipere. Hic fortasse non incongrue querit eterna ipa vita quid sit: s3 eius largitorem potius audiamus. Hec ē inquid vita eterna vt cognoscāt te verum deum et quem misisti Jesum xp̄m. Eterna igitur vita est ipsa cognitio veritatis. Quamobrem videre q̄ sūt peruersi atq̄ preposteri: qui sese arbitrant dei cognitionē tradere vt perfecti simus: cū pfectorum ipe sit premiū: quid ergo agendū est. quid queso nisi vt eum ipm̄ quē cognoscere volumus prius plena charitate diligamus vnde illud exorit qd ab īitio satis egimus nihil ī eccl̄ia catholica salubrius fieri q̄ vt rōnem p̄cedat auctoritas. Sed cetera videamus videt eī de hoīe ipo. i. am atore ipo nihil actum sed parū dilucide q̄ hoc arbitratur intelligit: Nō eñ fieri pōt vt seipm̄ q̄ deum diligit non diligat. Jmmo vero solus se nouit diligere qui deum diligit. si q̄dem ille se satis diligit qui sedulo agit

I Uidebimus etiā nature huius corpore: tantas cōmutationes et vicissitudines: dum diuinis legibus seruit vt etiā ipsam resurrectionem carnis que partim tardius partim omnino non creditur ita certā teneamus vt certius nobis nō sit solē cū occiderit oriturū. Iā vero eos q ad exēplū salutis nostre primitias a filio dei potententissimo eterno icōmutabili susceptū hoīem: eundē qz natū esse de virgine ceteraqz huius historie miracula irrident: sic contēnemus tanqz eos pueros qui cū peccatorē propositis tabulis quas ītuatur pīguētē viderint non putent esse hominē pingi: nisi aliā picturā qui pingit aspexerit. Tanta aūt ī contemplāda veritate voluptas est qz tacūqz ex parte eaz quisqz cōtemplari potest: tanta puritas tāta sinceritas: tam idubitanda rerum fides vt neqz quicqz preterea scisse se aliquādo aliquis putet cū sibi scire videbatur. Et quominus impediatur anima toti tota inherere veritati. Mors que antea metuebatur id est ab hoc corpore oīmoda fuga et elapsio pro summo munere desideretur. Audisti quanta vis sit aīe ac potentia: quod vt breuiter colligā queadmodū fatendū est aīam humanā non esse quod deus ē ita presumendum: nihil inter omnia q creauit deo esse propinquius. Ideoqz diuine ac singulariter i ecclesia catholica: traditur nullam creaturam colēdam esse ab anima (libentius enim loquor his verbis quibus mihi hec finita sunt) Sed ipsum tantummodo rerum que sunt omnium creatorē ex quo omnia per quem omnia in quo omnia: id est incommutabilem veritatem: incommutabilem eternitatem incommutabilem virtutem: incommutabilē charitatem. vnum verum deum atqz perfectum qui nunqz non fuerit: nunqz non erit: nunqz aliter fuerit: nunqz aliter erit. Quo nihil sit secretius: nihil presentius: qui difficile inuenitur vbi sit. difficilius vbi non sit: cum quo esse non omnes possunt et sine quo esse nemo potest et si quid de illo incredibilius conuenientius tamen atqz aptius homines dicere valemus: hic ergo solus deus anime colendus est: neqz discrete: neqz cōfuse: quicquid enim anima colit vt deū necesse est vt melius esse qz seipsaz putet: anime autem natura: nec terra: nec maria: nec sidera: nec luna: nec sol: nec quicqz omnino quod tangi: aut his oculis videri potest: non deniqz ipsuz quod videri a nobis non potest celum melius esse credendum est. Immo hec omnia longe deteriora esse qz est quelibet anima ratio certa conuincit si modo eam veri amatores ducentem per insolita quedam et ob hoc ardua constantissime atqz obseruantissime sequi audeant. Si quid vero aliud est in rerum natura preter ista que sensibus nota sunt: et prorsus que aliquod spacium loci obtinent pro quibus omnibus prestantiorem animam humanam esse diximus. ℞ Si quid ergo aliud est eorum que deus creauit quiddam est deterius quiddam est par deterius vt anima pecoris: par angeli: melius autem nihil. Et si quando est aliquid horum melius hoc peccato eius fit et non fit natura. Quo tamen non vsqz adeo fit deterior: vt ei pecoris anima preferenda: aut conferenda sit: deus igitur omnipotens solus ei colendus est qui solus eius est auctor. Homo autem quilibet alius qz sapientissimus et perfectissimus: vel prorsus quelibet anima rationis compos atqz beatissima amanda tantummodo et imitanda est: eiqz pro merito atqz ordine quod ei congruit deferendum. Nam dominum deum tuum adorabis et illi soli seruies: errantibus vero cognatis animis et laboran-

bus quantũ licȝ atq̃ preceptũ est operȝ ferendã esse sciamus: ita vt hoc ipsũ cũ bñ agitur deũ per nos agere intelligamus. Neq̃ quicq̃ nobis propriũ vendicemus inanis glorie cupiditate decepti: quo vno malo a summo in ima demergimur: neq̃ vitiis oppressos: sed ipsa vitia neq̃ petõres sed ipsa peccata ode rimus. Oibus enĩ subuentum velle debemus etiam qui nos leserunt aut ledere aut omnino ledi volunt. Hec ẽ vera: hec est pfecta: hec sola religio pquã deo recõciliari pertinet ad anime de q̃ querimus magnitudinem: qua se liberante dignam facit. Nam ille ab omnibus liberat: cui omnibus seruire vtilissimũ est ⁊ in cuius seruitio placere pfecta sola liberta est. Sed video me pene excessisse metas pposití mei: ac sine vlla interrogatione tandiu tibi multa dixisse neq̃ id me penitet. Nam cũ sint ista per taȝ multas ecclesie scripturas dispersa q̃q̃ ea non incommode collegisse videamur plene tamẽ intelligi nequeunt nisi quisq̃ in illorũ septẽ quarto gradu fortiter agens pietatẽq̃ custodiens: ⁊ ad ea percipienda sanitatẽ ac robur comparans inquirat oĩa singulatim diligentissime ac sagacissime. Nam neq̃ illis omnibus gradibus inest distĩcta ⁊ propa pulchritudo quos actus melius appellamus. Querimꝰ quippe de anime potẽtia ⁊ fieri potest vt hec omnia simul agat: sed id solũ sibi agere videatur quod agit cum difficultate aut certe cum timore. A

Agit enim hoc multo q̃ cetera attentior ascendẽtibus igitur sursum versꝰ Primus actus docẽdi causa: dicatur animatio. Secundus sensus. Tertius ars. Quartus virtus. Quintus tranqllitas. Sextus ingressio. Septimus cõtẽplatio. Possunt ⁊ hoc modo appellari. Primus de corpore. Secundus per corpus. Tertius circa corpus. Quartus ad seipsam. Quintus in seipsam. Sextus ad deũ. Septimus apud deum. Possunt ⁊ sic. Pulchre de alio. Pulchre per aliud. Pulchre circa aliud. Pulchre ad pulchrum. Pulchre in pulchro. Pulchre ad pulchritudinem. De quibus omnibus post requires: si qd videbitur aperiendum. Nunc ideo volui tot ista significare vocabulis ne te moueat cum aliis alii noibus eadeȝ vocãt: aut aliter etiã partiuntur. Et ob hoc aut ista: aut illa improbes. Innumerabilibꝰ enĩ modis eedem res: et appellari ⁊ diuidi possunt rectissime: ac subtilissime: sȝ in tanta copia modorum vtitur quisq̃ quo se congruenter vti existimat. Deus igitur summe ⁊ verus lege inuiolabili ⁊ incorrupta qua oẽ qd condidit regit: subiicit anime corpus: aiam sibi ⁊ sic omnia sibi neq̃ in nullo actu eandem deserit siue pena siue premio. Id enim iudicauit esse pulcherrimum vt esset quicquid est quomõ ẽ ⁊ ita in gradibus ordinaretur vt cõsiderantes vniuersitatẽ nulla offenderet ex vlla parte deformitas omnisq̃ aĩe pena ⁊ oẽ premiũ conferret sp aliquid proportione iuste pulchritudini dispositioniq̃ rerum oĩm. Datum est anime liberũ arbitrium quod qui nugatoriis ratiocinationibꝰ labefactare cõnantur vsq̃ adeo ceci sunt vt ipsa quidem vana atq̃ sacrilega propria voluntate sedicere intelligant: nec tamen ita liberũ arbitriũ aĩe datũ est vt quodlibet eo moliẽs vllã partem diuini ordinis legisq̃ perturbet. Datum est enim a sapientissimo atq̃ inuictissimo totiꝰ creature dño: sȝ ista vt videnda sunt videre paucorum est. Neq̃ ad hoc q̃sq̃ nisi pa religione sit idoneus. Est eĩ religio vera: qua se vni deo anima vnde se pctõ velut abruperat reconciliatione religatur. Innectit ergo animã in illo actu tertio atq̃ incipit ducere. purgat in quarto: reformat in quinto: introducit in sexto: pascit in septimo atq̃ hoc fit alias citius: alias tardius vt queq̃ amore ac meritis valent omnia tamen deus iustissime moderatissime pulcherrime facit: quoquomodo se habere voluerit de quibus facit. AD

Iamvero etiam puerorũ infantium cõsecrationes quantum prosint: obscurissima questio est: non nihil tamen pro-

desse credendū ē: iueniet hoc rō cū q̄ri oportuerit q̄ꝗ̄ ꝛ alia multa iā diu q̄rēda tibi potius aliq̄n ꝙ cognoscenda ptuleri. Qđ fiet vtilissime si duce pie tate req̄rātur qua cū ita sint q̄s ē q̄ iu ste stomachetur qđ agēdo: atq̄ mistrā do corpori aīa data sit cū tāt⁹ ꝛ tā diui n⁹ rerū ordo pnecti meli⁹ nō possit. Aut q̄rēdū putet qualis i hoc mo: t ali: ꝛ fra gili corpore efficiatur cū ꝛ i morte pro pter pctm̄ iure ꝯtrusa sit ꝛ ṽtute hic etiā possit excellere. Aut qualis post hoc corp⁹ futura sit cū ꝛ pena mortis necessario manere debeat: manēte pec cato: ꝛ ṽtuti pietatiq̄ꝫ sit de⁹ ipse. i. ṽi tas p̄miū. Quare si iā placet tā lōguꝫ sermonē terminem⁹ aliq̄n ꝛ iplēdis pre ceptis vigilātissime operā dem⁹. Nō ē alia fuga de tātis malis. Si qđ aūt ob scurius a me dictū ē q̄ꝫ velles: facito vt memorie mādatū alias oportuni⁹ req ras: neq̄ꝫ eni deerit nobis q̄rētib⁹ se qui desup est magr̄ oīm. Ade. Ego vero ꝛ hac ratione tua ita sum affectus vt eā interpellare nefas putaueri. Et si tibi modus sermonis hic placet. Tresq̄ꝫ il le q̄stiones que remanebāt ita breuit pstringēde in presentia vise sunt cedā iudicio tuo. Ac deinde tā magnis re bus inuestigandis non modo tempus propter tuas occupationes sed etiam meipsum oportuniorem obseruabo.

Diui aurelii Augustini hipponensis episcopi subtilissim⁹ liber de quātitate anime feliciter explicit. et in eiusdem librū de libero arbitrio Retractatio incipit.




Um adhuc rome re morarēmur voluim⁹ disputādo q̄rere vn de sit malum. Et eo nō disputauim⁹ vt si possem⁹ hoc qđ de hac re diuine aucto ritati subditi crede bamus: etiā ad intelligentiā nostrā q̄ꝫ tū disserēdo opitulāte deo agere possu m⁹: ꝗ gr̄a cōsiderata ꝛ tractata pduce ret. Et qm̄ cōsistit inter nos diligēter rōne discussa: malū non exortū nisi libe ro volūtatis arbitrio: tres libri quos ea dē disputatio pepit appellati sunt de li bero arbitrio. Quorū secundū ꝛ terciū in Africa iā etiā hippomene regione pbr̄ ordinat⁹: sicut tūc potui ꝯtermina ui. In his libris ita multa diserta sunt vt incidētes nōnulle q̄stiones quas vel enodare nō poterā vel lōgā sermocina tionē in presenti req̄rebāt ita differrē tur vt ex vtraq̄ꝫ pte: vel ex oib⁹ carūdā q̄stionū ptib⁹ iqb⁹ nō appebat qđ poti⁹ cōgrueret ṽitati: ad hoc tamē rōcina tio nostra cōcluderetur: vt quodlibꝫ eo rū verum esset: laudandus crederetur de⁹: vel etiam ostenderetur. Propter e os quippe disputatio illa suscepta est qui negant ex libero voluntatis arbi trio: mali originem duci: ꝛ deum si ita est creatorem omnium naturarum cul pandum esse contendunt: eo modo vo lentes secundum sue impietatis erro rem (Manichei enim sunt) inmutabi lem quandam ꝛ deo coeternam intro ducere mali naturam. De gratia vero dei qua suos electos sic predestinauit vt eorum qui iam in eis vtuntur libe ro arbitrio: ipse etiam voluntates pre paret: nihil in his libris disputatum ē propter hoc proposita questione. Ubi autē incidit locus vt huius gratie fie ret cōmemoratio: trāseunter cōmemo rata est: non quasi inde ageretur ope rosa ratiocinatione defensa. Aliud est enim querere vnde sit malum ꝛ aliud est q̄rere vnde redeatur ad pristinum vel ad maius perueniatur bonum. Qua

propter noui heretici pelagiani qui liberum sic asserunt volūtatis arbitriū vt gratie dei non relinquant locū: quādoquidē eam secūdū merita nostra dari asserūt: non se extollāt quasi eorum egerim causam: quia multa in his libris dixi: que illius disputationis causa poscebat. Dixi quippe in libro primo malefacta iusticia dei vindicari: et addidi. Nō enī iuste vindicarent nisi fierēt voluntate. Item cum ipsam voluntatē bonā tam magnū bonū esse monstrarē: vt omnibus corporeis et externis bonis merito anteponerē dixi. Vides igitur iam vt estimo in volūtate nostra esse cōstitutū vt hoc vel fruamur vel careamus tanto et tam vero bono. Quid enim tam in voluntate quam ipsa voluntas sita est: et alio loco. Quid ergo est cause inquā cur dubitandum putemus etiam si nūquam antea sapientes fuimus voluntate: nos tamen laudabilem et beatam vitā voluntate turpem et miseram mereret degere. Itemque alio loco ex quo conficitur inquam: vt quisquis recte honesteque vult viuere si id esse velle pre fugacibus rebus velit assequatur tantā rē tanta felicitate vt nihil aliud ei quam ipsum velle sit habere quod voluit. Itemque alibi dixi: hec enī eterna lex illa ad considerationem redire iam tempus est: incommutabili stabilitate firmauit vt in voluntate meritum sit: in beatitudine autem et miseria premium atque supplicium. Et alio loco. Quid inquam quisque sectandum et amplectendum eligat in voluntate esse positum constitit. Et in libro secūdo. Homo enim ipse inquantum homo est aliqued bonum est: quia recte viuere cum vult potest. Et alio loco dixi: recte fieri non posse: nisi eodē libero voluntatis arbitrio. Et in libro tertio: quid inquam opus est queri vnde iste motus existat quo voluntas auertitur ab incommutabili bono: ad cōmutabile bonum: cum eum non nisi animi: et voluntarium et ob hoc culpabilem esse fateamur: omnisque de hac re disciplina vtilis ad id valeat: vt eo motu improbato atque cohibito: voluntatem nostram ad fruendum sempiterno bono a lapsu temporalium conuertamus. et alio loco. Optime inquam de te veritas clamat. Non enim posses aliud sentire esse in potestate nostra nisi quod voluntas faciamus. Quapropter nihil tam in nostra potestate quam ipsa voluntas est. ea enim prorsus nullo inter uallo mox vt voluntas presto est. Item alio loco. Si enim tu laudaris inquam videndo quid facere debeas: cum in id non videas vbi in illo qui est incommutabilis veritas quanto magis ille qui et velle precepit et posse tribuit: et non impune nolle permisit. Deinde subiunxi dicens. Si enim hoc debet quis quod acceperit et sic homo factus est vt necessario peccet vt peccet. Cum ergo peccat: quod debet facit. Quod si scelus est dicere neminem cogit natura sua vt peccet. et iterum. Que tandem esse poterit inquam ante voluntatem causa voluntatis. Aut enim et ipsa voluntas est et a radice ista voluntatis non receditur. aut non est voluntas: et peccatum nullum habet. Aut igitur voluntas est prima causa peccādi: aut nullum peccatum est prima causa peccandi: nec est recte cui imputetur peccatum nisi peccanti. Non ergo est cui recte imputetur nisi volenti. et paulo post: quis inquam peccat in eo quod nullo modo caueri potest: peccatur autem: caueri igitur potest. Quo testimonio meo in quodam libro suo. Pelagius vsus est. Cui libro cum respondissem: titulum libri mei esse volui de natura et gratia. In his atque in verbis meis: quia gratia dei commorata non est de qua tunc nō agebatur putant Pelagiani vt putare possunt iam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est qua et peccatur: et recte viuitur: quod hic verbis egimus. Voluntas ergo ipsa nisi gratia dei liberetur a seruitute qua facta est serua peccati: et vt vitia superet adiuuetur: recte pieque viui non potest a mortalibus. Et hoc diuinum beneficiū quo li-

beratur nisi eā preueniret iā meritis e ius daret: ꝛ nō esset gratia q̄ utiqȝ gra tis datur: quod in aliis opusculis no stris satis ē contra istos inimicos huius gra tie nouos hereticos refellētes. Quan uis ꝛ in his libris qui nō cōtra illos oi no: quippe illi nōdum erant: sed contra manicheos cōscripti sunt de libero ar bitrio non omnimō de ista dei gratia re ticuimus: quā nefanda impietate conā tur offerre. Diximus quippe in secun do libro non solum magna sed etiā mi nima bona non esse posse nisi ab illo a quo sunt oia bona: hoc est deo. Et pau lo post: virtutes inq̄ quibus recte vi uitur magna bona sunt. Species autē quorūlibet corporū: sine quibus recte viui potest: minima bona sunt: poten tie vero ai sine quibus recte viui n̄ potest minima bona sunt: potentie vero animi sine quibus recte viui non pōt: media bona sunt. Virtutibus vero nemo ma le vtitur. Ceteris aūt bonis: id est me dijs ꝛ minimis: nō solū bene: sed etiā male q̄sq̄ vti potest: ꝛ ideo virtute ne mo male vtitur quia opus virtutis ē bo nus vsus istoꝝ quibus etiā bene vti pos sumus: nemo aūt bene vtendo male vti tur. Quare abundātia ꝛ magnitudo bonitatis dei non solū magna: sed etiā media ꝛ minima bona esse p̄stitit. Ma gis laudāda est bonitas eius in ma gnis q̄ in medijs: ꝛ magis i medijs: q̄ minimis bonis. Sed magis in omnibus q̄ si non omnia tribuisset. Et alio loco tu inq̄ pietate inconcussa tene tene vt nullū tibi bonum vel sentienti vel intel ligenti: vel quoquomō cogitāti occur rat qd̄ non sit ex deo. Itē quod alio lo co dixi. Sed quoniā non sicut sponte homo cecidit: ita etiā sponte surgere potest porrectā nobis desuper dextrā dei dominū nostrū Iesum firma fide te neamus. Et in libro tertio cum dixissē illud quo ꝛ Pelagiū de meis opuscu lis vsum fuisse cōmemoraui: quis enī inquā peccat in eo qd̄ nullo mō caueri potest? peccatur aūt: caueri igitur pōt cōtinuo secutus adiunxit. Et cū etiā per ignorantiā facta quedā improbā tur: ꝛ corrigēda iudicātur: sicut in diui nis auctoritatibus legimus. Ait enim apostolus. Misericordiā dei cōsecutus sum q2 ignorās feci. Ait ꝓpheta. De licta iuuētutis mee ꝛ ignorātias me as ne memineris. sunt enī necessitate facta improbāda: vbi vult hō recta face re ꝛ nō pōt. Nā vnde sunt ille voces. nō eī qd̄ volo bonū facio. sed qd̄ odi malum hoc ago: nā velle adiacet mihi: ꝑficere aūt bonum non. Et illud caro cōcupi scit aduersus spiritum: spiritus autē aduersus carnem. Hec enī inuicē ad uersantur: vt non ea que vultis facia tis. ¶. Sed hec oia homi nū sunt ex illa mortis dānatione venič tium. Nā si nō est ista pena hoīm sed na tura: nulla ista peccata sunt. Si eī non recedit ab eo modo quo naturaliter fa ctus est ita vt melius esse non possit: ea que debet facit cum hec facit. Si aūt bonus homo esset: aliter esset. Nūc aūt quia ita est non est bonus: nec habet in potestate vt bonus sit: siue nō vidēdo esse debeat: siue vidēdo esse qualē debere eē se videt: penam istam esse quis dubitet Omnis autem pena si iusta est pecca ti pena est: ꝛ supplicium noiatur. Si autē iniusta est pena qm̄ penam eē ne mo ambigit iniusto aliquo dominante homini imposita est porro quia de om nipotentia dei ꝛ iusticia: dubitare de mentis est iusta hec pena est et pro pec cato aliquo penditur. Non enī quisq̄ i iustus dominatur: aut subripere homi nē potuit velut ignorāte deo aut extor quere inuito tanq̄ inualidior vel ter rendo vel cōturbendo: vt hominē iniu sta pena cruciaret: Relinquič ergo vt hec pena iusta de dānatione hoīs veni at. Et alio loco approbare inquā falsa pro veris vt erret inuitus: ꝛ resistente atq̄ torquente calore carnalis vinculi non posse a libidinosis operibus tempe rare non est natura instituti hominis sed pena damnati. Cum autem de il la voluntate recte faciendi loquimur de illa scilicet in qua homo factus est loquimur. Ecce tam longe antequam pelagiana heresis extitisset. Sic di

sputauimus velut iam contra illos dis putamus. Cum ei oia bona dicerentur ex deo id est et magna et media: et minima in mediis quidem bonis inueniri liberum voluntatis arbitrium: quia et malo illo vti possumus: sed tamen tale est quod sine illo recte viuere nequamus: bonus autem vsus eius iam virtus est que in magnis reperitur bonis quibus male vti nullus pot. Et quia oia bona sicut dictum est et magna et media et minima ex deo sunt. Sequitur vt ex deo sit et bonus vsus libere voluntatis que virtus est et in magnis numeratur bonis: deinde dictum est ex quo miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia quia sponte homo id est libero arbitrio cadere potuit: non etiam surgere Ad quam miseriam iuste damnationis pertinent ignorantia et difficultas quam patitur ois homo ab exordio natiuitatis sue: nec ab isto malo liberatur quisque nisi dei gratia. Quam miseriam volunt pelagiani ex iusta damnatione dei descendere: negantes originale peccatum: quamuis ignorantia et difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia: nec sic culpandus esset deus sicut in eodem tertio libro disputauimus. Que disputatio contra manicheos habenda est qui non accipiunt sanctas scripturas veteris testamenti: in quibus peccatum originale narratur: et quicquid inde in litteris apostolicis legitur: detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum tanquam non fuerit ab apostolis dictum. Contra pelagianos autem hoc defendendum est: quod vtraque scriptura commendat: quam se accipere profitentur. Hoc opus sic incipit Dic mihi queso te vtrum deus non sit auctor mali.

Diui Aurelii Augustini Hipponensis Episcopi de Libero arbitrio Liber quem vt ipsemet testatur in eo de Bono perseuerantie post baptismum Rome Laicus non heremita (vt fatui quidam astruunt) cepit et in Affrica presbyter explicauit Liber primus incipit. In quo interloquuntur Orosius et Augustinus per modum dialogi. Vnde inquit Orosius. O.



Dic mihi queso te vtrum deus non sit auctor mali? Augu. Dicam. Si planum feceris de quo malo queras. Duobus enim modis appellare solemus malum. vno cum male quemque fecisse dicimus. alio cum mali aliquid esset perpessus. Oro. De vtroque scire cupio. Augu. Atsi deum bonum esse nosti vel credis neque aliter fas est malum non facit Rursus si deum iustum fatemur nam et hoc negare sacrilegum est vt bonis premia: ita supplicia malis tribuit. Que vtique supplicia: patientibus mala sunt Quamobrem si nemo iniuste penas luit quod necesse est credamus quandoquidem diuina prouidentia hoc vniuersum regi credimus illius primi generis malorum nullomodo: huius autem secundi auctor est deus. Oro. Est ergo alius auctor illius mali: cuius deum non esse compertum est. Au. Est certe: non enim nullo auctore fieri posset. Si autem queris quisnam iste sit: dici non potest. Non enim vnus aliquis est: sed quisque malus sui malefacti auctor est. Vnde si dubitas illud attende quod supradictum est malefacta iusticia dei vindicari: non enim iuste vindicarentur nisi fierent voluntа

te. oro. Nescio vtrum quisq3 peccet qui nō didicerit. Quod si verū est quis nā ille sit a quo peccare disceremus inquiro. Au. Aliquid boni estimas esse disciplinā. oro. Quis audeat dicere malū esse disciplinā. Au. Si nec bonum nec malum est. oro. Mihi bonum videtur. Aug. Bene et sane. Siquidē scientia per illā datur aut excitat' nec quisq3 nisi per disciplinam aliquid discit. Aug. Tu aliter putas? oro. Ego per disciplinā non nisi bona disci arbitror. Au. Vide ergo ne non discātur mala. Na3 disciplina nisi a discendo nō dicta est. oro. Unde ergo ab hoie fiunt si non discuntur. Au. Eo fortasse quod se a disciplina id est a discendo auertit atq3 abalienat Sed siue huc siue aliud aliquid sit: illud certe manifestū est quoniā disciplina bonum est. & a discēdo dicta est disciplina: mala dici oīno nō posse. Si enim discuntur: sub disciplina cōtinentur atq3 ita disciplina nō erit bonum: bonū est aūt vt ipse cōcedis. Nō igitur discuntur mala & frustra illum a quo male facere discimus queris. āt si discuntur mala vitanda discunt'. Ex quo malefacere nihil est nisi a disciplina deuiare. oro. Prorsus ego duas disciplinas esse puto: vnam per quam benefacere: aliam per quam malefacere discimus. Sed cum quereres vtrum disciplina bonum esset ipsius boni amor intentionē meam rapuit vt illam disciplinā intuerer que benefaciendi est ex quo bonum esse respondi. Nunc autem animoneor esse aliam quam proculdubio malum esse cōfirmo & cuius authorem requiro. Au. Saltem intelligentiam non nisi bonum putas. oro. istam plane ita bonam puto vt non videam quid in homine possit esse prestantius nec vllomodo dixerim aliquam intelligentiam malam esse posse. Au. Quid cū docet' qsq3 si non intelligat: poterit ne tibi doctus videri. oro. Omnino nō poterit. Au. Si ergo oīs intelligentia bona est nec qsq3 qui non intelligit discit oīs q discit bn̄facit. Quisqs igitur querit auctorē p quē aliquid discimus auctorē pfecto p quē facim9 bn̄ qrit q propter desine velle inuestigare nescio quē malū doctorē. Si eni malus est: doctor nō est. Si doctor est: malus nō est.

R Oro. Age iam qm̄ satis cogit vt fatear nō nos discere male facere. Dic mihi vn̄ male faciam9. Aug. Eā questionē moues: q me ad modū adolescētem vehementer exercuit: & fatigatū in hereticos īpulit atq3 deiecit. Quo casu ita sum afflictus & tātis obrutus aceruis inanū fabularum: vt nisi mihi amor inueniendi veri opē diuinam impetrauisset: emergere inde atq3 in ipa3 primā querēdi libertatē respirare non possem: Et quoniā mecū sedulo actū est vt ista questione liberarer: eo tecū agam ordine quē secutus euasi. Aderit enim deus & nos intelligere quod credimus faciet. Prescriptū eni p pphetā gradū qui ait nisi credideritis non intelligetis: tenere nos debem9 si bene nobis conscii sumus. Credim9 autē ex vno deo oīa esse que sunt: & tn̄ non esse peccatorū auctorē deum. Mouet autē animū si petā ex his aīabus sunt quas deus creauit: ille autē aīe ex deo quō non paruo interuallo petā referātur in deū. Oro. Id nunc plane abs te dictū est qđ me cogitantē satis excruciat: & qđ ad istā inquisitionē cocegit et traxit. Aug. Virili animo esto & crede qđ credis. Nihil enim creditur melius etiā si causa lateat cur ita sit. Optime nanq3 de deo estimare verissimum est prefatis exordiū nec quisq3 de illo optime existimat: qui non eum oīpotentē atq3 ex nulla pericula cōmutabilē credit bonorū etiam et omniū creatorem quibus est ipse prestantior. Rectorem quoq3 iustissimum eorū oīm q creauit. Nec vlla adiutum esse natura in creādo quasi q nō sibi sufficeret: ex quo fit vt de nichilo creauit oīa: de se autē non creauerit sed genuerit qđ sibi par esset quē filiū dei vnicū dicim9. quē cū planius enunciare conamur dei virtutem & dei sapientiā nominamus p quā fecit omnia que de nihilo facta sunt.

S Quib9 cōstitutis ad intelligēti-

am eius rei quam requiris opitulanté deo nitamur modo. Queris certe vnde mala faciamus: prius ergo discutiendum est quid sit malefacere qua de re tibi quid videatur exprime. Quod si nõ potes totum simul breuiter verbis cõprehẽdere: saltem particulatim malefacta ipsa cõmemorando sententiã tuam notã fac mihi. oro. Adulteria: homicidia: & sacrilegia vt omittam cetera: quibus enumerandis vel tempus vel memoria suppetit: quis ẽ cui non male facta videãtur? Au. Dic ergo pri⁹ cur adulteriũ male fieri putes. An quia id facere lex vetat? oro. Non sane ideo malũ est quia vetatur lege. Sz ideo vetatur lege quia malum est. Aug. Quid si quispiã nos exagitaret exaggerans delectationes adulterii: & querẽs a nobis cur hoc malũ & damnatione dignũ iudicemus nõ ad auctoritatẽ legis cõfugiendũ cẽses hoibus iam nõ tñ credere sz intelligere cupiẽtibus. Nã & ego tecũ credo & incõcusse credo omnibusq populis atq gẽtibus credendũ esse clamo maluz esse adulteriũ: sz nũc molimur id quod in fidem recipimus et intelligẽdo scire ac tenere firmissimũ. Considera itaq quantum potes & renuncia mihi quanã ratione adulteriũ malũ esse cognoueris. oro. Hoc scio malũ esse: quod hoc ipse ex vxore mea pati nollẽ. Quisqs aũt alteri facit qđ sibi fieri nõ vult male vtiqz facit. Aug. Quid si cuiuspiã libido ea sit vt vxorẽ suã pbeat alteri libẽterq ab eo corrumpi patiatur in cuius vxorem vicissim cupit parem habere licentiam: nihil ne mali tibi facere videtur. or. Immo plurimũ. Aug. An non iste illa tua regula peccat. Non eni facit qđ pati nolit. Quãobrẽ aliud tibi querendũ ẽ vnde malum esse adulterium comunicas oro. Eo mihi videtur malum q huiuscrimimis homines vidi sepe dãnari. Aug Quid? propter recte facta nonne homines plerũq dãnati sunt. Recense historiã ne te ad alios libros mittam eaz ipsaz que diuina auctoritate precellit Iam inuenies q male de apostolis & de omnibus martyribus sentiamus: si placet nobis damnationẽ certum iudicium esse malefacti cũ illi omnes damnationẽ digni propter confessionẽ suaz iudicati sunt. Quamobrẽ si quicquid damnatur malum est: malum erat illo tẽpore credere in christum & ipsam cõfiteri fidem. Si aũt non omne malũ est quod damnatur quere aliud vnde adulterium malum esse doceas. orosius Quid tibi respondeam non inuenio. ¶ Augustin⁹. Fortassis ergo libido in adulterio malum est. Sed dum tu foris ipso facto: quod iam videri potest maluz queris pateris angustias. Nam vt intelligas libidinem in adulterio malum esse si tibi etiam non contingat facultas concumbendi cum cõiuge aliena si planũ tamen aliquo modo sit id eum cupere: & si potestas detur facturum esse non minus reus est q si in ipso facto deprehenderetur. orosius. Nihil est omnino manifestius & iam video non opus esse longa sermacinatione vt michi de homicidio sacrilegio atq prorsus de omnibus peccatis persuadeatur. Clarum est enim iã mihi aliud quam libidinem in toto malefaciendi genere dominari. Augustinus. Scis ne etiam istam libidinem alio nomine cupiditatem vocari. orosius Scio. Augustinus. Quid inter hanc et metum nihil ne interesse an aliquid interesse putas. orosius. Immo plurimum, hec ab inuicem distare arbitror. Augustinus. Credo te ob hoc arbitrari quia cupiditas appetit: metus fugit. orosius. Est ita vt dicis. Augustinus. Quid si ergo quispiam non cupiditate adipiscende alicus rei sed metuens ne quid ei mali accidat hominem occiderit: non homicida iste non erit. orosius. Erit quidem sed non ideo factum hoc cupiditatis dominatu caret. Nam qui metuens hominem occidit: cupit vtiq sine metu viuere. Augustinus. Et parum tibi bonum videtur sine metu viuere. orosius. Magnum bonum est: sed hoc

illi homicide per facinus suū puenire
nullo mō pōt. Aug. Non q̄ro q̄d ei pro
uenire possit: sed q̄d ipse cupiat. Certe
eñ bonū cupit: q̄ cupit metu liberari:
et idcirco ista cupiditatis culpāda nō
est: alioq̄n oēs culpabimur amatores
boni: pinde cogimur fateri esse homi-
cidiū in quo neq̄at male illius cupidi-
tatis dn̄atio reperiri: falsumq̧ erit il-
lud. qđ in omnibus petis vt mala sint
libido dn̄etur: aut erit aliquod homici
diū qđ possit non esse pctm̄. Si homici
diū est hominē occidere pōt accidere
aliq̄n sine pctō. Nam miles hꝫ ⁊ iudex
vel minister eius nocentē cui forte iui
to atq̧ īprudenti telū manu fugit non
mihi videntur peccare cū hominē occi-
dunt. Or. Assentior. Sed homicide isti
appellari nō solēt. Au. Respōde itaq̧
vtrū illū q̄ dn̄m occidit: a quo sibi me-
tuebat cruciatus graues in eorū nūe-
ro habendū existimes: q̄ sic hominē oc
ciđūt vt ne homicidarū quidē noīe di-
gni fuit. Or. Longe ab eis istū differre
video. Nā illi vel ex legibus faciūt vel
nō ꝯtra leges: huius aūt facinus nul
la lex approbat. ¶ Au. Rur-
sus me ad auctoritatē reuocas. Sed
meminisse te opꝫ id nūc a nobis esse su
sceptū vt itelligamus qđ credim⁹. ten
tandū itaq̧ est si quo mō possumus id
ip̄m itelligere: vtrum lex punit hoc fa
ctū non pperā puniat. Or. Nullo mō p
perā punit q̄nq̄dē punit eum q̄ volēs ⁊
sciens dn̄m necat. qđ nullus iustorū fa
cit. Au. Et q̄d recordaris te pauloan-
te dixisse in oī facto malo libidinē dn̄a
ri: ⁊ eoipso malū esse. Or. Recordor sa
ne. Aug. Quid illud: nunc idē tu con-
cessisti cū q̄ cupit sine metu viuere nō
habere malā cupiditatē. Or. Et hoc
recordor. Aug. Cū ergo ista cupidita-
te a seruo dn̄s iterimit nō illa cupidita
te culpabili iterimitur. Quāobrē cur
sit hoc facinus malū nōdū cōperim⁹.
Conuenit eñ inter nos omnia malefa
cta non ab aliud mala esse nisi q̧ libi-
dine / id est improperanda cupiditate
fiunt. Or. Iam michi videtur iniuria
iste damnari. Quod quidē non aude-
rem dicere: si aliud haberē quod dice-
rē. August. Ita ne prius persuasisti ti
bi tantū scelus impunitum esse oporte
re. cum considerares vtrum ille seru⁹
propter satiandas libidines suas me-
tu dn̄i carere cupuerit. Cupere nanq̧
sine metu viuere: nō tantū bonorum.
sed etiam malorū omniū est. Uerū hoc
interest quod ibi boni appetunt auer-
tendo amorē ab his rebus q̄ sine amit
tendi periculo nequeunt haberi: mali
autē vt his fruēdis cum securitate in-
cūbant. remouere impedimēta conan-
tur: vt propterea facinorosam scelera-
tāq̧ vitā q̄ mors melius vocatur: ge-
rant. Or. Resipisco ⁊ admodum gau-
deo tam me plane cognouisse quid sit
etiam illa culpabilis cupiditas q̄ libi-
do nominatur. Quā esse iam apparet
earum rerū amorē quas potest quisq̧
inuitus amittere. Quare nunc age q̄-
ramus si placet vtrum etiā in sacrile-
giis libido dn̄etur q̄ videmus plura su
perstitione cōmitti. Aug. Uide ne pre
properū: prius eñ mihi discutiendum
videtur: vtrū vel hostis irruens vel in-
sidiator sicarius siue pro vita: siue pro
libertate: siue p pudicitia: siue vlla in-
terficiatur libidine. Oro. Quō possum
arbitrari carere istos libidine: qui pro
his rebus digladiantur quas possunt
amittere inuiti. Aut si non psūt. Quid
opus est p his vsq̧ ad hoīs necesse p-
gredi. Nō ergo lex iusta est q̄ dat pote
statē vel viatori vt latronem ne ab eo
ipse occidaē occidat: vel culpā tollit vi
ro aut femine: vt violēter sibi stuprato
rē irruentē añ illatū stuprū si possit in-
terimat? Nā militi etiam iubeē lege vt
hostē necet. A qua cede si temperaue
rit: ab iperatore penas luit. Nun istas
leges iniustas vel potius nullas dice-
re audebimus? Nam mihi lex esse non
videē q̄ iusta nō fuerit. x Aug.
Legē quidē satis video esse munitā cō
tra huiuscemodi accusationē que in eo
populo quē regit minorib⁹ malefactis
ne maiora cōmitterenē dedit licentiā.
Multo est eñ mitius eū q̄ aliene vite
insidiatur q̄ cum q̄ suā tuetur occidi.

Et multo est immanius inuitũ hoiem stuprũ perpeti q̃ eũ a quo illa vis infertur ab eo cui inferre conatur interimi. Jam vero miles in hoste interficiendo minister est legis. Quare officiũ suũ facile nulla libidine impleuit. Porro ipsa lex q̃ tuẽdi ppli cã data est nulli⁹ libidinis argui põt. Siqdẽ ille q̃ tulit si dei iussu tulit .i. qđ precepit eterna iusticia expers oĩno libidinis id agere potuit. Si aũt ille cum aliqua libidine hoc statuit: non eo fit si vt ei legi cũ libidine obtẽperare necesse sit qr bona lex: z a nõ bono ferri põt. Nõ eni si q̃s verbi causa tyrannicã potestatem nactus ab aliquo cui hoc cõducit precium accipiat: vt statuat nulli licere vł ad coniugiũ feminã rapere: propterea mala lex erit qr ille iniustus atq3 corruptus hãc tulit: potest ergo illi legi que tuendoꝝ ciuiũ causa vim hostilem eadem repelli vi iubet sine libidine obtẽperari. Et de omnib⁹ ministris qui iure atq3 ordine potestatibus quibusq3 subiecti sunt: id dici potest. Sed illi homines lege inculpata: quomõ inculpati queant esse nõ video. Non eni lex eos cogit occidere. sed relinquit in potestate liberũ eis itaq3 est neminem necare pro his reb⁹ quas inuiti possint admitere: z ob hoc amare non debent. De vita eni fortasse cuiuspiã fit dubiũ: vtrũ anime nullo pacto auferatur dum hoc corpus interimit: sed si auferri potest: contẽnẽda est. Si nõ põt nihil metuendum. De pudicitia vero q̃s dubitauerit quin ea sit in ipso aĩmo constituta qñqdẽ ṽtus est. Vñ a violento stuprato re eripi nec ipa põt. Quicqd igit ereptur⁹ erat ille q̃ occidit: id totũ in potestate nostra nõ est. Quare quemadmodum nostrũ appellandũ sit non intelligo. Quapropter legẽ quidem non reprehendo que tales permittit interfici: sed quo pacto istos defendã q̃ interficiunt non inuenio. Oro. Multo min⁹ ego possum inuenire: cur hominib⁹ defensionem queras: quos reos nulla lex tenet. Augu. Nulla fortasse sed earuz legum que apparent z ab hominibus leguntur. Nam nescio vtrum non aliqua vehementiore ac secretissima lege teneantur: si nihil rerũ est quod nõ administret diuina prudentia. Quõo eniz apud eã sunt isti petõ liberi qui pro his rebus quas cõtẽni oportet humana cede polluti sunt. Y Oro. Videtur ergo mihi z legem istaz que populo regendo scribitur recte ista permittere z diuinã prouidentiã vindicare. Ea eni vindicãda sibi hec lex populi assumit q̃ satis sunt cõciliãde paci hoĩbus imperitis z q̃ta possint per hoiem regi. Ille vero culpe alias penas aptas habent a quibus sola mihi videt̃ posse liberari sapientia. Au. Laudo z probo ista q̃uis inchoata minusq3 pfectã tñ fidentẽ z sublimia queuã petentẽ disticiionẽ tuã. Videt̃ eni tibi lex ista que regendis ciuitatibus fertur multa cõcedere atq3 impunita relinquere q̃ sẽp diuinã tñ prouidentiã vindicantur recte. Neq3 eni q̃a nõ oĩa facit: ideo que facit improbanda sunt. Sed duplicamus si placet diligenter quousq3 per legem istã q̃ populos in hac vita cohibet malefacta vlciscẽda sint. Deinde quid restet: qđ per diuinã prouidentiã inevitabilius secretoq3 puniatur. Oro. Cupio si mõ pueniri possit ad tãte rei terminos. Nã hoc ego infinitum puto. Au. Jmmo adesto animo: z rationis vias pietate fretus ingredere. Nihil est enim tã arduũ atq3 difficile qđ nõ deo adiuuante planissimũ atq3 expeditissimũ fiat. Jn ipm itaq3 suspensi ab eo auxiliũ deprecãtes qđ instituim⁹ queramus. Et prius respõde mihi: vtrũ ista lex q̃ litteris pmulgat̃ hominib⁹ hãc vitã viuentibus opituletur. Oro. Manifestum est. Nam ex his hominibus vtiq3 populi ciuitatesq3 consistunt. Au. Quid ipsi homines z populi eiusdemne generis rerũ sunt: vt interire mutari ve non possint eterniq3 omnino non possint an vero mutabiles temporibusq3 subiecti sunt. Oro. Mutabile plane atq3 tempori obnoxium hoc genus eẽ quis dubitet. Augusti. Ergo si populus sit bene moderatus z grauis cou

muniſq; vtilitatis diligentiſſimus cu-ſtos:in quovnuſquiſq; minoris rē pri-uatam q̄ publicam pendat nōne recte lex fertur q: huic ipi populo liceat cre are ſibi magiſtrat⁹ per quos ſua res i-dē publica amminiſtretur. Ero. Recte prorſus Au. Porro ſi paulatī deprauatus idē populus rem priuatem rei publice preferat atq; habeat venale ſuffragiū corruptuſq; ab eis qui honoreſ amant regnum in ſe factioſis ſceleratiſq; cōmittat:nōne item recte ſi quis tunc extiterit vir bonus qui plurimū poſſit adimat huic populo poteſtatem dandi honores ⁊ in paucorū bonorum vel etiā vnius redigat arbitriū? Eroſi Et id recte. Au. Cum ergo due iſte leges:ita ſibi videātur eſſe contrarie:vt vna earā bonorum dandorum populo tribuat poteſtatē:auferat altera ⁊ cū iſta ſcda ita lata ſit vt nullomodo ambe in vna ciuitate ſimul eſſe poſſunt.nō dicemus aliquā earū iniuſtā eſſe ⁊ fieri minime debuiſſe. Ero. Nullo mō. Aug Appellemus ergo iſtā legē ſi placet tēporalē:q̄ q̄q; iuſta ſit cōmutari tamen per tempora iuſte poteſt. Ero Appellemus. Aug. Quid illa lex que ſumma ratia noīatur cui ſemper obtemperandum eſt. Et per quam mali miſerā: boni beatā vitā merentur:per q̄ deniq; illa quā temporalē vocandam diximus recte refertur:recteq; mutatur: poteſtne cuipiā intelligenti:non incommutabilis eternaq; videri:an poteſt aliqn̄ iniuſtū eſſe:vt mali miſeri boni aūt beati ſint. Aut vt modeſtus ⁊ grauis populus ipſe ſibi magiſtratus creaſſet diſſolutus vero ⁊ nequam iſta licentia careat. Ero. Video hāc eternam eſſe atq; incōmutabilē legem. Aug Simul etiam te videre arbitror in illa tpali nihil eſſe iuſtum atq; legitimū quod non ex hac eterna ſibi homines deriuauerit. Nā ſi popul⁹ ille quodā tēpore iuſte honores dedit. hec viciſſitudo tēporalis vt eſſet iuſta ex illa eternitate tracta ē q̄ ſemꝑ iuſtū eſt grauē populū honores dare leuē non dare. An tibi aliter videtur. Ero. Aſſentior 5 Aug

Ut igitur breuiter eterne legis notionē q̄ impreſſa nobis eſt:quātū valeo verbis explicare ea eſt qua iuſtū eſt vt oīa ſint ordinatiſſima. Tu ſi alit̄ exiſtimas prome. Ero. Quid tibi vera dicenti cōtradicā non habeo. Augu. Cum ergo hoc ſit vna lex:ex qua ille oēs tēporales ad homines regendos variantur: num iō ipſa variari vllomodo poteſt. Eroſi⁹ Intelligo omnino nō poſſe. Neq; ei vlla vis vllus caſus:vlla rerū labes vnq̄ effecerit:vt iuſtū non ſit oīa non eſſe ordinatiſſima. Au. Age nunc videamus hō ipſe quō in ſeipſo ſit ordinatiſſimus Nā ex hominibus vna lege ſociatis populus conſtat q̄ lex vt dictū ē tēporalis eſt. Et dic mihi vtrū certiſſimū tibi ſit viuere te. Ero. Hoc vero quod certius reſponderim? Au. Quid aliud poteſne dinoſcere aliud eſſe viuere:aliud noſſe ſe viuere. Ero. Scio quidem neminem ſe noſſe viuere niſi viuentē. Sz vtrū omnis viuens nouerit ſe viuere ignoro. Aug. Quā vellē vt credis ita et ſcires pecora carere ratione. Cito noſtra diſputatio ab iſta queſtione tranſiret qm̄ neſcire te dicis:longam ſermocinationem moues. Neq; enim talis res eſt:qua pretermiſſa pergere in eā q̄ intendimus tam a connexione oīs q̄ta opus eſſe ſentio:ſinamur. Dic itaq; mihi cum ſepe viderimus beſtias ab hominibus domitas id ē non corpus beſtie tm̄:ſed etiā aīam ita hoī ſubiugatā vt volūtati eius ſenſu quodā et conſuetudine ſeruit vtrum tibi nullomō fieri poſſe videatur:vt beſtia quelibet immanis vel feritate:vel corpore vel etiā ſenſu quolibet acerrima pari vice ſibi hoīem ſubiugare conetur:cum corpus eius ſeu vi:ſeu clam multa interimere valeat. Eroſi. Nullomodo iſtud fieri poſſe conſentio. A Au. Bene ſane:ſed item dic mihi cum manifeſtū ſit viribus ceteriſq; officiis corporis a plurimis beſtiis hominē facile ſuperari que nam res ſit qua homo excellit vt nulla ei beſtiarum: ipſe autem multis imperare poſſit an forte ipſa eſt que rationalis intelligentia dici ſolet. Eroſi.

Non inuenio aliud quandoquidem in animo est id qd belluis antecellimus. Que si exanimes essent dicerē nos eo prestare φ animū habemus. Nunc vero cum ꝛ illa sint animalia: id quod eorum animis non inest vt subdantur nobis: inest autem nostris vt eis meliores simus: quādo neqꝫ nihil neqꝫ paruum aliquid esse cui⁹ apparet q̄d aliud rectius q̄ꝫ rationi vocari. Aug. Uide q̄ꝫ facile fiat deo adiuuāte φ homies difficillimū putāt. Nā ego fateor tibi q̄stionē istā que vt itelligo terminata est tam diu nos retenturā putaueram q̄ꝫ fortasse oīa q̄ dicta sunt ab ipso nostre disputationis exordio. Quare accipe iam vt deinde ratio cōuertatur. Nam credo te nō ignorare id quod scire dicimus: nihil esse aliud q̄ꝫ ratione habere perceptum. Ego. Ita est. Augusti. Qui ergo scit se viuere: ratione nō caret. Ego. Consequēs est. Aug. Uiuunt autēꝫ bestie: ꝛ sicut iam eniituit rationis expertes sunt. Ego. Manifestū est. Aug. Ecce igitur nosti quod te ignorare respondebas: nō omne qd viuit scire se viuere q̄ꝫ omne quod se viuere sciat necessario viuat. Ego. Non mihi est iam dubium perge quo intēderas. Aliud enim viuere esse: aliud viuere se scire satis didici. Augu. Quid ergo tibi horū duoꝝ videtur esse prestātius. Ego. Quid putas nisi scientiam vite? Melior ne tibi videt vite sciētia q̄ꝫ ipa vita. Aug. Forte itelligis superiorem quandā sinceriorē vitā esse sciētia: qua scire nemo potest nisi q̄ intelligit: itelligere autē q̄d est nisi ipa luce mētis illustrius perfectiusqꝫ viuere? Ego. Mihi nisi fallor nō vite aliud aliquid? Secundam vite meliorē vitam proposuisti. Optime omnino cognouisti ꝛ explicasti scientiam meam: Si tamen scientia mala esse nunqꝫ potest. Aug. Nullo modo arbitror nisi translato verbo sciētiam pro experientia dicimus. experiri enim nō semper bonum est sicut experiri supplicia. Illa vero que ꝓprie ac pure scientia nominatur: quia ratione atqꝫ intelligentia paratur mala esse qui potest? Ego. Teneo ꝛ istam differentiam. persequere cetera. B

Augu. Illud est quod volo dicere: hoc quicquid est quo pecoribus homo preponitur siue mens: siue spiritus: siue vtrumqꝫ rectius appellatur: nā vtrūqꝫ in diuinis libris inuenimus: si dominetur atqꝫ imperet ceteris: quibuscunqꝫ homo constat tunc esse hominem ordinatissimum. Uideamus enim habere nos non solum cum pecoribus: sed etiā cum arbustis ꝛ stipitibus multa communia. Nanqꝫ alimentum corporis sumere: crescere: gignere: arborib⁹ quoqꝫ tributum videmus: que infima quadā vita continentur. Uidere autem atqꝫ audire ꝛ olfactu: gustu ꝛ tactu corporalia sentire posse bestias: ꝛ acrius plerasqꝫ q̄ꝫ nos cernimus et fatemur. Ad de vires ꝛ valentiaꝫ firmitatēqꝫ membrorum et celeritates facillimosqꝫ corporis motus quibus oībus quasdam earuꝫ superamus quibusdā equamur a nonnullis etiam vincimur. Genus tamen ipsum verum est nobis certe commune cū belluis. Iā vero appetere voluptates corporis et vitare molestias ferine vite omnis actio est. Sunt alia quedam que cadere in feras non vidētur: nec tamen in homine ipso summa sunt: vt iocari ꝛ ridere. Quod humanum quidem sed infimum hominis iudicat: quisquis de natura humana rectissime iudicat deinde amor laudis: et glorie ꝛ affectatio dominandi: que tamen si bestiarum non sunt: non tamē earum rerum libidine bestiis meliores nos esse arbitrandum est. Nam et iste appetitus cum rationi subditus nō est miseros facit. Nemo autē cuiqꝫ miseria se preponendū putabit. Hunc igit motibus anime cum ratio dominatur: ordinatus homo dicēdus est. Non eñ ordo rect⁹ aut ordo appellādus est oīno vbi deteriorib⁹ meliora subiiciunt. An tibi non videt. Ego. Manifestū est. Aug. Nō ista ergo vel mēs: vel spūs cū irrationabiles animi mot⁹ regit. id sez datur in homine cui dñatio lege debet ea quā eternā esse cōperimus. Ego. In

telligo ac sequor. Au. Cũ ergo ita homo cõstitutus atq; ordinatus est non ne tibi sapiens videt. Or. Nescio aliud quis mihi sapiens hõ videri possit si hic nõ videt. Au. Credo etiã te illud scire: plerosq; homines stultos eẽ. Or. Hoc quoq; satis constat. Augu. At si stultus sapienti est contrarius: quomodo sapientem comperimus: q̃s etiam stultus sit profecto iam intelligis. Or. Cui non appareat hunc esse: in q̃ mẽs summam potestatem non habet. Au. Quid igitur dicendum: cum homo ita est affectus: deesse illi mentem: an q̃uis insit: eam carere dominatu? Or. Hoc potius qđ vltimũ proposuisti vel subiecisti puellẽ a te audire: quibus documẽtis perceptũ habeas mentẽ inesse homini que suũ non exerceat principatũ. Au. Vtinã tuas istas ptes facere velles. Nam non mihi facile est sustinere quod ingeris. Illud saltem facile est tibi recordari quod paulo ãte diximus queadm edũ bestie mãsuete facte ab hoibus ac domite seruiant. Quod ab eis vicissim homines vt demonstrauit ratio paterentur nisi aliquo excellerent. Id aũt non inueniebamus in corpore. Ita cum in animo esse appareret: quid aliud appellandũ esset q̃ ratio non comperimus. Qui postea ⁊ mẽtẽ ⁊ spiritũ vocari recordati sumus Sed si aliud ratio aliud mẽs cõstat certe non nisi constare ratione ex qb⁹ illud cõficit. eũ q rõnẽ habet mẽte carere nõ posse. Or. Probe ista reminiscor ac teneo. Au. Quid illud credis ne domitores beluaꝝ nisi sapientes esse non posse. Eos ei sapientes voco quos veritas vocari iubet. i. q regno mentis omni libidinis subiugatione pacati sunt. Or. Ridiculum est tales putare istos quos vulgo mansuetarios nuncupant: vel etiam pastores: aut bubulcos: aut aurigas: quib⁹ oibus domitũ pecus subiectũ videm⁹ ⁊ quoꝝ industria indomitũ subiici. Au. An igit habes documentũ certissimũ quo manifestum fiat inesse mentẽ homini sine dñatu. his q̃ppe inest mens. Non tñ regnat. Nã stulti sunt. Neq; regnũ mentis nisi sapientium esse percognitum est. Or. Mirũ ẽ hoc iã fuisse a nobis i superiorib⁹ ꝯfectũ ⁊ mihi qđ respõderem nõ potuisse in mẽtẽ venire. ¶ Sed alia cõteramus. Iã eni ⁊ regnũ mẽtis humane humanã esse sapientiã ⁊ eam posse etiã nõ regnare cõpertũ est. Au. Putas ne ista mẽte cui regnũ in libidinẽs eterna lege cõcessum esse cognoscimus: potentiorem esse libidinem. Ego eni nullo pacto puto. Neq; enim esset ordinatissimum: vt impotẽtiora potentioribus imperarent. Quare necesse arbitror esse: vt plus possit mens q̃ cupiditas eo ipso quo cupiditati recte iusteq; dñat. Or. Ego quoq; ita sentio. Au. Quid virtutẽ oẽm non dubitam⁹ omni vitio sic anteponere: vt virtus q̃to melior atq; sublimior: tanto firmior inuictiorq; sit. Or. Quis dubitauerit. Aug. Nullus igitur vitiosus animus virtute armatum aim superat. Or. Verissimum est. Aug. Iã corpore oĩ quãlibet aim meliorẽ potẽtioreq; esse nõ te arbitror negaturum. Nemo id negat qui qđ facile est videt aut substantiã viuentẽ nõ viuenti: aut eã que vitã dat ei q̃ accipit perferendã. Au. Multo minus igitur corpus qualecũq; id sit aĩ virtute preditũ vincit. Or. Euidentissimũ ẽ. Aug. Quid animus iustus mẽsq; ius propriũ imperiũq; custodiẽs nõ põt aliã mentẽ pari equitate ac virtute regnantẽ ex arte deiicere atq; libidini subiugare. Or. Nullomõ. non solũ propter eandẽ ĩ vtraq; excellentiã: sed etiã quod a iusticia prior decidet: fietq; vitiosa mens que aliã facere conabitur eoq; ipso erit infirmior. Aug. Bene intelligis: quare illud restat vt respõdeas si potes: vtrum tibi videatur rõnali ⁊ sapienti mente q̃cq̃ esse prestantius? Or. Nihil pter deũ arbitror. August. Et mea ista snia est Sed q̃m res ardua est: neq; nunc oportune queritur: vt ad intelligentiam veniat: q̃ q̃ robustissime teneatur fide integra: nobis sit huius questionis diligens ⁊ cauta tractatio. In presentia

quia et hoc quod possumus eius munere possumus. Et cum hic viuimus il lo largiente viuimus qui largius est vt possim⁹. Et ideo de istis necessariis solliciti non sumus: quia cum hoc possumus agere: ille nos pascit et vestit a quo pascuntur homines et vestiuntur: Cum vero hoc non possumus agere: idē ipse nos pascit et vestit a quo aues pascunt et lilia vestiuntur: quoniam nos pluris sumus illis: quapropter in ista militia nostra nec in crastinum cogitam⁹ quia non propter ista temporalia quo pertinet crastinus sed propter illa sempiterna vbi semper hodiernus est nos illi ꝓbauimus vt ei in illis negociis secularibus iplicari placeamus: q̄ cum ira sit sine me paululum sancte frater. Dat ei mihi dñs ꝑ te magnā fiduciā eosipsos alloqui filios et fratres nostros quos noui quanta nobis cum dilectione parturias: donec in eis apostolica disciplia formetur. R O serui dei milites Christi ita ne dissimulatis calidissimi hostis insidias q̄ bonā famam nostram tam bonum Christi odorē ne dicāt aie bone post odorē vnguētorum tuorū curremus et sic laqueos eius euadāt omni modo cupiens obscurare putorib⁹ tam multos hipocritas sub habitu monachoꝝ vsquequaqꝫ dispersit circūeuntes prouicias nusq̄ missos: nusq̄ fixos: nusq̄ stātes: nusq̄ sedentes. Alii membra martyrum si tamen martyrū vendicāt alii fimbrias et filateria sua magnificant: alii parētes vel cōsanguineos suos in illa vel in alia regione se audisse viuere et ad eos pergere mentiuntur: et oēs petunt oēs exigūt: aut sumptus lucrose egestatis aut simulate precium castitatis. Cum interea malis factis suis vbicunqꝫ deprehensi fuerint vel quoquomodo innotuerūt sub genere li nomie monachorū vestrū ꝓpositū blasphemat: taz bonū: tam factū qd in christi noie cupimus sicut per alias terras sic per totā Aphricā pullulare. Nonne ergo inflāmamini zelo dei. Nonne concalescit cor vestrū in ira vos et i meditatione vestra exardescit ignis vt istoꝝ mala opa bonis operib⁹ persequimini: vt eis amputetis occasionē turpiū nundinarū quibus estimatio vestra ledit: et infirmis offendiculum ponitur. Misereminí ergo et compatimini et ostendite hoibus non vos in ocio facilem victum sed ꝑ augustā et arctam viā hui⁹ ꝓpositi regnū dei querere. Eadez vobis cā que aplo fuit vt amputetis occasionē his qui querunt occasionem: vt qui illorum putorib⁹ prefocant i odore vestro bono reficiantur. L Nō alligam⁹ onera grauia et vestris humeris imponimus q̄ nos digito attingere nolumus. Querite et agnoscite labores occupationum nostraꝝ et in aliqb⁹ etiā nostrorum corporum infirmitates et ecclesiarum quibus seruimus talem iā cōsuetudinē: vt nō ad illa opa ad q̄ vos hortamur vacare non sinant. Quāq̄ enim dicere possimus. Quis militat suis stipendiis vnq̄? Quis plantat vineam et de fructu eius non edit. Quis pascit gregem et de lacte eius non percipit? Tamen dominū Jesū in cui⁹ nomine securus dico testē inuoco sup animam meam quoniam quantum attinet ad meum commodum multo mallē per singulos dies certis horis q̄tum in bene moderatis monasteriis constitutuz est aliquid manibus operari et certas horas habere ad legendum et orandu; aut aliquid de diuinis libris seu litteris agēdum liberas q̄ tumultuosissimas perplexitates causarum alienarum pati de negociis secularibus vel iudicando dirimendis: vel interueniendo precidendis (quibus nos molestiis idem afflixit apostolus) nō vtiqꝫ suo sed eius q̄ per eum loquebatur arbitrio. Quas tamen ipsum ꝑpessum fuisse non legimus. Alit enim se habebat apostolat⁹ ei⁹ discursus. Nec dixit secularia igit iudicia si habueritis ad nos deferte: aut nos constituite ad iudicandum sed eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos inquit collocate. Ad reuerētiam vobis dico. Si non est inter vos quisq̄ sapiēs qui possit inter fratrem suum iudicare sed frater cum fratre iudicatur: et hoc

apud infideles? Sapientes ergo qui in locis consistebant fideles et sanctos nō qui hac atq3 illac propter euangelium discurrebant talium negociorū examinatores esse voluit. Unde nunq̄ de illo scriptum est q aliqū talibus vacauerit a quibus nos excusare non possumus etiā3si cōteptibiles sumꝰ: qꝛ ⁊ hos collocari voluit si sapienteq defuissent potius q̄ vt negocia xp̄ianorū deferrētur in forum: quem tñ laborem nō sine cosolatione suscipimus prospere vite eterne: vt fructum feramus cu3 tolerantia Serui enim sumus eius ecclesie et maxime infirmiorib9 mēbris q̄libet in eodem corpore membra sumus. Omitto alias innumerabiles ecclesiasticas curas quas fortasse nemo credit nisi qui expertus est. non enim alligamus onera grauia ⁊ humeris vestris imponimꝰ que nos digito non angimus. q̄nquidem si officii nostri salua ratiōe possemus (videl3 ille qui p̄bat corda nostra) mallemus hoc agere qđ vt agatis hortamur q̄ ea que nos agere cogimur. Sane omibus ⁊ nobis: et vobis pro nostro gradu: et officio laborātibus: et arcta via est in labore: ⁊ erūna: ⁊ tñ in spe gaudentibus. Jugum em̄ eius leue est ⁊ sarcina leuis qui nos vocauit ad requiem: qui prior transitum fecit a conualle plorationis: vtnec ipse sine pressuris fuit. Si fratres si filii nostri estis si cōserui: vel potius i christo serui vestri sumus: audite que monemus: anoscite q̄ precipimus: sumite que dispensamus Si aūt pharisei sumus alligantes onera grauia ⁊ iponentes humeris vestris q̄ dicimus facite etiam si que facimus improbatis. Nobis aūt minimū est: vt a vobis iudicemur aut ab humano iudice. Quam germana charitate sitꝰ nobis cura de vobis ille inspiciat qui dedit qđ inspiciēdum eius oculis offeramus. Postremo quod vultis sentite de nobis. Paulus ap̄lus vobis precepit ⁊ obsecrat in dn̄o vt cū silentio operantes .i. quieti ⁊ obediēter ordinati vestrum panē manducetis. Nec de illo vt arbitror aliquid mali creditis ⁊ in illū qui per eum loquitur credidistis.

Hec mi charissime ⁊ in christi visceribꝰ venerande frater Aureli quantum donauit vt possem qui per te iussit vt facerem de opere monachorum non distuli scribere maxime curās ne boni fratres apostolicis preceptis obedientes a pigris ⁊ inobedientibus etia3 preuaricatores euangelii dicerent. vt q̄ n ō operātur: saltem illos qui operātur sibi anteponendos esse non dubitent. Ceteꝝ q̄s ferat hoīes contumaces saluberrimis apostoli monitis resistentes: non sicut infirmiores tollerari: sed sicut etiam sāctiores predicari vt monasteria doctrina seniore fūdata gemina illecebra corrumpatur ⁊ dissoluta licentia vocationis ⁊ falso nomine sanctitatis. Sciant ergo ceti fratres: ⁊ filii nostri qui fauere talibus ⁊ hm̄oi p̄sūptionē p ignorantiā defendere cōsuerūt se potissime corrigendos. vt illi corrigi possint non vt īfirmentur benefacere. Nam in coꝝ seruis dei prompte atq3 alacriter necessaria subministrant non solum non reprehēdimus. s3 etiā suauissime amplectamur: sed ne puersa misericordia magis eorum future vite noceant q̄ presenti subueniant minus enim peccatur si nō laudetur peccat. ⁊ in desideriis anime sue: ⁊ qui iniqua egerit benedicatur. Quid aūt iniquus q̄ velle sibi obtēperare a minoribus ⁊ nolle obtēpare maioribus apostolo dico. nō nobis in tantu3 etiā vt comam nutriant. Unde ille nec disputari omnino voluit dicens. Si q̄s vult cōtētiosꝰ esse nos talē consuetudinē nō habemꝰ neq3 ecclesia dei. Hoc autē p̄cipio: vt. s. nō differētis solertia requirant: sed p̄cipientis auctoritas attēdat Ma3 ⁊ hoc quo ptiet queso a te apte cōtra ap̄li p̄cepta vacari: An ita vacādū est: vt nec tōsores operēt. An quia euangelicas volucres imitari se dicūt quasi depilati timent neuolare non possint Vereor in hoc vicio plura dicere ppt quosdam crinitos fratres quorum preter hoc multa ⁊ pene omnia venerant Sed quo magis eos i Christo diligimꝰ eo sollicitius āmonemus. Neq3 metui

mus ne humilitas eorum respuat ammonitionē nostrā: quādoquidē et nos a talibus ubi forte titubamus aut aberramus cupimus āmoneri. Hoc ergo ammonemus tam sanctos viros ne stultis vanorum hominum argumentationibus moveantur et eos in hac perversitate imitentur quibus sunt in ceteris longe dissimiles. Illi enim venalem circunferentes hipocrisim timentes ne vilior habeatur tonsa sanctitas quam comata: ut videlicet qui eos videt antiquos illos quos legimus cogitet. Samuelem et ceteros qui non tondebātur. Nec cogitant quid intersit inter illud propheticum velamētum et hanc evangelii revelationem de qua dicit apostolus. Cū transieris ad xpm auferetur velamen quod enim significat velamē interpositum inter faciem moisi et aspectum populi israel: hoc significabat illis temporibus etiam coma sanctorum. Nam idem apostolus etiam comā pro velamēto eē dicit: cuius auctoritati isti urgentur. Aperte quippe ait. Vir. Si comatus sit ignominia est illi. Ipsam ignominiam suscipimus merito peccatorum nostrorum ad hoc obtendentes simulate humilitatis umbraculum et sub eo proponant venalem Tipum quasi apostolus superbiam doceat cū dicit Omnis vir orans aut prophetans velato capite confundit caput suum. Et vir quippe nō debet velare caput suum cum sit imago et gloria dei. Qui ergo dicit. Non debet nescit forte docere humilitatē. Sed si hanc ignominiam tempore evangelii quod erat sacramētum tēpore prophetie pro humilitate isti appetunt non tondeant et cilicio caput velēt: sed nō erit tūc species illa venalis quia Sanson non cilicio sed coma velabatur. Iam illud si dici potest quam luctuose ridiculum est quod rursus invenerunt ad defēsionem criminum suorum. Verum inquiunt prohibuit apostolus habere comam Qui autem se castraverunt propter regnum celorum iam non sunt viri O dementiam singularē. Merito qui hoc dicit adversus sancte scripture manifesta preconia consilio nefande impietatis armat: et perseverat in itinere tortuoso et pestiferam doctrinā conat inducere quia non est beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorū non stetit et in cathedra pestilentie non sedit. Nā si in lege dei meditaretur die ac nocte illic inveniret ipm Paulum qui certe summā castitatē professus dicit. Vellem aūt omnes homines esse sicut meipm: et tamen si virum ostēdit nō solum ita vivendo: sed etiam ita loquendo. Cū essem parvulus quasi parvulus loquebar: quasi parvulus sapiebā: quasi parvulus cogitabam. Cum autem factus sum vir evacuavi que erāt parvuli. Sed quid apostolum commemorem cum de ipso domino et salvatore nostro nesciant quid sentiant cui hec dicunt: Nam de quo alio dicitur donec occurramus oēs in unitatem fidei et agnitionem filii dei in virum perfectum in mēsuram etatis plenitudinis Christi: ut ultra non simus parvuli et iactati et circūlati oī vēto doctrine illusiōe hominū in astutia ad machinationem erroris. Qua illusione isti decipiunt imperitos astutia et machinamentis inimici et ipsi circunferuntur et in sua circumlocutione coherētes sibi aīos infirmorum quodammodo rotare conantur ut pariter nesciant ubi sint. Audierunt enim vel legerūt quod scriptum est: quicūque enim baptizati estis in Christo Christum induistis ubi nō ē iudeus: neque grecus nō servus neque liber: neque masculus: neque femina. Et non intelligunt secundum carnales sexus concupiscētiam hoc esse dictum: quia interiori homine ubi renovamur in novitate mētis nostre nullus sexus huiusmodi est. Non ergo propterea se negent viros quia masculino sexu nihil operantur. Nam et cōiugati Christiani qui hoc operātur non secūdum hoc utique Christiani sūt quod habēt commune cum ceteris nō Christianis et cum ipsis pecoribus. Aliud est enim quod infirmitati conceditur vel mortali propagationi persolvitur. aliud autem ad capescendam incorruptam

et eternam vitam fideli professione significatur. Illud ergo quod de non velendo capite viris pcipitur in corpore quidē figurat: sz in mēte agi vbi ē imago et gloria dei verba ipsa indicāt. Uir quidem inquit non debet velare caput cum sit imago et gloria dei. Ubi aūt sit hec imago ipse declarat cum dicit. Nolite mētiri inuicē spoliātes vos veterē hominē cum actibus eius: et induite nouum qui renouatur in agnitionē dei secundum imaginē eius qui creauit euz quis dubitat hanc renouationē in mente fieri? Sz et qui dubitat audiat aptiorem sententiam. Eadem quippe admonens alio loco dicit ita. Sicut est veritas in Jesu deponere vos secundū priorem conuersationē veterē hominē eum qui corrumpitur scdm concupiscētias deceptionis: renouamini aūt spū mentis vestre: et induite nouū hominē eum qui fm deū creatus est. Quid ergo mulieres non habēt hanc innouationē mētis vbi est imago dei: quis hoc dixerit. Sed corporis sui sexus: non eni significant propterea velari iubentur. Illaz quippe significant partem: eo ipso quo mulieres sunt que concupiscētialis dici pōt cui mēs dominatur: etiam ipsa subdita deo suo quādo rectissime et ordinatissime viuiter. Quid ergo est in vno hoie? Mēs et cōcupiscētia. Illa regit hec regit. Illa dominatur hec subditur. Hoc i duobus hominibus hoie et muliere scdm sexum corporis figurat De quo sacramēto loquitur apostolus cum dicit virum non debere velari: sed debere mulierem. Tanto enim gloriosius mēs ad superiora promouetur quāto diligentius ab inferioribus concupiscētia cohibetur: donec totus homo cuz ipso etiam mortali nunc et fragili corpore i resurrectione atqz imortalitate induat et absorbeatur mors in victoriam Quapropter qui recte facere nolūt desinant saltem docere peruersa: sed alii sūt quos isto sermone corripimus illos autem hoc vno vicio capillorum cōtra preceptum apostolicum dimissoꝝ offendunt et perturbant ecclesiam: quia cuz alii nolētes de illis mali aliquid sentire cogūtur manifesta vba apostoli in puersam detorquere sniam: alii sanū itellectū scripturarū defendere malūt qꝫ quibusdā hoib⁹ adulari. Existūt inter fratres ifirmiores amarissime et periculosissime cōtētiones: qd illi forte si scirēt hoc quoqꝫ sine dubitatione corrigerēt quoꝝ cetera miramur et amamus. Illos ergo nō corrigim⁹ sz rogam⁹ et obsecramus per diuinitatē et humanitatez christi et per charitatē spiritussancti ne vltra iam ponant hoc offendiculum ifirmis ꝑ quib⁹ Christus mortuus est et dolorē cruciatūqꝫ cordis nostri exagerēt cū cogitam⁹ qꝫto procliui⁹ hoc malum ad decipiēdū hoies imitari possint mali cum in eis hoc vidēt qd propter talia tanta bona debitis officiis Christiane dilectiōis honoramus. Qd si post hanc ámonitionem vel potius obsecrationez nostrā in eo sibi perseuerandum eē putauerūt nihil aliud faciem⁹ qꝫ dolebim⁹ et gemem⁹: hoc nouerint sufficit. Si serui dei sunt miserētur: si nō miserent: nolo quicqꝫ graui⁹ dicere. Hec itaqꝫ oīa in quib⁹ fortasse loquatior fuit qꝫ vellēt occupationes: et tue: et mee: si approbas: fac innotescere fratribus et filiis nostris pꝑter quos mihi es hoc onus dignatus imponere. Si autem aliquid retrahendum vel emandandum videtur rescriptis tue beatitudinis nouerī.

¶ Explicit liber Sancti Augustini de opere Monachorum.

¶ Diui aurelii Augustini hypponensis episcopi de bono perseuerantie ad Prosperum et Hilarium liber incipit.

P



Iam de perseueranttia diligentius disputandum est. Nam in priore libro cum ageremus de initio fidei etiam de hac aliqua diximus. Asserui ergo donum dei esse perseuerantiam qua vsque in finem perseueratur in Christo. Finem autem dico quo vita ista finitur in qua tantummodo periculum est vt cadat. Ita que vtrum quisque hoc munus acceperit quamdiu hanc vitam ducit incertum est. Si enim priusque moriatur cadat non perseuerasse vtique dicitur. Quomodo ergo perseuerantiam qui non perseuerauerit accepisse vel habuisse dicendus est: nam si habeat aliquis continentiam et ab ea decidat atque incontinens fiat: si iusticiam similiter si patientiam si ipsam fidem recte dicitur habuisse et non habere. Continens enim fuit vel iustus fuit vel patiens vel fidelis fuit quamdiu fuit. Cum vero desistit: non est quod fuit. Qui vero non perseuerauerit quomodo perseuerans fuit cum perseuerando quisque ostendat perseuerantem quod iste non fecit. Sed ne quisque reluctetur et dicat. Si ex quo fidelis quisque factus est vixit verbi gratia decem annos et eorum medio tempore a fide lapsus est nonne quinque annos perseuerauit: non contendo de verbis et illa perseuerantia putatur esse dicenda tamquam temporis sui. hanc certe de qua nunc agimus perseuerantiam qua in Christo perseueratur vsque in finem nullomodo habuisse dicendus est. qui non perseuerauit vsque in finem potiusque hanc habuit vnius anni fidelis et quantum infra cogitari potest. si donec moreretur fideliter vixit quam multorum annorum. si exigui temporis ante mortem a fidei stabilitate deficit. quo constituto videamus vtrum hec perseuerantia de qua dictum est. qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit donum sit dei. quod si non sit quomodo verum est quod apostolus ait Uobis donatum est pro Christo non solum vt credatis in eum: verumetiem vt patiamini pro eo: horum quippe vnum pertinet ad initium: alterum ad finem Utrumque tamen est dei donum quia vtrumque dictum est esse donatum sicut et superius iam diximus. Quod enim est initium verius Christiano quam credere in christum quis finis melior est quam pati pro Christo Sed quid ad id pertinet vt credatur in christum qualicunque inuenta est contradictio vt donum dei non initium sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni donante domino satis superque respondemus. Quod autem dici potest cur perseuerantia vsque in finem non donetur in christo cui donatur pati pro Christo aut vt expressius eloquar cui donatur mori pro Christo. nam et Petrus apostolus donum dei hoc esse demonstrans melius est inquit benefacientes si velit voluntas dei pati quam malefacientes. Cum dicit si velit voluntas dei ostendit diuinitus donari omnibus sanctis vt pro Christo patiantur. neque enim quos non vult deus peruenire ad experientiam gloriamque passionis non perueniunt ad regnum dei si perseuerauerint in Christo vsque in finem: sed quid dicat: istis non donari hanc perseuerantiam qui egritudine corporis vel quocunque casu moriuntur in Christo: cum longe difficilior donetur illis a quibus suscipitur et mors ipsa pro Christo. Multo quippe difficilius perseueratur: vbi hoc agit qui persequitur ne perseueretur. Et propterea vsque ad mortem sustinetur vt perseueretur Illam proinde difficilius perseuerantiam istam facilius est habere. Sed cui nihil difficile est vtramque donare. Hanc enim promisit deus dicens. Timorem meum dabo in cor eorum vt a me non recedant. Quod quid est aliud quam talis ac tantus erit timor meus quem dabo in cor eorum vt mihi perseueranter adhereant Cur autem perseuerantia ista poscitur a deo si non datur a deo. An et ista irrisoria petitio est: cum id ab eo petitur quod scitur ipsum non dare: sed ipso non donante esse in hominis potestate. Sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum si ob hoc gratie aguntur deo quod non donauit ipse nec fecit. Sed quid ibi dixi hoc et hic dico. Nolite errare inquit apostolus Deus non tantum o homo verborum tuorum. verum et cogitationum tuarum testis est deus. Si aliquid a

tanto diuite veraciter ac fideliter possis ab illo a quo poscis te accipere crede quod possis. Noli eum labiis honorare et super eu3 corde te extollere credens a teipso q ab illo te fingis orare. An ab illo perseuerãtia nostra forte nõ poscitur. Iam hoc qui dicit nõ meis disputationibus refellendus ad sanctoꝝ orationibus reuocandus est. An vero quisq̃ eorũ est qui non sibi poscat a deo vt perseueret in eo cum ipsa oratione q̃ dominica nuncupatur quia eãdẽ dominus docuit quando orator a sanctis nihil pene aliud q̃ perseuerantia posci intelligatur. Legite aliquando intensius eius expositionem in beati Cipriani martyris libro quem de hac re recondidit cuius est titulus de dominica oratione ⁊ videte ante quot annos contra ea que futura erant Pelagianorũ venena quale sit antidotum preparatum Nam tria sunt vt scitisque maxime aduersus eas catholica desẽdit ecclesia. Quorum est vnu3 gratiam dei non secundum merita nostra dari: quoniam dei dona sunt ⁊ dei gratia etiam conferuntur merita vniuersa iustoru3. Alterum in quantacunq3 iusticia siue qualibuscunq3 peccatis i hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium est obnoxium nasci hominem peccato primi hominis ⁊ vinculo damnationis obstrictum nisi reatus qui generatione contrahitur regeneratione saluatur. Horum trium hoc quod loco vltimo posui solum non tractatur in supradicto gloriosi martyris libro. De duobus vero ceteris tanta illic perspicuitate dissteritur. vt supradicti heretici noui inimici gratie Christi longe ante reperiantur conuincti esse q̃nati. In his ergo meritis sanctorum que nulla nisi dei dona sunt etiam perseuerantiam donum dei sic loquitur. Dicimus inquit Sanctificetur nomẽ tuum: nõ q optemus deo vt sanctificetur orationibus nostris: sed q petamus ab eo vt nomen eius sanctificetur in nobis. Ceterũ a quo deus sanctificat qui ipse sãctificat. Sed quia dixit. Sancti estote quoniam ⁊ ego sctũs sum id penitus ⁊ rogamꝰ vt qui i baptismo sanctificati sumus in eo quod esse cepimus perseueremus. Et paulo post de hac re ipse adhuc disputans et docẽs nos perseuerantiam petere a do quod nullomodo recte ⁊ veracit facere3 nisi eius donum etiã hoc esset. Haec inquit sanctificatio vt in nobis permaneat orandum ⁊ quia dñs ⁊ iudex noster sanato a se ⁊ viuificato cõminatur non derelinquere: ne quid ei deterius fiat. Hanc cõtinuis orationibus precem facimus hoc diebus ⁊ noctibus postulamus vt sanctificatio ⁊ viuificatio que de dei gratia sumitur ipsius protectione seruet. In sanctificatione igit perseuerãtiam hoc est i sanctificatione perseueremus nos ab eo petere. iste doctor intelligit cũ sanctificati dicimus sanctificetur nomen tuum. Quid est ei peter aliud qd accepimus nisi vt id quoq3 nabis prestet: ne habere desinamus. Sicut ergo sanctus cũ deo rogat vt sãctꝰ sit id vtiq3 rogat vt sanctus esse permaneat: ita vtiq3 ⁊ castus cum rogat vt castus sit continẽs vt cõtinens sit: iustus vt iustus: pius vt pius ⁊ cetera q̃ cõtra pelagianos dona dei defendimus hoc sine dubio petunt vt in eis perseuerẽt bonis q̃ se accepisse nouerunt. Quod si accipiunt profecto etiam perseuerãtiã magnum dei donũ quo cetera dona eius cõseruãtur accipiunt. Quod cũ dicimus adueniat regnũ tuum. Nõ alit poscimus nisi vt veniat ⁊ nobis qd esse venturꝰ nõ dubitamus omnibus sãctis Ergo ⁊ hi qui iã sctĩ sũt qd orãt nisi vt in ea sctitate q̃ illis data est perseuerẽt Neq3 ei alit eis veniet regnum dei qd nõ aliis sed his qui perseuerãt vsq3 in finem certum est esse venturum. ¶

Tertia petitio est. Fiat voluntas tua i celo et in terra: vel quod in plerisq3 codicibus legit magisq3 ab orãtibus frequẽtat sicut i celo ⁊ i tra. Qd plerıq3 itelligũt sicuti ãgeli faciũt ⁊ nos faciamꝰ volũtatẽ tuã. Vult aũt ille doctor: ⁊ martyr celũ ⁊ trã itelligi spm ⁊ carnẽ ⁊ hoc nos orare vt volũtatẽ di reutraq3 ꝯcordãte faciamus. vidit in his ver

bis et alterum sensum sanissime fidei congruentem de quo iam supra locuti sumus aut scilicet pro infidelibus qui sunt adhuc in terra terrenum tantum hominem prima natiuitate portantes orare intelligantur fideles qui celesti homine non induti non inmerito celi nomine nuncupantur. Ubi euidenter ostendit ꝛ initium fidei esse donum dei quãdo non tñ pro fidelibus vt augeatur in eis vel perseueret fides: verumetiam pro infidelibus vt habere incipiant' eam quam penitus nõ habebant ꝛ cõtra quã corda insup inimica gestabãt setã orat eccl'ia. Uerũ nũc de initio fidei de quo in superiori libro multa iã diximus: sed de illa que habẽda est vsq; in finẽ pseuerãtia disputem⁹ quã petunt vtiq; etiã scti q̃ faciũt volũtatẽ dei dicentes in oratione fiat volũtas tua. Cu ẽm iam facta sit in eis cur fieri petunt nisi vt perseuerẽt i eo qd̃ esse cepe rũt. Quãuis hic dici possit nõ petere sãctos vt volũtas dei fiat in celo: sꝫ vt fiat in terra sicut in celo: in terra scilicet vt imitet' celum .i. vt homo angelus vel infidelis fidelem. At per hoc id sctõs poscere: vt sit quod nũdũ est nõ vt perseueret qd̃ est. Quãtalibet ei homines sctitate polleant nondũ sunt equales angelis dei. Nondum ergo sicut in celo in eis fit voluntas dei. Quod si ita est ĩ ea quidem parte qua optamus vt homines ex infidelibus fiãt fideles nõ p̃seuerantia sed initium videtur optari. In ea vero quia optamus vt homines ĩ facienda voluntate dei equentur angelis dei cum hoc orant sancti perseuerantiam demonstrantur orare quoniã nemo peruenit ad illam summam que in regno est beatitudinem nisi in ea sãctitate quam sumpsit in terrã perseuerauerit vsq; in finem. ¶ Quarta petitio panẽ nostrum quotidianum da nobis hodie. Ubi beatus Cyprianus ostendit quomodo et hic intelligitur pseuerantia postulari. Ait quippe inter cetera. Hunc autẽ panẽ dari nobis quotidie postulamus et eucharistiam quotidie accipimus dum a cibo salutis itercedente aliquo grauiore delicto abstenti et non communicantes a celesti pane prohibemur a christi corpore separamur. hec verba sãcti hominis dei perseuerantiam prorsus a domino sãctos ĩdicat poscere quãdo hoc ĩtentione dicunt panem nostrum quotidianum da nobis hodie ne a christi corpore separentur sed in ea sãctitate permaneant qua nullum quo inde separari mererentur crimen admittant. Quinto orationis loco dicimus. Dimitte nobis debita nostra sicut ꝛ nos dimittim⁹ debitorb⁹ nostris. In qua sola petitione non inuenitur posci perseuerantia. p̃terita enim peccata nobis vt dimittantur oramus pseuerantia vero que in eternum saluos facit tẽpori quidem huius vite nõ tamen pacto sed ei quod vsq; ad eius finẽ restat est necessaria. Operepreciũ est tamẽ paulisper intueri quomodo ꝛ in hac petitione iam tunc lingua Cypriani tanquam telo inuictissime veritatis longe postea futuri confodiebantur heretici Etiã hoc pelagiani audeãt dicere hominem iustum in hac vita nullum habere omnino peccatum ꝛ in talibus hominibus esse iam in presenti tempore ecclesiam non habentem maculam neq; rugam aut aliquid huius que vna ꝛ sola spõsa sit christi tanq̃ spõsa eius non sit que per vniuersam terrã quod ab eo didicit: dicit dimitte nobis debita nostra sed attendite quomodo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsum dominice orationis exponeret ait inter cetera. Quam necessarie autem q̃ prouidenter et salubriter ammonemur q̃ peccatores sumus qui pro peccatis rogare compellimur vt dum indulgẽtia de deo petitur conscientie sue animus recordetur ne quis sibi quasi innocens placeat: et se extollẽdo plus pereat: instruitur et docetur se peccare quotidie dũ quotidie pro peccatis iubetur orare. sic denique ꝛ Johannes in epistola sua ponens dixit. Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos

decipimus ⁊ veritas in nobis non est ⁊ cetera que hic inserere longum est. ¶ Jamvero cum dicunt sancti ne nos inferas intentationē: sed libera nos a malo quid aliud q̄ꝫ in sanctitate perseuerent precanť. ¶Nam profecto concesso sibi isto dei dono quod esse dei donuꝫ cuꝫ ab illo posciť satis aperteqꝫ monstrať. Isto igitur concesso sibi dono ne inferātur in tentationem nemo sanctorum est qui non teneat vsqꝫ in finem pseuerantiam sanctitatis. ¶Neqꝫ enim quisq̄ꝫ i ꝓposito xp̄iano pseuerare desistit nisi in tentationē prīmitus iferať. Si ergo cōcedatur ei quod orat vt non inferatur intentionē in sanctificatione vtiqꝫ quā deo donāte percepit deo donante persistit. sed nolunt vt scribitis isti fratres ita hanc perseuerantiam predicari vt non vel suppliciter emereri vel amitti contumaciter possit: vbi quid dicāt patrum diligenter attendunt. De illa eniꝫ perseuerantia loquimur qua perseueratur vsqꝫ in finem que si data est pseueratum est vsqꝫ in finem: si autē nō ꝑseueratū vsqꝫ in finē non est data quod iam ⁊ superius satis egimus. ¶Non vtiq̄ꝫ dicant homines perseuerantiam cuiq̄ꝫ datam vsqꝫ in finem nisi cum ipse venerit finis ⁊ perseuerasse cui data ē repertus erit vsqꝫ in finem. Dicim⁹ quippe castum quem nouimus castum siue sit siue non sit in eadem castitate mansurus. Et si aliquid aliud diuini muneris habeat quod teneri et amitti potest dicimus eum habere q̄ꝫdiucunqꝫ habet. Et si amiserit dicimus habuisse ꝑseuerantiam vero vsqꝫ in finem quoniam non habet quisq̄ꝫ nisi qui perseuerauerit vsqꝫ in finem multi possunt caꝫ habere nullus amittere. ¶Neqꝫenim metuendum est ne forte cum perseuerauerit vsqꝫ in finem aliqua in eo mala voluntas oriatur ne perseueret vsqꝫ in finem. ¶Hoc ergo dei donum suppliciter dari potest. sed cum datum fuerit amitti contumaciter non potest. Cum enim pseuerauerit q̄sqꝫ vsqꝫ i finē neqꝫ hoc donū pōt amittere nec alia q̄ potera añ finem. quō eni potest amitti ꝑ qḋ fit vt nō amitať etiā qḋ possꝫ amitti. Sed ne forte dicatur vsqꝫ i finem perseuerātiā non amitit quidē cū data fuerit .i. cū pseueratū fuerit vsqꝫ in fineꝫ: sed tunc amitti quodā nō qn̄ agit homo per cōtumaciā vt ad eā puenire non possit. sicut dicimus hoīem q̄ non pseuerauerit vsqꝫ in finem amisisse vitam eternaꝫ vel regnū dei: nō iam qḋ acceperat vel habebat sed qḋ acciperet et haberet si perseuerasset v̄borū cōtrouersias auferamus ⁊ nōnulla etiā que non habētur: sed habere speranť posse dicamus amitti. Dicat mihi q̄squis audet vtrum deus dare non possit quod a se posci imperauit. ¶Hoc certe qui sapit nō dico desipit sed insanit. Imperauit aūt de⁹ vt et sancti eius dicant orātes ne inferas nos in tentationē. Quisquis igiť exauditur hoc poscens non inferť i contumacie tentationem qua possit vel dignus sit perseuerātiā sanctitatis amittere. At eni volūtate sua quisqꝫ deserit deum vt merito deserať a deo: quis hoc negauerit. Sed ideo petimus ne inferamur in tentationē vt hoc non fiat. Et si exaudimur vtiqꝫ non fit: quia de⁹ nō ꝑmittit vt fiat. ¶Nihil enim fit nisi quod aut ipse facit: aut fieri ipse permittit. ¶Potens ergo est ⁊ a malo in bonum flectere volūtates: ⁊ in lapsum pronas cōuertere ac dirigere insibi placitū gressum cui enim nō frustra diciť. Deus tu cōuertēs viuificabis nos. non frustra diciť. ¶Ne des ad mouēduꝫ pedem meū non frustra diciť. ¶Ne tradas me dn̄e a disiderio meo peccatori. ¶Postremo ne multa cōmemorem cū nobis plura fortasse occurrāt non frustra diciť. ne nos inferas in tentationem. ¶Nam quisquis in tentationem non infertur profecto nec in tentationem sue male voluntatis infertur. Et qui in tentationem sue male voluntatis non infertur in nullā prorsus infertur. Unusquisqꝫ enim tentatur vt scriptum est a concupiscentia sua abstractus ⁊ illectus. Deus autem neminē tentat tētatione. s. noxia ¶Nā est ⁊ vtilis qn̄ non decipimur vel opprimimur sed ꝓbamur ſm qḋ dictū est. ¶Pro

ba me dñe et tenta me. Illa ergo noxia tentatio est quam significat apostolus dicens. Ne forte tentauerit vos qui tẽtat et inanis sit labor vester. Deus vt dixi neminem tentat hoc est neminem infert vel inducit in tentationem. Nã tẽtari et in tentationem nõ inferri non est malum immo etiam bonum est hoc est enim probari: cuz enim dicimus deo ne nos inferas in tentationem: quid dicimus nisi ne nos inferri sinas. Unde sic orant nonnulli: et legitur in codicibus pluribus et hoc sic posuit beatus Cyprianus ne patiaris nos induci in tentationem. In euãgelio tñ greco nunq̃ inueni nisi ne nos inferas in tentationem Tutiores igitur viuimus si totuz deo damus. Nos autem nos illi ex parte et nobis ex parte committim⁹ quod vidit iste venerabilis martyr. Nam cũ eundem locuz orationis exponeret ait post cetera. Quando autem rogamus ne in tentationem veniamus admonemur ĩfirmitatis et imbecillitatis nostre dum sic rogamus. Ne q̃sse insolẽter extollat: ne quis supbe arrogãterq3 aliquid assumat. Ne quid aũt cõfessionis aut passionis gloriam suam dicat cum dominus ipse humilitatem docens dixerit: vigilate etiam et orate ne intret; in tentationem. Spiritus quidem prõptus est caro autem infirma vt duz precedit humilis et submissa confessio et datur totum deo quicquid suppliciter cũ timore dei petitur: ipsius pietate prestetur. ✠ Si ergo alia documẽta nõ essent hec dominica oratio nobis ad causam gratie quam defendimus sola sufficeret: quia nobis nihil reliquit in quo tanq̃ in nostro gloriemur Siquidem et vt non discedamus a deo nõ ostendit dandum esse nisi a deo: cum poscẽdum ostendit a deo. Qui enim nõ ĩfertur in tẽtationem nõ discedit a deo Nõ est hoc omnino in viribus liberi arbitrii quales nuuc sũt aut illud quod fuerat in homiue anteq̃ caderet. Que tamen libertas voluntatis illius prime conditionis presentia quantum valuerit apparuit in angelis qui diabolo lo cum suis cadente in veritate steterũt et ad securitatem perpetuam nõ cadẽdi ĩ qua nũc eos esse certissimi sumus peruenire meruerũt. Post casum autẽ hominis nõ nisi ad gratiam suam de⁹ voluit pertinere vt homo non accedat ad eum: neq3 nisi ad gratiam suam voluit pertinere vt homo non recedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illo in quo sorte3 cõsecuti sumus predestinati sm̃ propositum eius qui vniuersa operaꝛ. At per hoc sicut operaꝛ vt accedam⁹ ꝓpter quod ei per prophetam dictũ ẽ. Fiat man⁹ tua super virũ dextere tue et super filium hominis que3 confirmasti tibi et nõ discedimus a te. Iste certe nõ est Adam primus in quo discessim⁹ ab eo. sed Adam nouissimus super quẽ stat manus eius vt non discedamus ab eo Christus enĩ totus cum mẽbris suis est propter ecclesiam que est corp⁹ eius plenitudo eius. Cum ergo sit sup eum manus dei vt nõ discedamus a deo ad nos vtiq3 peruenit opus dei. Hoc ẽ eĩ manus dei quo opere dei fit vt simus ĩ Christo permanentes cum deo nõ sicut in Adam discedentes a deo. In Christo enim sortem consecuti sumus predestinati secundum propositum ei⁹ qui vniuersa operatur. Manus igitur dei est ista nõ nostra vt non discedamus a deo. Manus inquam eius est illa qui dixit. Timorem meum dabo in cor coru3 vt a me non recedant. Propterea posci a nobis voluit ne inferamur in tentationem quia si nõ ĩferamur nulla ab eo ratione discedam⁹. Quod poterat nobis etiam non orantibus dari sed oratione nostra nos voluit admoneri a quo accipiamus hec beneficia. A quo enim nisi ab illo accipimus a quo iussũ est vt petamus? Prorsus in hac re non operosas disputationes expectat ecclesia sed attendat quotidianas orationes nostras. Orat vt increduli credant. Deus ergo conuertit ad fide3. Orat vt credentes perseuerent. Deus ergo donat perseuerantiam vsq3 in finem. hoc de⁹ futurũ esse presciuit. Ipsa est predestinatio sanctoru3 quos elegit in Christo

ante constitutionem mundi: vt essent sancti et immaculati in conspectu eius in charitate predestinans eos in adoptionem filiorum per Jesum christū secundum placitum voluntatis sue in laudem glorie sue in qua gratificauit eos in dilecto filio suo in quo habent redemptionem per sanguinem ipsius remissionem peccatorum secundum diuitias gratie eius que abundauit in eos in omni sapientia et prudentia: vt ostenderet eis mysterium volūtatis sue secūdum bonam voluntatem suam qua proposuit in dispositione plenitudinis temporum instaurare omnia in christo que in celis sunt et que in terris in ipso: in quo etiam et sortem consecuti sumus predestinati secūdum propositum qui vniuersa operatur. Contra istam veritatis tam claram tubam quis homo sobrie vigilantisqz fidei voces vllas admittat humanas? y Sed cur inquit gratia dei non secundum merita hominum datur. Respondeo quoniam deus misericors est. Cur ego inquit non omnibus? Et hic respondeo. Quoniam deus iudex est. At per hoc et gratis ab eo datur gratia: et iusto eius in aliis iudicio demonstratur quid in eis quibus datur conferat gratia. Non vtiqz sumus ingrati quod secundum placitum voluntatis sue in laudem glorie gratie sue tam multos liberat misericors deus de tam debita perditione vt si inde neminem liberaret non esset iniustus. Ex vno quippe omnes in condemnationem non in iniusticiam iudicati sunt filii ire sed in iusticia. Qui ergo liberatur gratiam diligat Qui non liberatur debitum agnoscat. Si in remittendo debitum bonitas.

In exigendo equitas itelligitur nusquam esse apud deum iniquitas inuenitur.

Sed cur inquit: non solum in paruulorum: verumetiam in geminorum vna atqz eadem causa tam diuersum iudiciū Nonne similis questio est Cur in diuersa causa idem iudicium. Recolamus igitur illos operarios in vinea qui tota die laborauerunt et eos qui hora vna. Nempe causa diuersa est impensi laboris et tamen idem iudicium in redditione mercedis. Nunquid et hic audierunt murmurantes a patrefamilias nisi hoc volo. Ita quippe eius erga alios fuit largitas: vt erga alios nulla fuisset iniquitas. Et isti quidem vtriqz in bonis sunt. Uerumtamen quantum ad iusticiam spectat et gratiam: potest et de reo qui liberatur recte dici volo. potest et de eo qui damnatur. Tolle quod tuum est: et vade. huic autem volo quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod volo an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? Hic ille si dicat Cur non et mihi. Merito audiet. O homo tu quis es qui respondeas deo. Quem certe in vno vestrum benignissimum largitorem in te vero exactorem iustissimum in nullo tamen cernis iniustum. Cum enim iustus esset etiam si vtrumqz puniret qui liberatur habeat vnde gratias agat. Qui damnatur nō habet quod reprehēderet. z Sed si iam inquit hoc oportebat vt damnatis non omnibus quid omnibus deberetur ostenderet atqz ita gratius suam gratiam in vasis misericordie commendaret. Cur non in eadem causa me potius quam illum puniret: aut illum quam me potius liberabit. Hoc non dico si queris quare quia fateor non inuenire quid dicam. Sed hoc queris quare quia in hac re sicut iusta est ira eius sic et magna est misericordia eius: ita inscrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat. et dicat cur quibusdam qui cum coluerūt bona fide perseuerare vsqz in finem non dedit. Cur putas nisi quia nō mētitur qui dicit. Ex nobis exierūt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis mansissent vtiqz nobiscum. Nunquid hominum nature due sunt? Absit si due nature essent gratia: vlla non esset. Nulli enim daretur gratuita liberatio si nature debita redderetur hominibus autem videntur omnes qui boni apparent fideles perseuerantia vsqz in finem accipere debuisse. Deus aūt melius esse iudicauit miscere quosdam non perseueraturos certo nu

mero sanctorum suorum. vt quibus nō expedit in huius vite tentatione securitas non possint esse securi. Multos enim a perniciosa elatiōe reprimit quod ait apostolus. Quapropter qui videtur stare videat ne cadat. Voluntate autem sua cadit qui cadit: et volūtate dei stat qui stat. Potens est enim deus statuere illum. Non ergo seipsum sed deus. verumtamen bonum est non altum sapere sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisqz vel stat. Sicut autem apostolus ait quod in libro superiori memoraui nō sumus idonei cogitare aliquid ex nobismetipsis sed sufficientia nostra ex deo est. Quez secutus beatus Ambrosius audet et dicit. Non enim in potestate nostra est cor nostrum et nostre cogitationes quod omnis qui humiliter et veraciter pius est et verissimum sentit.

Hoc autem Ambrosius vt diceret ī eo libro loquebatur quem de fuga seculi scripsit docēs hoc seculum non corpore sed corde esse fugiendum quod nisi auxilio dei fieri non posse disseruit.

Ait enim. Frequens nobis de fugiendo seculo isto sermo atqz vtinam q̄ facilis sermo tantus et tam sollicitus esset effectus. Sed quod peius est: frequenter arripit terrenarum illecebra cupiditatum: et vanitatum effusio mentez occupat: vt quod studeas euitare hoc cogites animoqz voluas quod cauere difficile est homini: exuere autem impossibile est. Deniqz voti magis esse eam rem quam affectus testatur propheta dicendo. Declina cor meum in testimonia tua et non in auariciam. Non enim in potestate nostra cor nostrum et cogitationes nostre que ex improuiso effuse mentem animumqz confundunt atqz trahunt quam tu proposueris. ad secularia reuocant mundana. inserunt inuoluntaria. voluptaria ingerunt illecebrosa intexunt. ipso quoqz tempore quo eleuare mentem paramus inserti inanibus cogitationibus ad terrena plerumqz deiicimur. Non itaqz in hominum sed in dei est potestate vt habeant homines potestatem dei fieri. Ab ipso quippe accipiunt eam qui dat cordi humano cogitationes pias per quas habeant fidem que operetur per dilectionem ad quod bonum sumendum et tenendum et in eo perseueranter vsqz in finem proficiendum non sumus idonei cogitare aliqd quasi ex nobismetipsis. Sed sufficiētia nostra ex deo est: in cuius est potestate cor nostrum et cogitationes nostre. Et ex duobus itaqz paruulis originali peccato pariter obstrictis cur iste assumatur ille relinquatur. Et ex duobus etate iam grandibus impiis cur iste ita vocetur et vocantem sequatur: ille autem non vocetur aut non ita vocetur vt vocantem sequatur inscrutabilia sūt iudicia dei. Ex duobus autem piis cur huic donetur perseuerantia vsqz ī finē illi autem non donetur inscrutabilia sunt iudicia dei. Illud tamen fidelib9 debet esse certissimum hunc esse ex predestinatis illum non esse. Nam si non fuissent ex nobis ait vnus predestinatorum qui de pectore domini libebat hoc secretum mansissent vtiqz nobiscum. Nonne vtriqz a deo creati: vtriqz ex Adam nati: vtriqz de terra facti erant et ab eo qui dixit omnem flatum ego feci. vniusqz nature animas acceperāt nonne postremo vtriqz vocati fuerant et vocantem secuti vtriqz ex impiis iustificati et per lauacrum regenerationis vtriqz renouati. Sz si hoc audiret ille qui sciebat: proculdubio quod dicebat: respondere posset et dicere vera sunt hec secundum hec omnia ex nobis erant. Verumtamen secundum aliam quandaz discretionem nobis. Nā si fuissent etiam ex nobis mansissent vtiqz nobiscum. Que est tamen ista discretio. Patent libri dei non auertamur aspectum. Clamat scriptura diuina adhibeamus auditum. Non erant ex eis qui non erant secundū propositum vocati. non erant in christo electi ante constitutionem mundi. Non erant in eā sortem consecuti: non erant predestinati secundum propositum ei9.

qui vniuersa operatur. Nam si hoc essent ex illis essent ꝛ cum illis sine dubitatione mansissent. Ut enim non dicam ꝙ sit possibile deo auersas ꝛ aduersas in fidem suam homines conuertere voluntates et in eorum cordibus operari vt nullis aduersitatibus cedant nec ab ipso aliqua superati temptatione discedant cum possit ꝛ quod ait apostolus facere vt non eos permittat tentari super id quod possunt. Ut ergo id non dicam certe poterat illos deus presciens esse lapsuros ante ꝙ id fieret auferre de hac vita. An eo redituri sumꝰ vt adhuc disputemus quanta absurditate dicatur iudicari homines mortuos etiam de his peccatis que presciuit eos deus perpetraturos fuisse si viuerent quod ita abhorret a sensibus christianis aut prorsus humanis vt id etiam refellere pudeat. Cur enim non dicatur ꝛ ipsum euangelium cum tanto labore passionibus sanctorum frustra esse predicatum vel adhuc etiam predicari. Poterant hominem etiam non audito euangelio iudicari secundum contumaciam vel obedientiam quam presciuit deus habituros fuisse si audissent. Nec damnaretur Tyrus ꝛ Sydon quamuis remissius quam ille ciuitates in quibus non credentibus a domino Christo mirabilia ꝛ signa sunt facta: quoniam si apud illos facta essēt in cinere et cilicio penitentiam egissent sicut se habent eloquia veritatis in quibus verbis suis dominus Jesus altius nobis mysterium predestinationis ostendit. A Si enim queratur a nobis cur apud eos tanta miracula facta sunt qui videntes ea non fuerant credituri ꝛ apud eos facta non sint qui crederent si viuerent. quid respondebimus? Nunquid dicturi sumus quod in libro alio dixi vbi sex quibusdam questionibus paganorum sine preiudicio tamen aliarum causarum quas prudentes possunt inuestigare respondi. Hoc quippe vt scitis cum christus quare post tam longa tempora venerit quereretur dixi: ꝙ his temporibus ꝛ his locis quibus euangelium eius non est predicatum tales multi in eius corporali presentia fuerunt qui in euꝫ nec suscitatis ab eo mortuis credere voluerant. Item paulopost in eodem libro atqꝫ in eadem questione. Quid mirum innuam si tam infidelibus plenum orbem terrarum christus prioribus seculis nouerat vt eis predicari merito nollet quos nec verbis suis nec miraculis credituros eē presciebat: hoc certe de Tyro ꝛ Sydone non possumus dicere: ꝛ in eis cognoscimus ad eas predestinationes hec diuina iudicia pertinere: sine quarum causaruꝫ latentium preiudicio tunc ista respondere me dixi. Facile est quippe vt infidelitatem accusemus iudeorum de libera voluntate venientem qui factis apud se tam magnis virtutibus credere noluerunt. quod et dominus increpans arguit ꝛ dicit. Ue tibi corozain ꝛ bethsaida qui si in Tyro ꝛ Sydone facte fuissent virtutes que facte suntꝰ in vobis olim in cinere et cilicio penitentiam egissent. Sed nunquid possumus dicere etiam Tyrios ꝛ Sydonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse autem credituros non fuisse si fierent cum eis ipse dominus attestatur ꝙ acturi essent megne humilitatis pinitentiam si in eis facta essent diuinarum illa signa virtutum. Et tamen in die iudicii punientur quamuis minore supplicio quam ille ciuitates que apꝺ se virtutibus factis credere noluerūt. Secutus enim dominus ait. Uerumtamen dico vobis Tyro et Sydoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Seuerius ergo punientur illi: isti remissius: sed tamen punientur. Porro si etiam secundum facta que facturi essent si viuerent mortui iudicantur profecto: quia fideles facturi erant isti si eis cum tantis miraculis fuisset euangelinm predicatum nō sunt vtiqꝫ puniendi: punientur autem Falsum est igitur et secundum ea mortuos iudicari que factura essent si ad viuentes euangelium perueniret: et

si hoc falsum non est cur dicatur de infantibus qui pereunt sine baptismate morientes. Hoc in eis eo merito fieri quia presciuit eos deus si viuerent predicatumque illis fuisset euangelium infideliter audituros. B Restat igitur vt solo peccato originali teneantur obstricti et propter hoc solū eant in dānationem. Quod videmus aliis eādem habentibus causam nō nisi per dei gratuitā regenerationem donari et eius occulto iusto tamen iudicio quoniam nō est iniquitas apud deū: quosdā etiam post baptismum pessime viuendo perituros in hac tamen vita quousque pereant detineri qui non perirent si eis corporis mors lapsum eorum preueniens subueniret: qm̄ nullus mortuus iudicatur ex bonis seu malis que fuerat si nō moreretur acturus. Alioquin Tyrii et Sidonii nō secundum ea que gesserūt penas luerent sed potius secundum ea que gesturi fuerant si in eis ille virtutes euangelice facte fuissent per grādē penitentiam et per Christi fidē cōsequerentur salutem. Quidam disputator catholicus non ignobilis hunc euangelii locum sic exposuit: vt diceret presciisse dominum Tyrios et Sidonios a fide fuisse postea recessuros: cum factis apud se miraculis credidissēt et misericordia potius non eum illic ista fecisse. Quoniam grauiori pena obnoxii fierent si fidem quam tenuerant reliquissent quam si eam nullo tempore tenuissent: i qua sententia docti hominis admodum acuti que sunt adhuc merito requirenda qd me nunc attinet dicere cum et ipsa nobis ad id qd agim⁹ suffragetur. Si enim miseratione dn̄s non fecit in istis virtutes per quas fieri possent fidelesque eos iterum infideles futuros esse presciuit: satis aperteque demonstratur de his peccatis neminem iudicari mortuorū que presciuit fuisse facturum si aliquo modo ei ne illa faciat subueniretur: sicut Tyriis et Sidoniis si sententia illa vera ē subuenisse dicitur Christus quos malu it non accedere ad fidē quam scelere multo grauiore discedere a fide quod eos si accessissent preuiderat fuisse facturos. Quamuis si dicatur cur nō factū est vt crederent potius et hoc eis prestaretur vt antequam fidem relinquerent ex hac vita migrarent: quid responderi possit ignoro. Qui enim dicit relicturis fidem beneficium fuisse concessum ne habere inciperent quod grauiore impietate deserent satis indicat non iudicari hominem ex eo quod prenoscitur male fuisse facturus si ei quocunque beneficio: vt id non faciat consulatur. Consultū est igitur et illi qui raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. Sed cur nō ita consultum fuit et Sidoniis vt crederēt et raperentur ne malitia mutaret intellectum eorum: forsitan respondere ille cui placuit isto modo hanc soluere questionem. Ego vero quantum ad hoc quod attinet sufficere video vt scd̄m istā quoque sententiā demonstrentur hoīes non iudicari de his q̄ non fecerunt etiam si facturi preuisi sunt: quapropter vt dixi hanc opinionem quā putant in morientibus vel morituris vindicari peccata que p̄sciti sunt facturi esse si viuerent etiam refellere pudeat vt videamur et nos existimasse alicuius esse momenti quā maluim⁹ disputatione cohibere quam silentio preterire. Proinde sicut apostulus ait nō volētis neque currētis sed miserentis est dei qui et paruulis quib⁹ vult etiam nō volentibus neque currentibus subuenit quos ante constitutionē mundi elegit in Christo: datur⁹ etiā eis gratiam gratis. hoc est nullis eos vel fidei vel operis meritis precedentibus et maioribus etiam his quos preuidet si apud eos facta essent suis miraculis credituros quibus non vult subuenire non subuenit de quibus in sua predestinatione occulte quidem sed iuste aliud iudicauit. Non enim est iniquitas apud deum sed inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles vie ei⁹. Uniuerse autem vie domini mīa et veritas. Inuestigabilis ergo est mīa qua cuius vult miseretur nullis eius precedentibus meritis: sed eum eo cuius non miseretur plerunque communibus: sicut duorum geminorum

quorum vnus assumitur alius relinquitur dispar est exitus merita communia In quibus tamē si alter magna dei bonitate liberatur vt alter sine eius iniquitate damnetur. Nunquid ei iniquitas apud deum? Absit. Sed inuestigabiles sunt vie ipsius. Itaqʒ misericordiam eius in his qui liberantur ꝛ veritatē in his qui puniuntur sine dubitatione credamus. Neqʒ inscrutabilia scrutari: neqʒ inuestigabilia vestigare conemur. ex ore quippe infantium ꝛ lactentium suam perfecit laudem: vt quod in his videmus quorum damnationem vtrisqʒ communia originalia sola precedunt. ¶ Hoc ꝛ in maioribus fieri neqꝙ̄ omnino cunctemur: id est non putes vel secundum sua merita gratiam cuiqʒ dari: vel nisi suis meritis quemꝙ̄ puniri siue pares qui liberentur atqʒ puniūtur siue dispares: habeas causas malas vt qui videtur stare videat ne cadat: et qui gloriatur non in seipso glorietur sed in domino glorietur. ¶ Cur autem causam paruulorum ad exemplū malorum sicut scribitis non patiuntur afferri homines qui contra pelagianos non dubitant esse peccatum originale quod per vnum hominem intrauit in mundum et ex vno isse in condemnationem Quod ꝛ manichei non accipiunt qui non solum veteris testamenti scripturas in nulla auctoritate non habent verum etiam eas que ad nouum pertinent testamentum sic accipiunt vt suo quodam priuilegio immo sacrilegio qđ volunt sumant quod nolunt reiciāt: cōtra quos agebam in libris de libero arbitrio: vnde isti nobis prescribendū putant. Ideo questiones operosissimas incidentes enucleate soluere nolui ne nimium longum opus esset vbi me aduersus tam peruersos testimoniorum diuinorum non adiuuabat auctoritas. Et poteram sicut feci quodlibet horum verum esset que non diff nite interponebam certa tamen ratione concludere i omnibus deum esse laudendum sine vlla necessitate credi duas sicut illi volūt coeternas boni ꝛ mali permistas esse substantias. Deniqʒ in primo retractationum libro quod opus meum nondum legistis: cum ad eosdem libros retractandos venissem hoc est de libero arbitrio ita locutus sum. In his inquā libris ita multa deserta sunt incidētes nonnullas questiones quas vel enodare non poteram vel longam sermocinationem in presenti requirebant ita differenter ex vtraqʒ parte vel ex omnibus earundem questionum partibus i quibus non apparebat quid potius cōgrueret veritati: ad hoc tamen ratiocinatio concluderetur vt quodlibet verum esset laudandus crederetur vel etiam ostenderetur deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci: ꝛ deuʒ si ita est creatorem omnium creaturarum culpandum esse contendunt eo modo volentes secum sue impietatis errorem (Manichei enim sunt) immutabilem quandā et deo coeternam introducere naturaʒ mali. Item post aliquantum alio loco Deinde dictum est inquam ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberat dei gratia: quia homo sponte id est libero arbitrio cadere potuit nō etiam surgere: ad quā miseriam iuste dānationis pertinet ignorantia ꝛ difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis sue. Nec ab isto malo quisꝙ̄ nisi dei gratia liberatur Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descēdere negantes originale peccatum. Quamuis ignorantia ꝛ difficultas etiam si esset hominis primordia naturalia nec sic culpandus sʒ laudandus esset deus: sicuti in eo libro tertio disputauimus. Que disputatio cōtra manicheos habenda est: qui nō accipiunt scripturas sanctas veteris testamenti in quibus peccatum originale narratur. Et quicquid i litteris apostolicis legitur detestabili impudētia i missum fuisse contendunt a corruptoribus scripturarum tanqʒ non ab apo

stolis dictum contra Pelagianos autē hoc defendendum est ꝙ vtraqꝫ scriptura commendat quam se accipere profitentur. Hec dixi i primo libro retractationum cum retractarem libros de libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris: verum et alia multa que huic ad vos operi inserere longum putaui et non necessarium qḋ ꝛ vos existimo esse iudicaturos cū omnia legeritis: Quis hoc in libro tertio ḋ libero arbitrio ita de paruulis disputarimus vt etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani ignorantiam et difficultatem sine quibus nullus homo nascitur primordia non supplicia esse nature: vincerentur tamen Manichei q volunt duas boni scilicet ꝛ mali coeternas esse naturas. Nunquid ideo fides in dubium vocāda vel deserēda est qua contra ipsos Pelagianos catholica defendit ecclesia que asserit originale esse peccatum: cuius reatus generationeꝫ contractus regeneratione soluendꝰ est quod si ꝛ isti fatentur nobiscum vt simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem cur putant esse dubitandum quod etiam paruulis deus quibus dat suam gratiam per baptismatis sacramentum eruat de potestate tenebrarum: ꝛ transferat in regnum filii claritatis sue. In eo ergo quod aliis eam dat aliis non dat cur nolunt cātare domino misericordiam et iudiciuꝫ Cur autem illis potius quam illis detur? Quis cognouit sensum domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? Quis inuestigabilia inuestigare?

D Conficitur itaqꝫ gratiam dei non secundum merita accipientium dari: sed secundum placitum eius in laudem ꝛ gloriam gratie eius: vt qui gloriatur nullomodo in seipso sed in domino glorietur. qui hominibus dat quibꝰ vult quoniam misericors est: quod et si non det iustus est: ꝛ non dat quibus nō vult vt notas faciat diuitias glorie sue in vasa misericordie. Dando enim quibusdam quod non merentur profecto gratuitam et per hoc veram suam gratiam esse voluit. Non omnibus dando qḋ omnes merentur ostendit. Bonus i beneficio certorum: iustus in supplicio certorum. Et bonus in omnibus quoniam bonum est cum debituꝫ redditur ꝛ iustus in omnibus: quoniam iustuꝫ ē cum debitum sine cuiusquam fraude donatur. Defenditur autem sine meritis dei gratia etiam si paruuli baptizati sicut Pelagiani sentiunt non eruuntur de potestate tenebrarum: quia nulli peccata sicut Pelagiani putant tenentur obnoxii sed tamen in regnū domini transferuntur. Etiam sic enim sine vllis bonis meritis datur eis regnū quibus datur: et sine vllis malis meritis non datur eis quibus non datur. Quid aduersus eosdem Pelagianos dicere solemus quando nobis obiiciūt ꝙ fato tribuamus dei gratiam dicendo eam non secundum merita dari. Ipsi enim potius dei gratiam fato in paruulis tribunt qui dicunt fatum esse vbi meritum non est. Quippe nulla merita etiam secunduꝫ ipsos Pelagianos possunt in paruulis inueniri: cur alii eorum mittantur in regnum: alii alienētur a regno. Sicut autem nunc vt ostēderem gratiam dei non secundum merita nostra: dari secundum vtrumqꝫ sēsum hoc defendere malui et secunduꝫ nostrum scilicet qui obstrictos originali peccato paruulos dicimus ꝛ secundum Pelagianorum sensum qui originale negant esse peccatum: nec tamē mihi est ambigendum habere paruulos quod eis dimittat qui saluum facit populum suum a peccatis eorum: ita et in tertio libro de libero arbitrio secundum vtrunqꝫ sensum restiti. Manicheis siue supplicia siue primordia nature sunt ignorantia et difficultas sine quibus nullus hominum teneo Ipsumqꝫ a me satis euidenter expressum est: ꝙ non sit ita natura institutí hominis: sed pena damnati. Frustra itaqꝫ mihi de illius libri mei vetustate prescribitur: ne agam causam si-

cut agere debeo paruulorũ: et inde gratiam dei non secundum merita hominum dari perspicue veritatis luce conuincam. Si enim quando libros de libero arbitrio laicus Rome cepi et in aphrica presbiter explicaui adhuc de damnatione infantium non renascentium dubitarem Nemo vt opinor est tam iniustus atq; inuidus qui me proficere prohiberet atq; in hac dubitatione remanendum mihi esse iudicaret. Cum vero rectius possit intelligi non me propterea de hac re dubitasse credi oportere: quia contra quos mea dirigebatur intentio sicut visi mihi sunt refellendi vt siue etiam peccati originalis in paruulis quod veritas habet: siue non esset quod nonnulli errantes opinãtur nullo modo tamen quam Manicheorum error inducit duarum naturarum boni scilicet et mali permixtio crederetur. E Absit vt causam paruulorum sic relinquamus vt eẽ nobis dicamus incertum vtrum in christo regenerati si moriantur paruuli trãseant in salutem eternam. non regenerati autem transeant in mortem secundam quoniam quod scriptum est per vnum hominem peccatum intrauit in mundum: et per peccatum mors et ita in omnes homines transiit: aliter recte intelligi non potest nec a morte perpetua que iustissime est attributa peccato liberet quemq; pusillorum atq; magnorum nisi ille qui propter remittenda et origi͂alia et propria nostra peccata mortuus ẽ sine vllo suo originali proprio ve peccato. Sed quare illos potius q̃ illos? Iterum atq; iterum dicimus nec nos piget. O homo tu qui es q̇ respondeas deo. Inscrutabilia iudicia eius et inuestigabiles vie eius et ad hoc adiiciamus. Altiora te ne quesieris: fortiora te ne scrutatus fueris. Videtis sei charissimi q̃ sit absurdum et a fidei sanitate atq; sinceritate veritatis alienũ vt dicamus paruulos mortuos secundum ea iudicari que presciti sunt facturi esse viuerent. In hac autem sententia quam certe omnis sensus humanus quantulacunq; ratione subnixus maxime q; christianus exhorret ire compulsi qui sic a Pelagianorum errore alieni esse voluerunt. vt tamen gratiam dei per Iesum Christum dominum nostrũ qua nobis vna potest lapsum primi hominis in quo omnes cecidimus subuenitur secundum merita nostra dari sibi adhuc estiment esse credẽdum et disputatione insuper proferẽdum. Quod ipse pelagius ante orientales episcopos iudices damnationis sue timore damnauit. Hoc autẽ si non dicatur de mortuorum scilicet operibus que facturi erant si viuerent bonis aut malis ac per hoc nullis et ipsa dei prescientia nõ futuris hoc ergo si non dicatur quod restabit nisi vt gratiam dei non secundum merita nostra dari quod cõtra heresim pelagianam catholica defendit ecclesia: remota contentionis caligine fateamur atq; id maxime in paruulis euidẽtiore veritate cernamus: neq; enim fato cogitur deus illis infantibus subuenire illis autem non subuenire: cum sit vtriusq; causa communis: aut res hũanas in paruulis non diuina prouidẽtia sed fortuitis casibus opinabimur: cum rationales vel damnande vel liberãde sint: quandoquidem nec passer cadit in terram sine voluntate patris nostri qui in celis est: aut parẽtum negligentie sic tribuẽdum est q; paruuli sine baptismo moriũtur parentes si negligẽtes voluntate propria de quibus nascerentur elegerunt. F Quid dicam q; paruulus aliquando anteq; illi per mysterium baptismatis succurri possit expirat. Plerumq; enim festinantibus parẽtibus et paratis mysteriis vt baptismus paruulo detur deo tamẽ volẽte non datur qui cum paruulum in hac vita nõ tenuit vt daretur. Quid etiã q; aliquando paruulis infidelium filiis potuit ne irẽt in perditionẽ et filiis fidelium non potuit baptismate subueniri? Ubi certe ostenditur quod personarum apud deum non sit acceptio alioquin cultorum suorum potius q̃ inimicorum filios liberaret. Iam vero quoniam de bono perseuerãtie nunc

agim⁹ quid ꝙ morituro non baptizato
subuenit: ne sine baptismate moriatur ⁊
baptisato casuro nō subuenitur vt ante
moriatur: nisi forte illi adhuc absurdi-
tati stabim⁹ qua dicitur nihil prodesse
cuiq̄ mori anteq̄ cadat qꝛ secūdū eos
actus iudicabit quos eum presciuit de
us acturum fuisse si viueret. hanc pse-
ueritatē sanitati fidei tam vehementer
aduersam qs patienter audiat? Quis
ferat? Et tñ hoc dicere vrgētur q nō fa
tētur gratiā dei nō scdm merita nr̄a da
ri. q aūt volūt dicere vnūquēq̄ mortuo
ruz scdm ea iudicari que deus presci-
uit acturū fuisse si viueret intuētes ꝙ
manifesta falsitate ⁊ quāta absurdita
te dicat nō eis remanet cur dicāt qd in
Pelagianis dānauit ⁊ ab ipo Pelagi
ano dānari fecit ecclesia: gratiā dei nō
scdm merita nr̄a dari: cū videant alios
paruulos non regeneratos ad eternaz
alios aūt regeneratos tolli de hac vita
Ipos quoq̄ regeneratos alios perse-
uerantes vsq̄ in finē hinc ire: aliosquo
usq̄ decidant hic teneri: quia vtiq̄ non
decidissent si anteq̄ laberētur hic issēt
et rursus quosdam lapsos quousq̄ re-
deant non exire de hac vita qui v iq̄ pi
rent si anteq̄ redirent exirēt. Unde sa
tis dilucide ostēditur ⁊ ichoandi ⁊ vsq̄
i finem pseuerādi gratiā dei nō secun
dū merita nr̄a dari: sed donari secūdū
ip̄ius secretissimā eādēq̄ iustissimā bñ
ficētissimā sapientissimā voluntatē om
quos predestinauit ipsos ⁊ vocauit: vo
catione illa de qua dictuz est. Sine pe
nitētia sunt dona ⁊ vocatio dei: ad quā
vocationem pertinere nullus est homo
ab hominibus certa asseueratiōe dicē
dus nisi cū de hoc seculo exierit: in hac
autē vita humana q̄ tentatio est sup ter
ram: q videt stare videat ne cadat. Ideo
quippe sicut iā supra diximus nō perse
uераturi perseueraturis prouidentissi
ma dei volūtate miscētur vt esse disca-
mus nō alta sapiētes sed humilibus cō
sentiētes: et cum timore ⁊ tremore no-
strā ipoꝝ salutez operemur. Deus est enī
qui operatur in nobis ⁊ velle ⁊ opera-
ri pro bona voluntate: hoc nobis expe-
dit ⁊ credere ⁊ dicere: vt sit humilis ⁊
submissa confessio et detur totum deo.
B Cogitātes credim⁹ cogitātes
loquimur: cogitātes agitam⁹ qcq̄d agi
mus. Qd aūt ad pietatis viā ⁊ veruz
dei cultū nō sumus idonei cogitare ali
quid tanq̄ ex nobismetipis sed sufficiē
tia nr̄a ex deo est. Nō ei est in potestate
nostra cor nostrum ⁊ nr̄e cogitationes
Unī idē q hoc agit: itē dicit Ambrosius
Quis aūt tā beatus q in corde suo sem
per ascendat. Sed sine diuo consilio
quid fieri potest? Nullo profecto modo
Deniq̄ inquit sup eadem scriptura di
cit Btūs vir cui⁹ est auxiliū abs te do
mine ascēsus in corde eius. Hoc vtiq̄
vt diceret nō solū i lr̄is sacris legebat
sed sicut de illo viro sine dubitatione
credendum est etiā in corde suo sentie
bat: Ambrosius. Quod ergo i sacramē
tis fideliū dr̄: vt sursuz habeamus cor
ad dominū munus est dñi: de quo mu-
nere ipsi dño deo nr̄o gratias agere a
sacerdote post hāc vocem q hoc adiuo
nēt ⁊ dignū ⁊ iustū esse respōdēt. Cuz
ei nō si i nostra potestate cor nostrum
sed diuino subleuet auxilio vt a cēdat
⁊ q̄ sursum sunt sapiat: vbi Christ⁹ est i
dextera dei sedēs nō que sup terrā: cui
de hac tota re agende sunt gratie nisi
hoc faciētem domino deo nostro qui nos
per tale beneficium liberādo de profū
do huius mūdi elegit ⁊ predestinauit
ante constitutionem mundi. Sz aiūt p̄
destinationis diffinitionē vtilitati p̄di-
catiōis aduersam quasi vo aduersata
sit apostolo predicanti. Nonne ille do-
ctor gentium in fide ⁊ veritate predica
tionem totiēs cōmēdauit ⁊ v̄bum dei
p̄dicare nō destitit? Nunq̄d qꝛ dixit: de
us est q operatur in nobis ⁊ velle ⁊ opa
ri pro bona volūtate sua ideo non ipse
⁊ vt velim⁹ q̄ deo placeāt ⁊ vt operemur
hortat⁹ est? Aut quia dixit q i vobis bo
nū opus cepit pficiet itaq̄ illud in diē
xpi Iesu: vt incipent homines ⁊ pseue
rarent vsq̄ in finē: ipse nō suasit? Nēpe
ipse dn̄s hoibus precepit vt crederent
atq̄ ait. Credite in deum ⁊ in me credi
te. Nec tamen ideo eius falsa sententia

est nec vna diffinitio vbi ait. Nemo venit ad me: id est nemo credit in me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Nec rursus q: vera est hec diffinitio. ideo. vana est illa pceptio. Cur ergo pdicationi correctioniq3 q oia frequētat scriptura diuina existimam9 inutilez diffinitionem predestinationis quam commendat eadem scriptura diuina. An quisq3 dicere audebit deum non presciisse quibus esset daturus vt crederent? Aut quis daturus esset filio suo vt ex eis nō perderet quemq3. Que vtiq3 presciuit profecto beneficia sua quibus nos dignatur liberare presciuit. Hic predestinatio sanctoꝝ nihil aliud q3 prescientia sez 7 preparatio beneficioꝝ dei quibus certissime liberantur quicunq3 liberantur Ceteri autem vbi: nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquuntur. Ubi Tirii relicti sunt 7 Sidonii q etiā credere potuerūt si mira illa christi signa vidissent. Sed quoniam vt crederent non erat eis datum etiam vnde crederent est negatum. ¶

Ex quo apparet habere quosdam i ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentie quo moueantur ad fidem si congrua suis mentibus vel audiant verba vel signa conspiciant 7 tamē si dei altiore iudicio a perditionis massa non sunt gratie discretione discreti nec ipsa eis adhibētur vel dicta diuina vel facta per que possēt credere si audirēt vtiq3 talia vel viderēt. in eadem perditionis massa relicti sūt etiā iudei q non potuerunt credere factis in conspectu suo tā magnis clarisq3 virtutib9. Cur enī non poterāt credere nō tacuit euāgelium dicens. Cum autē signa fecisset coram eis non crediderunt in eum vt sermo esaie prophete impleretur quem dixit. Dñe quis credidit auditui nostro et brachium dñi cui reuelatum est. Et ideo non poterant credere q: iterum dixit esaias excecauit oculos eorum 7 indurauit cor illorum ne videant oculis nec intelligant corde 7 conuertantur et sanem eos. Non erant ergo sic excecati oculi: nec sic induratū cor Tyriorum 7 Sidoniorum: quoniam credidissent si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis profuit q poterant credere quia predestinati nō erāt ab eo: cuius inscrutabilia sunt iudicia et inuestigabiles vie: nec istis obfuisset q non poterant credere si ita predestinati essent vt eos cecos illuminaret 7 induratis cor lapideū vellet auferre Uerum q dixit dñs de Tyriis 7 Sidoniis aliquo alio modo pt fortassis intelligi: neminē tamē venire ad Christum nisi cui fuerat datū 7 eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mundi proculdubio confitet: a quo non surdis auribus cordis eloquium diuinuz auribus carnis audit: 7 tamen hec pdestinatio q satis aperte etiam verbis euangelicis explicatur non phibuit dominū 7 propter incipiendum dicere qd pauloante commemoraui Creditis in deum et in me credite et propter perseuerandum oporteret semper orare 7 nō deficere. Audiunt hec enim 7 faciūt q bus datū est nō aūt faciunt siue audiāt siue non audiant quibus datū non est. Quia nobis datū est nosse misteriuz regni celorum illis autem non est datum quoꝝ alterū ad miam alterum ad iudicium pertinet illius cui dicit anima nostra misericordiam et iudicium cantabo tibi domine. ¶ Nec predestinationis igitur predicatione impedienda ē predicatio fidei perseuerantis 7 pficientis vt quod oportet audiāt 7 quibus datū est vt obediāt. Quō enim audient sine predicante? Nec rursus pdicatione fidei proficiētis et usq3 ad vltimum permanentis impedienda est pdicatio predestinationis vt qui fideliter 7 obedienter viuit nō de ipsa obediētia tāq3 de suo nō accepto bono extollat sz qui gloriat in dño gloriet. In nullo enī gloriandum quando nostrum nihil sit: quod vidit fidelissime Cyprianus 7 fidentissime definiuit: per quod vtiq3 predestinationem certissimam pronunciauit. Nam si in nullo gloriandū est quando nr̄m est profecto nec i obediētia perseuerantissima gloriandum est. Nec ita

nra tanq̃ nõ sit nobis s; supdonata di-
cẽda ẽ. Et ipsa igit dei donũ ẽ quod se
daturum deus vocatis suis ista vocatio
ne de qua dictũ est: sine penitentia sunt
dona ꝛ vocatio dei omni Christiano cõ
fitendum presciuit. Hec est predestina-
tio quam fideliter atq; humiliter pre-
dicamus. Nec tamẽ idem doctor et fa-
ctor qui et in sancta obedientia vsq; ad
passionem pro Christo perseuerãter vi
xit ideo cessauit predicare euangeliũ;
exhortari ad fidem: piosq; mores atq;
ipa; vsq; i finẽ perseuerantiam quoniã
dixit in nullo gloriandum quando no-
strum nihil sit. Ubi veram dei gratiam
id est que non secundũ merita datur si
ne vlla ambiguitate declarauit qua; se
daturum presciuit deus. His Cypria-
ni libris pculdubio predestinatio pre-
dicata est: si Cyprianu; a predicatiõe
obedientie non prohibuit nec nos vtiq;
debet prohibere. Quamuis ergo dica-
mus dei donum esse obediẽtiam: tamen
hoĩes exhortamur ad eam. Sed illis
qui veritatis exhortationem obedien-
ter audiũt ipsis donũ dei datũ est hoc ẽ
obedienter audire. Illis autem non sic
audiunt nõ est datum. Non enim quicũ
q; sed Christus nemo inquit venit ad
me: nisi fuerit ei datum a patre meo. et
vobis datum est nosse mysterium regni
celorum: illis autem non est datum. Et
de cõtinentia nõ omnes inquit capiũt
verbum hoc: sed quibus datum est. Et
cum apostolus ad pudicitia; cõiugalẽ
coniuges hortaret: vellẽ inquit omnes
homines esse sicut meipm: sed vnusquis
q; proprium donũ habet adeo alius sic
alius aũt sic. Ubi satis ostendit non tã
tum cõtinentiam donum dei esse sed cõ
iugatorẽ etiã castitatẽ: q̃ cũ vera sint hor
tamur tamẽ ad hoc q̃tum cuiq; nostrũ
datum est vt possit hortari: quia ꝛ hoc
eius donum est in cuius manu sunt et
nos ꝛ sermones nostri. Unde ꝛ aposto
lus: secundum gratiam inquit que da-
ta est mihi vt sapiens architectus fun
damentum posui. Et alio loco: vnicui
q; inquit sicut dñs dedit. Ego plãtaui
Apollo rigauit sed deus incrementum
dedit. Itaq; neq; q plantat aliqd ẽ ne
q; qui rigat sed qui incrementũ dat de
us. Ac pro hoc sicut exhortatur ꝛ pdi
cat recte sed ille qui accepit hoc donũ
ita exhortantẽ recte atq; predicantem
profecto ille obedienter audit qui acce
pit hoc donum. Hinc est q dñs cu; eis
loqueretur qui carnales aures apertas
haberent dicebat tamẽ. Qui habet au
res audiendi audiat quas nõ oẽs ha-
bere procuľdubio nouerat. a quo autẽ
habeat quecũq; habẽt ibi dominꝰ osten
dit vbi ait. Dabo eis cor cognoscendi
me ꝛ aures audientes. Aures ergo
audiẽdi ipsum est donum obediendi vt
q id haberent venirent ad eum ad quẽ
nemo venit nisi fuerit ei datum a patre
Exhortamur ergo atq; predicamꝰ sed
qui habẽt aures obediendi obedienter
nos audiunt. Qui vero eas nõ habent
sic in eis quod scriptum est vt audiẽtes
non audiãt: audiẽtes videlicet corpo-
ris sensu: nõ audiãt cordis assensu. cur
aũt illi habeãt aures audiendi illi non
habeãt hoc ẽ cur illis datũ sit a pr̃e vt
veniãt ad filiũ: illis aũt nõ sit datũ: qs
cognouit sensu; dñi: aut qs eiꝰ cõsilia-
rius fuit? Aut tu quis es homo vt re-
spondeas deo? Numqd ideo negandu;
est qd apertum est q; cõprehẽdi nõ põt
qd occultũ est. Nunquid iquã ꝓpterea
dicturi sumus qd ita esse perspicimus
non ita esse qm̃ cur ita est n n possumꝰ
inuenire? Sed ait ne scribitis nemine;
posse correctionis stimulis excitari: si
dicat in cõuẽtu ecclesie audiẽtibꝰ mul
tis ita se habet de predestinatione de-
finita snĩa voluntatis dei. vt alii ex vo
bis de infidelitate accepta obediẽdi vo
lũtate veneritis ad fidẽ vt accepta per
seuerãtia maneatis in fide. Ceteri vo
q i petõ; delectatiõe remoramini ideo
nõdũ surrexistis: q; necdum vos adiu-
toriũ gratie miserãtis erexit. Uerũtñ
si q estis necdũ vocati quos gr̃a sua p-
destinauerit eligẽdos accipietis eãda;
grãm qua velitis ꝛ sitis electi. Et si q
obeditis si predestinati estis reiiciendi
subtrahant obediendi vires vt obedire
cessetis. Ita cum dicunt ita nos a con

fitenda dei gratia.i.que nō secūdū merita nostra daf a cōfitēda secudum eā predestinationē sctōrum deterrere non debēt sicut nō deterremur a cōfitenda prescientia dei si quis de illa pplo sic loquatur vt dicat. Siue nūc recte viuatis siue ñ recte tales vos eritis postea quales vos deus futuros esse presciuit vel boni si bonos vel mali si malos. Nunquid ei si hoc audito nonnulli in torporem segniciemq̧ vertātur ₇ a labore ꝓcliues ad libidinem post cōcupiscētias suas eāt propterea de presciētia dei falsum putādum est esse qđ dictum ē. Nōne si deus illos bonos futuros esse presciuit boni erunt i quātalibet modo malignitate versanf. Si autem malos mali erūt i quātalibet nūc bonitate cernātur. Fuit quidem in nostro monasterio q corripiētibus fratribus cur quedam nō faciēda faceret:₇ faciēda nō faceret respōdebat. Qualiscūq̧ nunc sum talis ero qualē me deus futurū esse presciuit. Qui pfecto veruz dicebat ₇ hoc vero nō pficiebat i bonum:ſʒ vſq̧adeo profecit i malū vt deserta monasterii societate fieret canis reuersus ad suuz vomitum ₇ tñ adhuc qualis sit futurꝰ icertuz est. Nūquid propē hmōi causas ea que de presciētia dei vera dicūtur vel negāda sunt vel tacēda:tūc.s.qñ si nō dicantur in alios itur errores. Sūt etiā q pꝑterea vel nō orāt vel frigide orāt quoniam dño dicēte didicerūt scire deum qđ nobis necessarium sit priusq̄ petamus ab eo. Nō propter tales huiꝰ sententie veritas differēda aut ex euāgelio delēda putabif. Immo cum constat deum alia danda etiam non orātibus sicut initiū fidei alia nō nisi orātibus preparasse sicut vſq̧ in finem perseuerātiā profecto qui ex ipso hāc se habere putat nō orat vt habeat. ¶ Cauēdum est igitur ne eum timeamus tepescat oratio extiguatur oratio accēdaf elatio. Dicaf ergo verum maxime vbi aliqua questio impleuerit ₇ capiāt qui possūt:ne forte cum tacetur ꝓpter eos qui capere nō possunt nō solū veritate nudētur verum etiaz falsitate capiantur. qui verum capere quo caueaf falsitas possunt. Facile est eñ immo ₇ vtile vt taceaf aliquod verum ꝓpter icapaces. Nam vñ est illud domini adhuc habeo vobis dicere sed non potestis illa portare mō. Et illud apli. Nō potui vobis loqui quasi spūalibus sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in xpō lac vobis potū dedi non escā. Nōdū enim poteratis:sed nec adhuc potestis quidē q̄uis moqo quodā dicendi fieri possit vt id quod dicif ₇ paruulis lac ₇ grandibus esca sit. Sicut i pricipio erat verbum ₇ verbū erat apud deum ₇ deus erat verbum. Quis xpianꝰ tacere pōt qđ capere? Aut qđ i doctrina sana potest iueniri grandiꝰ. Quod tñ et paruulis nō tacetur ₇ nec grādibꝰ nec paruulis occultaf. Sed alia est ratio verū dicendi:alia verum tacendi lōgū est omnes querere vel inserere q̄rum tñ est et hec vna:ne priores faciamus eos q non intelligunt dum volumus eos q intelligunt facere doctiores q nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem nō fiunt sed nec peiores fiunt. ¶ Cū aūt res vera ita se habet vt fiat peior: nobis eam dicētibꝰ illi qui capere non potest:nobis aūt tacentibus ille qui pōt:quid putamus esse faciendum. Nōne potius est dicendū verum vt qui potest capere capiat q̄ tacendū:vt non solum id ambo non capiant:verū etiā q est intelligētior ipse peior? Qui si audiret ₇ caperet per illum plures discerent. Quo eñ est capacior vt discat eo magis est idoneus vt alios doceat. Instat inimicus gratie atq̧ vrget modis omnibus vt credaf secūdū merita nostra dari ac sic gratia non iaz sit gratia. Et nos volumus dicere qđ teste scriptura possumus dicere. Timens eni videlicet ne loquentibus nobis offēdaf qui veritatem nō potest capere ₇ nō timemus ne tacētibꝰ nobis q veritatē potest capere falsitate capiaf. Aut enim si predestinatio predicanda est quemadmodum eam sancta scriptura euidenter loquitur vt in predestinatis sine penitētia sint dona et vo=

catio dei: aut gratiam dei scdm nostra dari merita cōfitendū quod sapiunt Pelagiani: Quis ista sētentia quod se pe iam diximus legat in gestis episcoporum orietaliū etiā ipsius pelagii ore dānata. A pelagianorū porro heretica puersitate tantum isti remoti sunt pter quos hec agimus vt licet nondū velint fateri predestinatos esse per dei gratiam fiant obediētes atqꝫ permaneant: iam tamen fateantur ꝙ eorum preueniat voluntatem qbꝰ datur hec gratia. Ideo vtiqꝫ ne gratis dari credat gratia sicut veritas loquitur: sed potiꝰ precedētis merita voluntatis sicut cōtra veritatem pelagianus error obloquitur. pueniit ergo ꝛ fidē gratia alioquin si fides eam pueniit proculdubio preuenit ꝛ volūtas. qm̄ fides sine volūtate nō pōt esse. Si autem gratia pueniit fidem qm̄ pueniit voluntatē profecto preuenit omnem obedientiam.

Preuenit etiā charitatē qua vna deo veraciter ꝛ suauiter obedit et hec oia gratia in eo cui datur: ꝛ cui hec oia p̄uenit: operatur. M Restat in his bonis vsqꝫ in finem pseuerantia: q̄ frustra quotidie a dn̄o poscitur: si non eā dn̄s per gratiā suā in illo cuius orationem exaudit. operat. Videte iam a veritate ꝙ sit alienū negare donū dei esse pseuerantiā vsqꝫ in finem huiꝰ vite cū vite huic qn̄ voluerit ipse det finem quē cum dat añ imminētē lapsum facit hominē pseuerare vsqꝫ in finem. Sed mirabilior ꝛ fidelibus euidentior largitas bonitatis dei est ꝙ etiam paruulis quibus obediantia nō est illiꝰ etatis vt det dat gratia. Ita igitur sua bona q̄buscunqꝫ deus donat proculdubio donatorem se esse presciuit ꝛ i sua prescientia p̄parauit. Quos ergo predestinauit ipsos ꝛ vocauit vocatione illa quā me sepe cōmemorare non piget de qua dictū est: sine penitētia sunt dona ꝛ vocatio dei: nam in sua q̄ falli mutariqꝫ nō pōt p̄scientia opa sua futura disponere id oīno nec aliud quicqꝫ est p̄destinare. Sicut aūt ille quē castū futurum esse presciuit Quis id incertum habeat non ideo nō agit vt castus sit qm̄ dei dono se audit futurum ex quod erit. Immo etiam gaudet eius charitas: nec inflatur tāqꝫ id nō acceperit. Nō solum ergo predicatione p̄destinationis ab hoc ore non impedit verū ad hoc adiuuatur: vt cum gloriatur in domino glorief. Quod aūt dixi de castitate hoc de fide: hoc de pietate: de charitate: perseuerantia. ꝛ ne pergam p singula hoc de omni obediētia qua obeditur deo veracissime dici potest. Si hi qui solum initiū fidei ꝛ vsqꝫ in finē pseuerantiā sic i nostra consistunt potestate: vt dei dona esse non putent neqꝫ ad hec habenda atqꝫ continenda deum operari nostras cogitationes ꝛ voluntates. cetera vero ipsum dare cōcedunt cum ab illo impetrant credētis fide: cur ad ipsa cetera exhortationē eorūqꝫ ceterorū predicationē diffinitione predestinationis non metuunt impediri. An forte nec ipsa dicūt predestinata? Ergo nec dat a deo. Ad ea se daturum presciuit. Quod ꝛ si donat ꝛ ea se daturū esse presciuit pfecto predestinauit. N Sicut ergo ipsi hortant quoqꝫ ad castitatem charitatē pietatem ꝛ cetera que dei dona esse confitentur eaqꝫ ab illo eē precognita ac p hoc predestinata negare non possūt: nec dicūt exhortatiōes suas ipediri predicatione predestinatōis dei hoc ē predicatione de his donis eius futuris prescientie dei: si videāt nec ad fidē: nec ad pseuerātiam impediri exhortationes suas si ꝛ ipsa opera quod verum est dei dona eaqꝫ precognita id est ad donādū predestinata esse dicantur: sed impediri potius atqꝫ subuerti hac predestinationis predicatone illum tamē mō pniciosissimum errorē quo dr̄ fm merita nostra dari: vt qui gloriat non in domino: sed in ipso glorietur quod vt apertius propter tardiusculos explicemꝰ rememorationē meā ferant quibus ingenio preuolare donatum est Dicit apl's Iacobus. Si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat: et dabit

ei. Scriptum est in proverbiis salomonis quoniam dominus dat sapientiam. Et de continentia legitur in libro sapientie cuius auctoritate vsi sunt magni et docti viri qui longe ante nos eloquia diuina tractarunt. Ibi ergo legitur. Cum scirem quia nemo esse potest continens nisi deus det. Et hoc ipsum erat sapientie scire cuius esset hoc donum. Hec ergo dei dona sunt id est vt de aliis taceam sapientia et continentia acquiescunt et isti. Neque enim pelagiani sunt vt aduersus istam perspicuam veritatem dura et heretica peruersitate contendant. Sed hec inquiunt vt adeo denter nobis fides impetrat que incipit a nobis. Quam fidem et incipere habere et in ea vsque in finem permanere tanquam id non a domino accipiamus nostram esse contendunt. Hic proculdubio contradicitur apostolo dicenti. Quid enim habes quod non accepisti? Contradicitur et martyri Cypriano dicenti in nullo gloriandum quando nostrum nihil sit. Cum hec et alia que piget repetere: dixerimus atque ostenderimus et initium fidei et vsque in finem perseuerantiam dei dona esse nec vlla futura esse sua dona: et que danda essent: et quibus danda essent deum non prescire potuisse: ac per hoc predestinatos ab illo esse quod liberat: si coronat respondandum putant predestinationis ad definitionem vtilitati predicationis aduersam eo quod hac audita nemo possit correctionis stimulis excitari. Hec dicentes nolunt hominem predicari dona dei esse vt veniatur ad fidem et permaneatur in fide ne plus desperatio quam exhortatio videatur afferri dum cogitant qui audiunt incertum esse humane ignorantie cui largiatur deus hec cui non largiatur dona. Cur ergo et ipsi nobiscum predicant dona dei esse sapientiam et continentiam? Quod si hec cum dei dona esse predicantur non impeditur hortatio qua homines hortantur esse sapientes et continentes: quid tandem causa est vt existiment impediri exhortationem qua exhortamur homines venire ad fidem et in ea permanere vsque in finem. Et si hec dona dei esse dicantur quod scripturis eius testibus comprobatur. Ecce de continentia taceamus et de sola in hoc loco sapientia disputemus: nempe supra memoratus apostolus Jacobus dixit. Que desursum est sapientia primum quidem pudica est: deinde pacifica: modesta: suadibilis plena misericordie et fructibus bonis inestimabilis sine simulatione. Cernitis ne obsecro a patre luminum sapientia quam multis et magnis bonis referta descendat? Omne quippe datum optimum sicut idem dicit et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Cur ergo vt omittam cetera corripimus impudicos et contentiosos quibus tamen predicamus donum esse sapientiam pudicam atque pacificam? Nec timens ne permoti diuine voluntatis incerto plus in hac predicatione desperationis quam exercitationis inueniant: nec correctionis stimulis aduersus semetipsos. sed potius aduersus nos excitentur quia eos corripimus hec non habentes que ipsi dicimus non humana voluntate proferri: sed diuina largitate donari. Cur denique ipsum apostolum Jacobum huius gratie predicatio non deterruit corripere inquietos et dicere. Si zelum amarum haberis et contentiones sunt in cordibus vestris nolite gloriari et mendaces esse aduersus veritatem: non est ista desursum descendens: sed terrena: animalis diabolica. Vbi enim zelus et contentio ibi inconstantia et omne opus prauum. Sicut ergo corripiendi sunt inquieti et diuinis eloquiis testibus et ipsis quos nobiscum ipsi communes habent actibus nostris neque hanc impedit correctionem quod sapientiam pacificam qua contentiosi corriguntur vsque sanantur donum dei esse predicamus ita corripiendi sunt infideles vel in fide non permanentes non impediente istam correctionem predicatione gratie dei que fide quoque ipsam et in ea permansionem donum dei esse commendat: quia et si ex fide impetratur sapientia sicut ipse Jacobus cum dixisset si quis vestrum indiget sapientia postulet a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei: mox addidit: postulet in fide nihil hesitans. ¶ Non tamen quod fidelibus datur priusquam postule

tur ab illo cui datur: iō dicenda est non esse donum dei sed esse a nobis qr data est nobis nō petētibus nobis. Apostolus eni apertissime dicit. pax fratribus ꝛ charitas cum fide a deo pře ꝛ dño ie su xpō A quo ergo pax ꝛ charitas ab illo est fides. ꝓpter qđ ab illo eā nō solū augeri h̄ bentib⁹. verumetiā nonhabentibus poscimus dari. Neqꝫ isti propter quos hoc dicimus qui predicatione predestinationis et gratie exhortationem clamitant impediri ad sola illa exhortantur dona que non a deo dari sed a nobis esse contendunt sicut sunt inium fidei et in ea vsqꝫ in finē perseuerātia: quod vtiqꝫ facere deberent vt tantummodo infideles hortarenť vt crederent: ꝛ fideles vt credētes permanerēt Ea vero q̄ nobiscū dei dona esse nō negant vt nobiscū Pelagianū demoliantur errorē: sicut est pudicitia continentia ꝛ cetera quibus recte viuiť ꝛ ex fide impetrāť a dño oranda monstrare ꝛ orare solum vel sibi vel aliis debuerūt: non aūt quēqꝫ vt ea capesceret ꝛ retineret hortari. Cū vero ad hec exhortātur vt possūt atqꝫ exhortando se esse homines confitentur: satis vtiqꝫ ostendūt nec ea p̄dicatiōe impediri exhortationes siue ad fidem siue ad perseuerātiā vsqꝫ in finem qr ꝛ ista dei dona esse nec a seipsa cuiqꝫ sed ab illo predicamus. At eni vitio suo quisqꝫ deserit fidē: cōcedit et tentationi cōsentit: qua cū illo agitur vt deserat fidem qs degat? Sed non iō dicenda est in fide perseuerātia non esse donū dei. Hanc enim quotidie poscit q̄ dicit. Ne nos inferas in tentationē: ꝛ si exaudiť hāc accipit ac p hoc quotidie vt perseueret petēs: ꝑfecto pseuerātie sue spem nō i seipō sed in deo ponit. Ego autē nolo exaggerare meis verbis sed illis cogitandum poti⁹ relinquo vt videant quale sit qđ sibi persuaserunt predicatiōe destinationis audientibus plus desperationis qꝫ exhortationis afferri. Hoc ē eni dicere tūc de sua salute hominem desperare qñ spem suā nō in seipō sꝫ ideo didicerit ponere cū ꝓpheta clamet. Maledict⁹ omnis q̄ spem ponit in hoīe. Haec vtiqꝫ dona dei q̄ danť electis scđm dei ꝓpositū vocatis i quibus donis est ꝛ incipere credere ꝛ i fide vsqꝫ ad vite hui⁹ terminū perseuerare: sicut tanta rōnū atqꝫ auctoritatū cōtestatione ꝓbauim⁹. Haec iquā dei dona si nulla est predestinatio quā defendim⁹ nō pſciunť a deo. ¶ Vñ aliqñ eadē p̄destinatio significať etiaꝫ noīe pſciētie sicut ait aplš. Nō repuliť deus plebē suā quā presciuit: nō recte intelligiť nisi predestinauit: qđ circunstantia ipius locutiōis ostēdit: loquebatur enim de reliquiis iudeoꝝ q̄ salue facte sunt pereūtib⁹ ceteris. Nā supi⁹ dixerat ad israel dixisse prophetā. Tota die expandi manus meas ad pplm nō credētē ꝛ contradicētē. ꝛ tāqꝫ rñdereť Ubi sūt ego facte ꝓmissiōes dei ad Israel cōtinuo subiūxit. Dico ergo nunqđ repulit de⁹ plebē suā? absit Nā ꝛ israel ita sū ex semie Abraā tribu Beniami. Tāquā diceret. Nā ꝛ ego ex ipsa plebe sū. Deide addidit vñ nūc agimus Nō repulit deus plebē suā quā presciuit: atqꝫ vt ostenderet dei gratia fuisse relictas reliquias non meritis operum eorum secutus adiūxit. An nescitis in Helia quid dicat scriptura? Quēadmodū interpellat deū aduers⁹ Israel ꝛ cetera. Sed quid dicit illi respōsum diuinum. Reliqui mihi septē milia virorū qui nō curuauerunt genu ante Baal. Non eni ait relicta sūt mihi: aut reliquerūt se mihi sed reliq̄ mihi. Sic ergo inquit ꝛ i hoc tēpore reliquie per electionem gratie facte sunt. Si aūt gratia nō ex operibus. Alioqñ gratia iam nō est gratia. Et cōnectēs illa q̄ supra iaꝫ posui. quid ergo? Et huic iterrogationi respōdens quod querebat inquit Israel hoc nō est cōsecut⁹: electio autē consecuta est: ceteri vero excecati sunt In hac ergo electione ꝛ his reliquiis q̄ per electionem gratie facte sunt voluit intelligi plebem quā propterea deus non repulit qr presciuit. Haec est illa electio in Christo ante constitutionē mundi: vt essent sancti ꝛ immaculati in conspectu eius in charitate predestinans

eos in adoptionem filioꝝ. Nulli igitur q̄ hoc intelligit negare vł dubitare putat: cum ait apl's. Non repulit de⁹ plebem suam quā presciuit: predestinationē significare voluisse. Presciuitem reliquias quas secūdū electionez grē fuerat ipse facturus: hoc ē ergo predestinauit. Siue enim presciuit si predestinauit. Sed predestinasse hoc ē presciisse quod fuerat ipse facturus. Quid ergo nos prohibet quādo apud aliquos verbi detractores legimus dei prescientiaz et agitur de vocatione electorum eandem predestinationem intelligere? Magis eñ fortasse voluerunt hoc verbo in ea re vti q̄ ꝛ facili⁹ intelligitur ꝛ nō repugnat imo ꝛ cōgruit veritati q̄ de predestinatione gratie predicatur: hoc ē scio neminē contra istā predestinationē quā secūdū scripturas sāctas defendimus nisi errādo disputare potuisse. Puto tñ eis qui de hac re sñias tractatoꝝ requirunt sctōs ꝛ i fide atq̄ doctrína christiana laudabilit̄ vsq̄quaq̄ diffamatos viros: Cyprianum: Ambrosiū: quoꝝ tam clara testimonia posuimus debere sufficere: et debere ad vtrūq̄ i. vt gratiā dei gratuitaz sicut credenda ac predicanda est p̄ omnia. credētes p̄ omnia predicēt ꝛ eādē predicationē: predicationi qua hortamur pigros vel corripimus malos nō opinētur aduersā: quia ꝛ isti viri cū sic predicarent dei gratiaz vt vnus eoꝝ dicceret in nullo gloriandū qm̄ nostrū nihil sit. Alter aūt nō est in ptāte nostra cor nostrū ꝛ nostre cogitationes: nō tñ hortari ꝛ corripere destiterūt: vt fierent precepta diuina. Nec timuerūt ne diceret eis. Quid nos hortamini. Quid ꝛ corripitis si nihil boni habeamus qđ sit nostrum ꝛ si nō est in potestate cor nostrū. Hec ne dicerētur eis nequaq̄ illi sācti ea mēte timere potuerūt qua intelligebāt paucissimis esse donatū vt nullo sibi hoīe predicante p̄ ipsum dominū vel p̄ angelos celoꝝ doctrinam salutis accipiāt multis vero id esse donatum vt deo p̄ hoīes credant. Quolibet tñ mō dicat̄ hoī verbū dei p̄culdubio q̄ sic audit vt illi obediat donum dei ē. Vñ supradicti tractatores excellentissimi diuinoꝝ eloquioꝝ ꝛ grāz dei verā sicut predicāda ē predicarūt. i. qm̄ nulla merita humana precedunt et ad faciēda diuina precepta instāter hortati sunt vt qui haberent donū obediētie quibus iussis obediendum esset audirent. Si eñ gratiā merita nostra vlla precedūt p̄fecto aut facti alicuius aut dicti aut cogitatiōis ē meritū. Vbi ꝛ ipsa intelligit̄ voluntas bona breuissime complexus est oīm genera meritorum qui dicit in nullo gloriandum quando nostrū nihil sit. Qui vero ait non est in nostra potestate cor nostrū ꝛ nostre cogitationes nec ipse facta ꝛ dicta preterit. Non enim ē dictum factū ve hoīs qđ nō ex cordis cogitatione p̄cedat. Qui aūt ampli⁹ de hac re Cyprianus martyr gloriosissimus ꝛ doctor lucidissimus potuit q̄ ibi monitione dominica etiam pro inimicis fidei christiane orare oportere cōmonuit vbi de initio fidei q̄ etiam hoc donum dei sit q̄d sentiret ostendit: ꝛ p̄seuerantia vsq̄ in finem qz et ipsam non nisi deus eis qui p̄seuerauerunt donat eccl'iam christi q̄tidie orare monstrauit. Beatus quoq̄ Ambrosius cū exponeret quod ait Lucas euāgelista visum est ꝛ mihi: potest inquit nō soli visum esse quod sibi visum ēe declarat Non enim voluntate tñ humana visū est sed sic placuit ei qui in me loquitur christ⁹ q̄ vt id qđ bonū ē: nobis quoq̄ videri bonū possit operatur. Quē eñ miserat̄ ꝛ vocat ꝛ ideo q̄ Xp̄z sequit̄ pōt interrogatus cur voluerit ēe christianus rñdere visū est ꝛ mihi qđ cum dicit nō negat deū visū. A deo eñ preparat̄ voluntas hoīm. Vt eī de⁹ honorificetur sctō dei gratia ē. Itēq̄ in eodē ope hoc est in expositiōe eiusdē euāgelii cū ad illū venisset locū vbi dñm ad hierusalem p̄genteu samaritani recipe noluerūt simul disce inquit qz recipi voluit nō simplici mente conuersos. Nā si voluisset ex indeuotis fecisset deuotos. Cur aūt non receperunt eū euāgelista

ipse demõstrat dicẽs: quia facies eius erat euntis i hierusalẽ. Discipuli autẽ recipi intra samariã gestiebãt. Sz de⁹ q̃s dignat̃ uocat ꝛ quẽ vult religiosum facit. Quid euidentius: q̃d illustrius a verbi dei tractatoribus q̃rimus. ꝛ si ab ipsis qd̃ in scripturis clarum ẽ audire delectat. S Sed his duobꝫ q̃ sufficere debuerunt Sanctũ gregoriũ addamus ꝛ tercium. Qui ꝛ credere ipsũ ꝛ quod credim⁹ confiteri dei donũ esse testatur dicẽs. Vnius deitatis q̃sumus vos cõfitemini trinitatẽ. Si vero aliter vultis dicite vnius esse nature ꝛ vocem dari vobis a sãcto spiritu deprecabitur. i. rogabit̃ deus vt pmittat vobis dari vocẽ qua qd̃ creditis cõfiteri possitis. Dabit eñ certus sum. Qui dedit quod primũ est: dabit ꝛ qd̃ scd̃m. Qui dedit ꝛ credere dabit ꝛ cõfiteri. Isti tales tanq̃ doctores dicentes nõ esse aliquid tanq̃ de nostro qd̃ nobis deus nõ dederit gloriemur. nec ipsũ cor nostrũ ꝛ cogitatiões nr̃as in potestate nr̃a esse ꝛ totũ dãtes deo atq̃ ab ipso nos accipere cõfitentes vt pmansuri conuertamur ad eum vt id qd̃ bonum ẽ nobis quoq̃ videatur bonũ ꝛ qd̃ velimus illut vt honorem⁹ deũ ꝛ recipiam⁹ xp̃m vt ex indeuotis efficiamur deuoti ꝛ religiosi vt in ipsam trinitatẽ credamus ꝛ cõfiteamur etiã voce qd̃ credim⁹: hoc vtiq̃ gratie dei tribuũt: dei munera agnoscũt ab ipso nobis: non anobis esse testãtur. Nũquid aũt quisq̃ eos dicturus est ita cõfessos istã dei gratiã vtaudeꝛent negare ei⁹ presãtiã quã nũ solũ docti sed indocti ẽt cõfitentur. Porro si hec ita deũ nouerant dare vt non ignorarẽt eũ daturũ se esse presciisset ꝛ q̃b⁹ daturus esset nõ potuisse nescire ꝑcul dubio nouerant predestiatonẽ quã ꝑ ap̃los predicatã cõtra nouos hereticos operosi⁹ diligentiusq̃ defendimus nec tñ eis obediẽtiã predicãtib⁹ ꝛ ad eam sicut quisq̃ pot rat feruẽt̃ hortãtib⁹ vllo modo recte diceretur. Si non vult; obediãtiã ad quã nos accẽditis in vestro corde frigescere: nolite nobis istã dei gratiã predicare quã deũ dare

quia licet eis alteras ducere ⁊ non potius propterea quia volunt ⁊ sibi dominum parcere. Quanto itaq̧ melius honestius: christiana deniq̧ professione dignius vt parcant adulterarum sanguini vxorum quod scriptum eis dicimus. Dimitte iniusticiam proximo tuo ⁊ nūc peccanti tibi peccata soluentur. Homo homini seruat iram ⁊ a domino querit medelam: super hominem similem non habet misericordiam. Et de peccatis suis deū deprecatur. Cū ipse sit caro seruat iracundiam quis ꝑpitiatur peccatis illius. Et de euāgelio dimittite ⁊ dimittetur vobis: vt possumus dicere dimitte nobis debita nostra. sicut ⁊ nos dimittimus debitoribus nostris. Et de apostolo nulli malum pro malo reddentes. Et si qua sūt huiusmodi in scripturis sanctis quibus ad vlciscendū quando humanus animus excitatur: quia christianus est mitigatur Quando inq̄ ista melius dicimus q̄ vt dicamus tantum adulteras istas dimitte ⁊ earum nolite sanguinē querere quicquid doloris ex earum flagitiis habetis consolabuntur vos alie quas duxeritis. Merito enim velletis istas de numero viuentium auferre si earum vita impedimento esset quominus alias duceritis. Nunc vero etiam istis viuentibus cū liceat vobis alia matrimonia prouidere quid eas tantopere vultis occidere? Hec si dicimus nonne attendis q̄ nostra suasio sit abhorrens a charactere christiano: quia ⁊ falsum dicimus eis licere quod non licet hoc est istis viuentibus vt aliis copulentur. Et si propterea illis pepercerint nō percent propter pietatem: sed propter aliarum nuptiarū liberam potestatem. ¶ Postremo quero abs te vtrum marito christiano liceat vel secundū veterem dei legem vel romanas adulteras addicere. Scilicet melius est vt ab vtroq̧ se temperet id est ⁊ a licito illa peccāte supplicio ⁊ ab illicito illa viuente cōiugio. Q̄ si alterutrum eligere ꝑseuerat satius est ei facere quod licet vt adultera puniatur q̄ id quod nō licet vt ipsa viua ille mechetur. Sed autem quod verius dicitur. non licet homini christiano adulteram coniugem occidere. sed tantum dimittere quis est tam demens vt ei dicat fac quod non licet? Cum enī vtrū q̧ sc̄dm legem Christi illicitū sit. siue adulterā occidere illa viuente siue alteram ducere ab vtroq̧ est abstinendū non illicitum pro licito faciendum si ei facturus est quod non licet iam faciat adulterium ⁊ non faciat homicidium vt viuente vxore alteram ducat et non humanum sanguinem fundat. Q̄ si ē vtrunq̧ nefarium non debet alterū ꝑ altero perpetrare: sed vtrunq̧ vitare hic video quid dici ab incontinentibus posset. Q̄ qui dimittit videlicet et viuere permittit adulterā q̄diu prior illa viuat si alteram duxerit perpetuus adulter est nec agit penitentiā fructuosam a falsagitio non recedens. Nec si cathecuminus est ad baptismum admittitur quoniam ab eo quod impedit non mutatur: nec reconciliari penitēs potest in eadē nequicia perseuerans? si autem accusando adulterā occiderit. hoc peccatum quod transactum est ⁊ in eo nō permanet. ⁊ si a cathecumino factum est baptismate abluitur ⁊ si a baptisato penitentia ⁊ reconciliacione sanatur. Sed nunquid propterea dicturi sumus adulterium nō esse adulterium quod sine dubio committitur se coniuge adultera viuente altera ducitur: sed hoc adulterii genere accepto nempe non dubitas esse adulterium. si quisq̄ ducat viuētis vxorem a viro suo per libellū repudii sine vlla mulieris fornicatione dimissam. Quid ergo cū viderit se nec ad baptismum admitti si cathecuminus nec vtiliter agere penitentiam si baptisatus hoc fecerit non corrigendo ⁊ relinquendo quod fecit si eum voluerit occidere et potuerit: cuius duxit vxorem vt hoc scelus vel baptismate diluatur vel penitendo soluatur atq̧ etiam ita illud adulterium

non permaneat euacuata muliere a se viri post mortem viri: sed de transacto quod factum per penitentiam satisfiat vel regeneratione deleatur. Nunquid propterea est accusanda lex Christi tã q̃ compulerit fieri homicidium cum si ne crimine fornicationis repudiatam ducere dicit esse adulterium. Hic enim si parum quid loquamus attendimus multo grauiora dici possint q̃ ipse dixisti. Nam tu dum non vis esse adulteria si alie ducantur dimissis adulteris: hoc inuenisti quoniam si hec adulteria diceremus cogentur mariti occidere adulteras quarum vita impediuntur alteras ducere: atq; vt hoc exaggerares dixisti. Non mihi videtur amantissime pater diuinus esse sensus. vbi benignitas excluditur & pietas. Si ergo quispiam volens credere esse adulteriũ quando a marito sine fornicationis crimie repudiata ab altero ducitur & hoc contra te inueniat quia ratione suadetur hominibus homicidia perpetrare et earum maritos quas eo modo repudiatas duxerint vel insidiis quibus potuerint vel calumniis appetere vel aliquibus veris criminibus accusare & occidere vt eis mortuis possint esse coniugia que viuis fuerant adulteria: non id exaggerando: et dicturus est. non mihi videtur amantissime frater hic diuinus esse sensus vt non solum benignitas et pietas excluditur. sed etiã ingens malignitas & impietas excitatur quandoquidem multo est leuius et tolerabilius vt adulteras mariti' q̃ vt maritos adulteri occidant: placet ne tibi vt propter vanissimam inuidiam dominice defensionem sententie deseramus vel eam insuper accusemus dicentes non debere adulterum vindicari etiã si preter causam fornicationis repudiata a viro alteri coniũgetur ne maritus eius a quo dimissa est compellatur occidere. Unde adulterium in connubiũ cupit viri prioris morte conuertere.

¶ Scio tibi hoc non placere vt propter hanc vanissimam inuidiã lex Christi cũ vera inueniatur & sana dura et inhumana dicatur. Sic itaq; non tibi debet videri idea negandum esse adulterium quando vxore adultera viuente altera ducitur: quia potest maritus per hoc cogi adulteram occidere dum cupit sibi licere illa extincta alteram ducere si hoc ea viuente non licet facere. Quid si enim & illud dicãt christiane fidei detractores cogi homines occidere vxores suas insidiarũ sceleribus quas molestias ferre nõ possunt siue diuturno languore laborantes & pati concubitum non valentes siue pauperes siue steriles siue deformes aliarũ spe ducẽdarũ sanarum opulentarũ fecundarum pulcherrimarũ quia eas quas perpeti nolint preter causam fornicationis repudiare non licet et alteras ducere ne perpetuo defuncti adulterio nec baptisari possint nec penitendo sanari. Nũquid propterea ne ista homicidiorum scelera perpetrentur dicturi sumus non esse adulteria repudiatis p̃ter causam fornicationis vxoribus sibi alteras copulare. Jam vero ex hoc qđ sapis nõ esse adulterium si vir vxorem causa fornicationis abiecerit & alteram duxerit nonne arbitraris cauendum ne discant viri vxores quas propt̃ alias innumerabiles causas ferre non possunt mechari cogerent: vt ab eis vinculo coniugali per fornicationem sicut putas solutis liceat eis alteras ducere et ex eo quod illas mechari coegerint aut baptismate ablui: aut. penitẽdo sanari: quoniam illis et gratia et medicina negabitur q̃diu cum adulteris viuent si prioribus preter causam fornicationis repudiatis alteras duxerint. Nisi forte quis dicat neminem posse vxorem suam mechari facere si pudica est. Et tamen dominus. omnis qui dimittit vxorem suam preter, causam fornicationis facit eam mechari vtiq; propterea: qui cum esset pudica cum viro tamen dimissa cogitur per incontinentiam viuo priore alteri copulari. et hoc est mechari. Qđ si hoc ista non fecerit. tamen ille quantum in ipso est facere compulit & ei; de' peccatũ

etiã si illa casta permaneat imputabit Sed quis nesciat q̃ sint rarissime que ita pudice viuant cum viris: vt etiamsi ab eis dimittantur alios non requirãt incomparabiliter quippe numerus est amplior feminarum qui cum pudice adhereant maritis tamẽ si dimisse fuerint a maritis non differunt nubere.

Cum ergo crediderint homines deo dicenti. Omnis qui dimiserit vxorẽ suaꝫ preter causam fornicationis facit eam mechari: si crediderint et tibi dicenti. muliere fornicante licere viro eius alteram ducere. quisquis voluerit propter alias quaslibet molestias carere vxore cui cõiunctus est prius eã mechari facit: sine fornicatione dimittendo: vt tunc ducat alteram cum fuerit illa mecha nubẽdo ac sic a priore peccato quo eam mechari fecit: siue per baptismuꝫ siue per penitentiaꝫ liberatus sine suo adulterio sibi habere videatur: quam post prius adulteriũ tanq̃ huic soluto matrimonii vinculo adulteram duxerit. Quodquidẽ si fuerit mechatur: et vxorem suam mechari faciet ꝛ ipse q̃uis post adulterium coniugis aliã ducendo mechus erit nihilq̃ illi proderit ꝙ tibi cõndidit ꝛ non ei potius qui nullo excepto ait. Omnis q̃ dimiserit vxorem suam ꝛ aliam duxerit mechatur. Quibus omnibus consideratis atq̃ tractatis restat vt ab eis qui hec fideliter audiunt dicatur nobis qđ domino dictũ est. si talis est causa cũ vxore non expedit nubere quibus et nos quid respondeamus nisi quod ipse respondit. Non omnes capiunt hoc verbũ sꝫ quibus datum est. Sunt eni ꝛ eunuchi q̃ ab hominibus facti sunt ꝛ sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propt̄ regnũ celorum: qui potest capere capiat. Ergo qui potest capere capiat qđ non omnes capiunt. Possunt autem capere quibus hoc prestat dei misericordia occulta sed iusta. Sed in omnibus qui seipsos castrauerunt propter regnũ celorum. Alii sunt qui in vtroq̃ sexu concubitũ nesciũt. Alii qui experti ꝛ auersi sunt. Partim quidem illicite: partim vero licite experti. Porro hi qui experti sunt q̃dam sunt q̃ nõ nisi illicite. quidam ꝛ licite ꝛ illicite. Sũt q̃ppe in eis qui coniugia sua tantum sciunt. Sunt autem qui et alias feminas ac stupra q̃libet. Sed q̃ post cõcubitũ cõiugium seipsos castrant propter regnũ celoruꝫ aut morte amittũt coniuges aut ex cõsensu cũ eis continentiã profitet̄: aut p diuortium neviuis coniugibus se aliis copulando adulteria perpetrant castrant seipsos propter regnum celoruꝫ non vt clariores ibi esse possunt. sed ꝙ aliter ibi esse non possunt. Nam qui non ita necessitate se continent: sed boni appetitione melioris possent ibi esse etiam seruata pudicitia coniugali q̃uis in premiis minoribus tamen intus. Qui vero propterea se continent: quia prioribus cõiugibus viuis timẽt aliis coniugibus coniugari maiorem curam debent gerere pro salute q̃ gesserunt illi a quibus continentia pro munere delecta est ampliorem. Tunc ibi quippe erunt si adulteri non erunt. Si autem non continent adulteri erũt q̃a viuentibus coiugibus pristinis nõ cõiugibus alteris sed adulteris adherebunt. Et si a regno celorum aberunt vbi erunt nisi vbi salui non erunt? Hos igitur alloquor vt quod facere deberẽt si haberent coniuges diuturno languore marcescentes vel loco sibi inaccessibili absentes vel animositate illicita cõtinentes hoc faciant si habuerint coniuges adulterina inquinatione sordentes et propter hoc a suo consortio diuortientes. Non alia querant coniugia quia non erunt coniugia sed adulteria. ¶ Cum enim par cura sit in hoc vinculo viri ꝛ vxoris sicut vxor viuente marito vocabitur adultera si fuerit cum alio viro ita et vir viuente vxore vocabitur adulter si fuerit cum alia muliere. Et si enim grauius qui p̃ter causam fornicationis: omnis tamẽ qui dimiserit vxorem suam ꝛ aliaꝫ duxerit mechatur. Nam eis terrena sarcina continentie leuis erit si xp̄i erit. xp̄i erit si fides aderit q̃ impetrat a iubẽte

quod iussit. Non eos frangat qd videt ea cõtinentia necessitatis esse nõ volun tatis qz ꝛ illi qui eam voluntate dele= gerunt fecerũt eam eẽ necessitatis qm iã sine dãnatiõe ab illa deuiare nõ pñt Et qui in ea necessitate cõtrusi sũt fa ciũt eã esse voluntatis si nõ de seipsis sed de illo a quo ẽ bonũ om̃e cõfidunt. Jlli ad eã cõscenderũt cã maioris glo rie vt aliquid amplius inuenirẽt isti ad eam cõfugerũt cura salutis. Nouissi me ne perirẽt vtriqꝫ permaneãt vtri= qꝫ in quod peruenerũt ambulent vsqꝫ in finem: ferueãt studiis supplicent vo tis qz ꝛ illis salus cogitãda est vt ab eo qd volũtas arripuit cadere timeãt et istis glia desperãda nõ est: si in eo qd necessitas intulit persistere diligãt fie= ri enim potest vt deo tenente et hortan te cõuertente et implente humanus in melius mutetur affectus atqꝫ ita voue ant sine cõiugiis ꝛ sine vllo concubitu atqꝫ immũda libidinis attrectatione perseuerãtissime viuere vt etiã si sepa rata cõiugia locũ ducẽdi alias mouen do aperuerit claudatur ex voto qd pa teret ex licito. Et quod erat necessitate ceptum fiat charitate perfectũ. Tali bus profecto id retribuitur quod illis qui vel pari cõsensu cum coniugibus hoc vouerũt uel nullis coniugiis alli= gati propter maius bonum cõtinenti= am delegerũt. Si autẽ ita se continẽt vt si moriantur quarum vita coniuga= ri impediũtur alias ducere cogitent profecto etiam si prius ipsi vitali cõti nentia de corpore abscedant non eis im putatur nisi ad pudicitiam cõiugalẽ propter quam nõ faciunt quod face= rent si liceret. Hac quippe intẽtiõe cõ tinenter viuere parum est ad accipien da illius que liberius eligitur cõtinen tie premia: sed sufficit ad cauãda adul teria. Hec autem me de vtroqꝫ sexu me mineris dicere: sed maxime propter vi ros qui propterea feminis se superio= res esse arbitrãtur ne pudicitia pares esse dignẽtur. Jn qua etiam preire de= buerũt vt illos ille tanqꝫ sua capita se querẽtur. Quãdo autem lex prohibet adulteria si obtentu ĩ continentie car= nalis ĩfirmitatis admittat excusatio multis sub nomine false impunitatis ꝑ eundi aperitur occasio. Neqꝫ enim car nem nõ habent femine quibus viri a li quid tale nolunt licere: quasi eis quia viri sũt liceat. Sed absit vt meliori tã= qꝫ honori debeatur quod detrahit pu dori cum honor iustus virtuti non vi= cio debeatur. ¶ Quinimo. Cum a feminis vtiqꝫ habentibus car= nem tantrm flagitãt castitatẽ vt quã do ab vxoribus diutissime peregrinan tur velint eas ab adulterio concubitu intaminatas feruorem transigere iuuẽ tutis ꝛ plurime pudicissime ꝛ maxime syrie quarum mariti negociãdi questi bus occupati iuuenes adolescentulas deserũt ꝛ vix aliquando senes ad ani= culas reuertũtur eo ipso euidentius cõuincuntur nõ esse impossibile quod se nõ posse causant. Si enim hoc nõ posset infirmitas hominum multo mi= nus id posset sexus infirmior feminarũ Unde istos qui virilẽ excellentiã nõ putãt nisi peccandi licentiam quando terremus ne adulterinis coniugiis he rendo pereant ĩ eternum. solemus enĩ eis preponere etiam continentiam cle ricorum qui plurimumqꝫ ad eandam sarcinam subeundam capiuntur inuiti eamqꝫ susceptam vsqꝫ ad debitum finẽ domino adiuuante perducũt. Dici= mus ergo eis. Quid si ꝛ vos ad hoc subeundum populorum violentia cape remini nõne susceptum caste custodire tis officium repẽte conuersi ad impe= trandas vires a domino de quibus nũ qꝫ antea cogitastis. Sed illos ĩquiunt honor plurimum cõsolatur. Responde mus ꝛ nobis timor multo amplius mo derẽt. Si enim hoc multi dei ministri repente atqꝫ ĩopinate impositũ susce perunt sperantes se illustrius ĩ Christi hereditate fulgere quanto magis vos adulteria cauando viuere cõtinent̃ de betis metuentes non in regno dei min⁹ lucere sed ĩ gehẽna ignis ardere. Hec itaqꝫ ꝛ huiusmodi eis vt possimus dici mus q quõ a se discedẽtibus vel ꝓpter

adulterium dimissis coniugibus suis a lias volunt ducere et cuz prohibentur infirmitatem nobis carnis opponunt. Sed iam liber etiam iste claudendus ē ⁊ rogandus deus vel aut eos tentari non signat separationib⁹ coniugū aut ita sinat vt timor periclitantis salutis fiat illis amplioris siue probatioris oc/casio castitatis.

¶ Diui aurelii Augustini episcopi de adulterinis coniugiis ad religiosum fratrem pollentiuz liber secundus finit.

De bono virginali vel de virginitate. Liber augu. incipit.

Librum de bono cōiugali nuper edidimus. In quo etiaz Christi virgines admonuimus atq₃ monemus ne pro/pter excellentiam muneris amplioris quod diuinitus acceperunt contēnāt in sui comparatione patres ⁊ matres populi dei hominesq₃ illos quos tanq̄ oliuam commendat apostolus ne supbiat insertus oleaster et eos qui venturo Christo etiam in filiorum propagatione seruiebant ideo meriti inferioris esse arbitrētur quia iure diuino cō/tinentia connubio: ⁊ nuptiis pia virginitas anteponuntur. In illis quippe parabantur et parturiebātur futura que nunc impleri mirabiliter et effica/citer cernimus: quorum etiam vita cō iugalis prophetica fuit. vnde nō consuetudine humanorū votoruz atq₃ gaudiorum sed valde profundo consilio dei in quibusdaz eorum fecunditas honorari in quibusdam etiam fecundari sterilitas meruit. hoc vero tempore quibus dictum est si se non continent nubant si adhibenda est exhortatio sed consolatio. Quibus autem dictum est qui potest capere capiat: exhortandi sunt ne terreantur et terrendi ne extollantur. Non solum ergo predicanda est virginitas vt ametur verumetiam monēda ne infletur hoc isto sermone suscepim⁹ adiuuet christus virginis filius virginuz spōsus: virginali vtero corporaliter natus virginali connubio spiritualiter cō iugatus. Cum igitur ipsa vniuersa ecclesia virgo sit desponsata vni viro christo sicut dicit apostolus: quanto digna sunt honore membra eius que hoc custodiunt etiam in ipsa carne quod tota ecclesia custodit in fide: que imitatur matrem viri sui ⁊ domini sui. Naz ecclesia quoq₃ ⁊ virgo ⁊ mater est. Cui⁹ enī integritati consulimus si virgo non est Maria corporaliter caput huius corporis peperit: ecclesia spiritualiter mēbra illius capitis parit. In vtraq₃ virginitas fecunditatem non impedit ī vtraq₃ fecunditas virginitatez non adimit Proinde cuz ecclesia vniuersa sit sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu: nec tamen vniuersa sit corpore virgo sed spiritu: quā to sanctior est in hiis membris vbi virgo est ⁊ corpore ⁊ spiritu. Scriptum ē in euāgelio q̄ mater ⁊ fratres Christi hoc est cōsanguinei carnis eius cum illi nunciati fuissent ⁊ foris expectarēt quia nō possent ad eum adire pre turba: ille respondit. Que est mater mea aut qui sunt fratres mei. et extendens manum super discipulos ait. Hii sunt fratres mei. Et quicunq₃ fecerit volū tatez patris mei. ipse mihi frater. ⁊ mater: ⁊ soror est. Quid aliud nos docens nisi carnali cognationi genus nostrum spirituale preponere: nec ide beatos esse homines si iustis ⁊ sanctis carnis ꝓpinquitate iunguntur: sed si eoruz doctrine ac moribus obediendo atq₃ imitando coherescunt.

Beatior ergo maria pcipiēdo fidē xpi q̄ cōcipiēdo carnez Christi. Nā 7 dicē ti cuidam. Beat⁹ venter q̄ te portauit ipse respondit. Immo beati qui audiūt verbunt dei 7 custodiunt illud. Deniqꝫ fratribus eius id est secundum carnez cognatis qui non in eum crediderunt quia profuit illa cognatio. sic et mater na propinquitas nihil marie profuisset nisi felicius Christū corde q̄ carne gestasset. ipsa quoqꝫ virginitas eius ideo gratior 7 acceptior: quia non eam conceptus Christus viro violaturo quā ꝑ seruaret ipse preripuit sed priusq̄ con ciperetur iam deo dicatam de qua nasceretur. elegit hoc indicāt verba que sibi fetum annuncianti angelo maria reddidit. Quomo inquit fiet istud quoniam virum non cognosco? Quod profecto non diceret: nisi deo virginem se ante vouisset. Sed quia hoc israelitarum mores adhuc recusabant desponsata est viro iusto non violenter ablaturo: sed potius contra violentiam custodituro hoc quod illa vouerat. Quam q̄ etiam si hoc solum dixisset quomodo fiet istud: nec addidisset quoniam virum non cognosco non quesisset vtiqꝫ promissuz sibi filium quomodo femina paritura esset si in concubitum nupsisset. Poterat et iuberi virgo permanere in qua dei filius formam serui congruenti miraculo acciperet. Sed exemplo sanctis futura virginibus ne putaretur sola virgo esse debuisse que prolē 7 sine concubitu concipere meruisset: vt in terreno mortaliqꝫ corpore celestis vite mutuo voto fieret non precepto amore eligēdi: non necessitate seruiendi ita christus nascēdo de virgine que anteq̄ sciret quis de illa fuerat nascitur⁹ virgo statuerat permanere virginitatem sanctam approbaret voluit potius q̄ imperare Ac si etiam in ipsa femina in qua formam serui accepit virginitatem esse liberam voluit. Non est ergo cur dei virgines contristētur quod ipse etiam virginitate seruata matres carnis esse non possunt. Illum etiaz solum virginitas decenter parere posset qui in sua natiuitate parem habere nō posset. Uerumtamen ille vnius sancte virginis partus omnium sanctarū virginum est deus. Et ipse cuz maria matres christi sunt si patris eius faciūt voluntatem. hinc enim et maria laudabilius atqꝫ beatius christi mater est secūdum supra memoratam eius sententiā quicunqꝫ facit voluntatem patris mei qui in celis est ipse est mihi frater et soror et mater. has sibi omnes propinquitates in populo quem redimit spiritaliter exhibet fratres et sorores habet sanctos viros et sanctas feminas quoniam sunt illi in celesti hereditate coheredes. ¶ Mater est eius tota ecclesia quia membra eius id est fideles eius ꝑ dei gratiaz ipsa vtiqꝫ parit. Item mater eius est omnis anima pia faciens voluntatem patris fecundissima charitate in his quos parturit donec in eis ipse formetur. Maria ergo faciens voluntatem dei corporaliter Christi tantummodo mater est spiritualiter autem 7 mater 7 soror. Ac per hoc illa vna femina non solum spiritu: verumetiam corpore 7 mater 7 virgo. mater quidem spiritu non capitis nostri quod est ipse saluator ex quo illa magis spiritualiter nata est quia omnes qui in eum crediderint in quibus 7 ipse est recte filii sponsi apellantur sed plane mater membrorum eius quod nos sumus quia comparata est charitate vt fideles in ecclesia nascerētur que illius capitis membra sunt corpore vero mater ipsius capitis. Oportebat enim caput nostrum propter insigne miraculum secundum carnem nasci de virgine quo significaret membra sua de virgine ecclesia secundum spiritum nascitura: sola ergo maria 7 spiritu et corpore: et mater et virgo 7 mater Christi et virgo Christi. ecclesia vero in sanctis regum dei possessuris spiritu quidem tota mater Christi est tota virgo Christi: corpore aut non tota. Sed in quibusdam virgo Christi in quibusdam mater: sed non Christi. Et coniugate quippe fideles femine

et virgines deo dicate sanctis moribus et charitate de corde puro et cõscientia bona et fide non facta: quia voluntatez patris faciunt xpi spiritaliter matres sunt. Que autem coniugali vita corporaliter pariunt non xpm sed adam pariunt. Et ideo currant vt sacramentis imbuti xpi membra fiant partus eorum quoniam quid peperit norunt. Hoc dixi ne forte audeat fecũditas cõiugalis cum virginali itegritate contendere atq ipsaz mariã proponere ac virginib9 dei dicere illam in corpore duas res habuit honorandas virginitatem et fecũditatez: qr et integra permansit et peperit. Hanc felicitatez quoniã totaz vtreq habere non potuimus partite sum9 vt vos sitis virgines nos simus mrẽs vobis qd deficit in prole consoletur seruata virginitas: nobis prolis lucro amissa compensetur integritas. hic vox fidelium coniugatarum ad sacras virgines vt cũq ferẽda essz si Christianos corpore parerẽt vt hoc solo esset marie fecũditas carnis excepta virginitate prestantior q illa ipsum caput horum membrorum he autem membra illius capitis procrearẽt. Nunc vero etiamsi tales hac voce contendant que ob hoc tantum viris iunguntur atq miscẽtur vt filios habeant. nihilq ideo de filiis cogitant nisi vt eos Christo lucrẽt atq id mox vt potuerunt faciunt: non tamen christiani ex earum carne nascũt sed postea fiunt ecclesia pariẽte p hoc quod membrorũ Christi spiritualiter mater est: cuius etiam spiritualiter virgo est. Cui sancto partui cooperãtur et mrẽs q̃ nõ christianos corpore pepererunt vt fiant qd se corpore parere nõpotuisse nouerunt: per hoc tamen cooperantur vt et ipse virgines matresq xpi sũt in fide. s. que per dilectionem opat. Nulla ergo carnis fecunditas. sancte virginitati etiaz carnis cõparari potest Neq eni et ipsa qr virginitas est: sed qr deo dicata est honoratur q̃ licet in carne seruetur spiritus tamen religione ac deuotione seruat. Ac per hoc spũalis est etiam virginitas corporis: quã mo-

net vt seruant continentia pietatis. Sicut enim nemo impudice vtitur corpore nisi spũ prius concepta nequitia ita nemo pudicitiaz seruat in corpore nisi spiritui prius insita castitate. Porro autem se pudicitia coniugalis q̃uis custodiatur in carne: amio tamẽ non carni tribuitur. quo preside atq rectore nulli preter proprium coniugiuz caro ipsa miscet: quanto magis quantoq honoratius in animi bonis illa cõtinentia inumerãda est qua itegritas carnis ipsi creatori anime et carnis vouetur cõsecratur seruatur? Nec illarũ ergo fecũditas carnis que hoc tẽpore nihil aliud inconiugio q̃ prolem requirunt quã mancipẽt xpo pro amissa virginitate compensari posse credãda est. Prioribus quippe temporibus ventu ro scdz carmen xpo ipz genus carnis in ampla quadam et prophetica gente necessarium fuit. Nũc aũt cũ ex oĩm homiz genere atq omnibus gentibus ad populum dei et ciuitatem regni celorum mẽbra xpi colligi possint sacram virginitatem qui potest capere capiat: et ea tantuz que se nõ continet nubat Quid enim si aliqua mulier diues mltam pecuniã huic bono operi impẽdat vt emat ex diuersis gẽtibus seruos q̃s faciat christianos nonne vberius atq numerosius q̃ vteri quãtalibet fertilitate xpi membra gignenda curabit? Nec ideo tamen pecuniaz comparare muneri sacre virginitatis audebit etsi propter faciendos qui nati fuerit xpianos fecũditas pro amissa virginitate merito compẽsabitur fructuosius erit hoc negociũ si magno pecuniario pcio pueri faciẽdi xpiani mlto plures emãtur q̃ vni9 vtero quãlibet fertili nascerentur. Quod si stultissime dicitur habeãt fideles nupte bonum suũ de quo in alio volumie quãtum est disseruim9 et honorent amplius sicut rectissime cõsueuerunt i sacris virginibus melius earum de quo isto sermone disseruim9 Nam ne illo quidem debent continẽtium meritis se pferre coniugia qr ex eis virgines procreantur hoc enim nõ con

iugii bonum est: sed ne que sic diuinit⁹ instituta est vt ex quolibet humano vtriusq; sexus concubitu siue ordinato et hõesto siue turpi et illicito nulla femina nisi virgo nascat̄ nulla tamen sacra virgo nascitur. Ita fit vt virgo nascat̄ etiã de stupro sacra autem virgo nec d̄ coniugio. S Nec nos hoc ĩ virginib⁹ p̄dicamus q̄ virgines sunt sed q̄ deo dicate pia continentia virgines. Nã q̄ non temere dixerim felicior mihi videt̄ nupta mulier q̄ȝ virgo nuptura. hȝ enim illa quod ista ad huc cupit presertim si nondum vel sponsa cuiusq̄ȝ sit. Illa vni studet placere cui data est. Hec multis: incerta cui dãda est hoc vno pudicitiam cogitationis defendit a turba quod non adulterium: sed maritum querit in turba. Illa igitur virgo coniugate merito preponit̄ que nõ multitudini se amãdã preponit cuȝ amorem vnius ex multitudine inquirit nec se vni iaȝ componit inuẽto cogitãs que sunt mundi quõ placeat viro: sed speciosam forma pre filiis hominũ sic amauit vt quia eum sicut maria concipere non possit ei corde concepto etiaȝ carnem integram custodiret hoc gen⁹ virginum nulla corporalis fecunditas protulit. Non est hec proles carnis et sanguinis. Si harum queritur mater. ecclesia est. Non parit virgines sacras nisi virgo sacra virgo illa q̄ desponsata est vni viro casta exhiberi xp̄o ex illa ñ tota corpore. sed tota virgĩe spiritu nascuntur sacre virgines ⁊ corpore ⁊ spiritu habeant coniugia bonum suuȝ nõ quia filios procreant: sed quia honeste q̄ licite: q̄ pudice: q̄ socialiter procreant ⁊ procreatos pariter salubriter instanter educãt. quia thori fidem inuicem seruãt: quia sacramentũ connubii non violãt. Hec tñ oĩa humani officii sunt munera. V̄ginalis auteȝ ĩtegritas ⁊ per piam cõtinẽtiam ab omni concubitu immunitas angelica portio est. et in carne corruptibili ĩcorruptiõis perpetue meditatio. Cedat huic omnis fecunditas carnis oĩs pudicitia cõiugalis. ista nũc est ĩ ptãte. illa nõ est in potestate. illa non est in eternitate. fecunditatem carnalẽ nõ habet hic liberum arbitriũ: pudicitiã cõiugalem nõ habet celum: profecto habebũt magnum aliquid preter ceteros in illa communi ĩmortalitate q̄ habet aliq̄d iaȝ non carnis in carne. Unde mirabiliter desipiunt qui putant huius continentie bonum nõ esse necessariũ propter regnuȝ celorũ. sed propter p̄ñs seculũ: q̄ scilicȝ cõiugia terrenis curis plurib⁹ atq̄ȝ amoribus distenduntur. Qua molestia virgines atq̄ȝ continẽtes carent quasi ob hoc tãtum melius sit nõ cõiugari vt huius temporis relaxẽtur angustie nõ q̄ȝ in futurũ seculũ aliquid prosit hanc vanã sentẽtiam ne cordis propria vanitate propulisse videantur adhibent ex ap̄lo testimoniũ vbi ait. De virginib⁹ aũt preceptum dñi nõ habeo cõsilium aũt do. tãq̄ȝ misericordiam consequutus a deo. vt fidelis essem. Existimo itaq̄ȝ hoc bonum esse propter presentem necessitatem: quia bonuȝ est homini sic esse. Ecce inquiunt vbi manifestat apostolus hoc propter p̄sentẽ necessitatem bonũ esse: nõ propter futurã eternitatem. Quasi presentis necessitatis rationẽ haberet ap̄ls non preuidens ⁊ consulens ĩ futurum cum omnis eius dispensatio sit. vt ad vitam eternam vocet. Presens ergo est vitanda necessitas: sed tamẽ que aliq̄d bonoȝ ĩpedit futuroȝ. Qua necessitate vita cogitur ꝯiugalis cogitare q̄ mũdi sũt quõ placeat vir vxori. vel vxor viro. Non q̄ ea separarẽt a regno celoȝ sicut sunt peccata que ideo precepto non consilio cohibentur quia domino precipienti non obedire damnabile est: sed illud quod ipso dei regno amplius habere posset si amplius cogitaret̄ quõ placẽdũ esset deo: minus erit vtriq̄ȝ cum hoc ipsum minus coniugii necessitate cogitat̄. Ideo inquit. de virginibus p̄ceptum dñi non habeo. Precepto ei quisquis non obtẽperat reus est: ⁊ debitor pene. Proinde quia vxorem ducere vel nubere peccatum non est. Si autẽ peccatum esset precepto vetaret̄ propterea. preceptuȝ

domini de virginibus nullum est. Sed quoniam deuitatis remissis ve peccatis adcūda est vita eterna in qua est q̄dam egregia gloria non omnibus ineternum victuris sed quibusdam ibi tribuenda cui consequēde parum est liberatum esse a peccatis nisi aliquid ipsi liberatori voueatur quod nō sit criminis nō vouisse sed vouisse ac reddidisse sit laudis. Consilium inquit do tanꝙ misericordiam consecutus a deo vt fidelis essem. Neqꝫ enim inuidere debeo fidele consilium qui non meis meritis sed dei misericordia sum fidelis. Existimo itaqꝫ hoc bonum esse propter presentem necessitatē hoc inquit vnde preceptū domini non habeo sed consilium do hoc est de virginibus existimo bonum esse propter presentem necessitatem. Noui enim quid presentis temporis cui cōiugia seruiunt necessitas cogat. vt ea que dei sunt minus cogitentur ꝙ sufficit adipiscēde illi glorie que non erit omnium ꝙuis in eterna vita ac salute manentium. Stella enim ab stella differt in gloria sic et resurrectio mortuorum. bonum est ergo homini sic esse. ¶ Deide adiūgit idē apostolus ⁊ dicit. Alligatus es vxori ne quesieris solutionem. Solutus es ab vxore ne quesieris vxorem. Horum duorum quod prius posuit ad preceptum pertinet: contra quod non licet facere. Non enim licet dimittere vxorem nisi ex causa fornicationis sicut in euāgelio dn̄s ait. Illud autem quod addidit: solutus es ab vxore ne quesieris vxorem consilii sententia est non precepti. licet itaqꝫ facere sed melius est non facere. Deniqꝫ continuo subiecit. Et si acceperis vxorem non peccasti: et si nupserit virgo non peccat. Illud autem prius cum dixisset. Alligatus es vxori ne quesieris solutionē: nunquid addidit ⁊ si solueris nō peccasti? Iam enī supra dixerat. His aūt q̄ sunt in coniugio precipio: nō ego sed dn̄s: vxorem a viro non discedere ꝙ si discesserit manere innuptā aut viro suo reconsiliari fieri enim potest vt non sua culpa sed mariti discedat. Deinde ait ⁊ vir vxorem ne dimittat quod nihilominus ex pcepto domini posuit nec ibi addidit ⁊ si dimiserit nō peccat. Preceptum est ei hoc cui non obedire peccatum est nō consilium quo si vti nolueris minus boni adipisceris non mali aliquid perpetrabis propterea cum dixisset solutus es ab vxore ne quesieris vxorem quia nō precipiebat ne malum fieret sed cōsulebat vt melius fieret continuo subiunxit: ⁊ si acceperis vxorem non peccasti: et si nupserit virgo non peccat. Addidit tamen: tribulationem autem carnis habebunt eiusmodi. Ego autem vobis parco hoc modo exhortatus ad virginitatem cōtinentiamqꝫ perpetuam vt aliquātulum a nuptiis etiam deterreret: modeste sane nō tanꝙ a re mala ⁊ illicita: sed tanꝙ ab onerosa ac molesta. Aliud enī est admittere carnis turpitudinem. Aliud habere carnis tribulationē. Illud est criminis facere: hoc laboris est pati: quem plerunqꝫ homines etiam pro officiis honestissimis nō recusant. Sed pro habendo coniugio iam hoc tempore quo non per carnis ppaginem venturo Christo ipsius prolis propagatione seruitur istaꝫ tribulationem carnisquam nupturis predicit suscipere tolerandam perstultum esset nisi metueretur in continentibus ne tentante sathana in peccatis damnabilibus laberentur. Quod autem se dicit eis parcere quos ait tribulationē carnis habituros nihil mihi interim sanius occurrit ꝙ eum voluisse aperire et explicare verbis eandem ipsam carnis tribulationem quam pronunciauit eis qui eligunt nuptias: in suspitionibus zeli coniugalis in procreandis filiis atqꝫ nutriendis in timoribus et meroribus orbitatis. Quotus enim quisqꝫ cū se connubii vinculis alligauerit non istis trahatur atqꝫ agitetur affectibus? Quos neqꝫ nos exagerare debemus ne ipsis non parcamus quibus parcendum existimauit apostolus. Tantum hoc quod breuiter posui cautū fieri lectorē oportuit aduersus eos qui in hoc

q̄d scriptuȝ est tribulationē aūt carnis habebunt eiusmodi. Ego auteȝ vobis parco nuptias calūniant̄: q̄ eas ex obliquo sentētia ista damnauerit velut ipsā damnationē voluerit dicere cū ait Ego autem vobis parco: videlicȝ cum istis parcit anime sue non pepercit si mentiendo dixit. Et si acceperis vxorem non peccasti: ⁊ si nupserit virgo nō peccat. Qȝ qui de sancta scriptura credunt vel credi volunt tanq̄ȝ viam sibi minuunt ad mentiendi licentiam vel ad defensioneȝ sue peruerse opinionis vbicunq̄ȝ aliud sentiunt q̄ȝ sana doctrinat postulat. V. Si quid eñ manifestum de diuinis libris prolatuȝ fuerit quo eorum confutentur errores hoc ad manū habēt velut scutum quo se aduersus charitatē quasi tuētes nudent a dyabolo vulnerandos vt hoc auctorem libri non verum dixisse. Alias vt infirmis parceret alias vt contemptores terreret: sicut occurrerit cā qua eorum peruersa sententia defēdatur. Atq̄ȝ ita dum ea que opinantur defendereq̄ȝ corrigere malent: scripturarum sanctarum auctoritatem frangere conantur qua vna omnes ceruices superbe dureq̄ȝ franguntur. Unde sectatores ⁊ sectatrices perpetue continentie ⁊ sacre virginitatis admoneo vt bonum suum ita preferant nuptiis ne malum iudicēt nuptias: neq̄ȝ fallaciter sed plane veraciter ab Apostolo dictum nouerint. qui dat ad nuptū bñ facit: qui nō dat ad nuptum meliusfacit. Et si acceperit vxorem non peccat ⁊ si nupserit virgo nōpeccat. Et paulo post. beatior aūt erit si sic permāserit secūdū meam sētentiā. Et ne humana sententia putaretur adiungit: puto aūt q̄ et ego spiritum dei habeo. Hec dominica: hec apostolica verba: hec sana doctrina est sic eligere dona maiora ne minora damnēt. Melior est in scriptura dei veritas dei q̄ȝ in cuiusq̄ȝ mēte ⁊ carne virginitas hominis. Quod castū est sic ametur vt quod verum est non negēt. Nam quid mali non possunt etiam de sua carne cogitare qui credunt apostolicam linguam eoipso loco vbi virginitatem cōmendat a corruptione mendacii virginem non fuisse. Primitus ergo ac maxime qui bonum virginitatis eligunt scripturas sanctas firmissime taceant nihil esse mentitas. Ac per hoc etiam illud verum esse quod dictum est. Et si acceperis vxorem nō peccasti ⁊ si nupserit virgo non peccat. Nec putent minui tam magnum integritatis bonum si nuptie non erunt malum. Immo vero hinc sibi potius maioris glorie palmam preparatam esse confidat que nō damnari si nuberet timuit: sed honoratius coronari quia non nubere concupiuit. Qui ergo sine coniugio permanere vouerit non tanquaȝ foueam peccati nuptias fugiant: sed tanquam collem minoris boni transcendant: vt in maioris continentie monte requiescant. Ea quippe lege collis iste inhabitatur vt non cum voluerit quis emigret. Mulier enim alligata est quandiu vir eius viuit. Ueruntamen ad cōtinentiam vidualem ab ipso tanquam gradu conscenditur propter virginalem vero vel declinandus est non consentiendo petitoribus vel transiliend⁹ preueniendo petitores.

X. Ne quis autem putaret duorum operum boni atq̄ȝ melioris equalia fore premia propterea contra eos disserendum fuit quod ait Apostolus. Existimo autem hoc bonum esse propter presentem necessitatem igitur interpretati sunt vt nō propter regnum celorū sed propter seculum presens virginitatem vtilem diceret tanq̄ȝ in illa vita eterna nihil ceteris amplius habituri essent qui in hoc melius elegissent. In qua disputatione tamen ad illud veniremus quod idem Apostolus ait. Tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Ego autem vobis parco. in illos litigatores incurrimus qui non inequales perpetue continentie nuptias facerent sed eas omnino damnarent. Nam cum error vterq̄ȝ sit vel equare sctē v̄ginitati nuptias vel

damnare. nimis inuicem fugiendi duo isti errores aduersa fronte confligunt quia veritatis medium tenere noluerunt. quo et certa ratione et sanctaruz scripturarum auctoritate. nec pctm esse nuptias inuenimus nec eas bono vel virginalis continētie vel etiam vidualis equamus. Alii quippe appetendo virginitatem nuptias tanq̄ adulterium detestandas esse putauerunt. Alii defendēdo connubium excellentiam perpetue continentie nihil mereri amplius q̄ coniugalem pudiciciam voluerunt: quasi vel susanne bonum marie sit humiliatio. vel marie maius bonum susanne debeat esse damnatio. Absit ergo vt dicat Apostolus nuptis siue nupturis. ego autē vobis parco tanq̄ voluerit dicere q̄ pena cōiugatis in futuro seculo debeatur. Absit vt a Daniele de temporali iudicio liberatam paulus mittat in gehennā. Absit vt Maritalis thorus ei pena sit ante tribunal xp̄i cui fidem seruando elegit sub falsa accusatione adulterii: vel periclitari vel mori. Quid elegit vox illa. melius mihi incidere in manus vestras q̄ peccare in conspectu dei. si deus eā fuerat non quia pudiciciam nuptialez seruabat liberaturus. sed quia nupserat damnaturus. et tunc quotiens castitas coniugalis aduersus calumniatores criminatoresq̄ nuptiarum scripture sacre veritate munitur: totiens a sancto spiritu cōtra falsos testes susanna defenditur totiēs a falso crimine liberatur et multo maiore negocio.

Tūc eīm vni coniugate. nunc omnibus. Tūc de occulto et falso adulterio. nūc de vero et manifesto connubio crimen intenditur. Tunc vna mulier ex eo q̄ iniqui seniores dicebant nunc omnes mariti et vxores ex eo quod Apostolus dicere noluit accusantur damnationez quippe vestram inquiūt tacuit cū ait. Ego autem vobis parco. Quis hoc: nempe ille qui superius dixerat: si acceperis vxorem non peccasti et si nupserit virgo non peccat. Cur igitur in eo quod modeste tacuit coniugiorum suspicamini crimen et in eo quod aperte dixit coniugiorum non agnoscitis defensionem. An eos damnat tacitus quos locutus absoluit. Non iam mitius accusatur susanna. non de cōiugio sed de ipso adulterio q̄ doctrina apostolica demendatio. Quid in tāto periculo faceremus nisi tā certū apertū q̄ esset pudicas nuptias nō debere dāmnari q̄ certum apertūq̄ est sāctā scripturā nō posse mētiri. ¶ Hic dicet aliq̄s. Qui hoc pertinet ad sanctā virginitatē vel ppetuam cōtinentiam cuius probatio isto sermone suscepta est. Cui respondeo primo qd superius commemoraui ex hoc gloriari maioris illius boni esse maiorem q̄ eius adipiscende causa bonum coniugale transceditur. nec pctm coniugii deuitatur. Alioquin ppetue ↄtinētie bonum non precipue laudari. sed tantū non vituperari sufficeret: sz propterea teneretur quoniam nubere crimen esset. Deinde quia non humana sentētia sed diuine scripture auctoritate ad tam excellēs bonum homines exhortandi sunt. non mediocriter neq̄ pretereunter agēduz est. ne cuiq̄ ipsa diuina scriptura in aliquo mētita videatur. Dehortantur enim potiusq̄ exhortantur virgines sacras qui eas sic permanere nuptiarum damnatione compellunt. Unde enim confidant verum esse quod scriptum est. Et qui dicat virginē suam bene facit. Si autē loquēti scripture de nuptiarū bono indubitanter crediderint eadem celestis eloquii veracissima auctoritate firmate ad melius suum feruenti ac fidendi alacritate transcurrent. Unde iaz satis pro suscepto negocio diximus et quātū potuimus demonstrauimus nec illud quod ait Apostolus. existimo autem hoc bonum esse propter presentem necessitatem sic esse accipiendum tanq̄ in hoc seculo meliores sint sacre virgines fidelibus coniugatis. in regno autē celorum atq̄ in futuro seculo pares sint. Nec illud vbi ait de nubentibus tribulationem autem carnis habebunt huiusmodi. Ego autē vobis

parco ita intelligēdū tanq̄ nuptiarū peccatū & dānpationē maluerit tacere q̄ dicere. Harū q̄ppe duarū sententiarū singulas duo errores sibimet graui nō eas intelligendo tenuerunt. Illaz em̄ de presenti necessitate illi pro se interpretantur q̄ nubētes nō nubētibus eq̄re cōtendūt. hanc vero vbi dictum est. Ego aūt vobis parco. illi q̄ nubentes damnare presumūt. Nos aūt s̄m scripturaꝝ sanctarū fidem sanāq̄z doctrinaz nec peccatū esse dicimus nuptias & earū tn̄ bonū nō solum infra virginalem verum etiam infra vidualem continentiā cōstituim⁹. presentēq̄z necessitatē cōiugatorū nō q̄dem solū ad vitaz eternam: verūtamē ad excellentez gloriā & honorē q̄ perpetue continētie reseruatur impedire eo meritum dicim⁹ neq̄z hoc tp̄e nisi eis q̄ se nō cōtinēt nuptias expedire & tribulationē carnis ex affectu carnali venientem sine quo nuptie incōtinentiū esse nō p̄nt. nec tacere voluisse apl'm vera premonentem nec pleni⁹ explicare. hoīm infirmitati parcētē. 3 Nūc iam sciptturaꝝ diuinaꝝ euidētissimis testimoniis q̄ ꝓpter nostre memorie modulo recordari valuerim⁹ clarius appareat non ꝓpter p̄sentē huius seculi vitam s3 ꝓpē futurā q̄ in regno celorū ꝓmittit̄. perpetuā ꝯtinentiā diligēdā. Quis autē hoc nō aduertat in eo q̄dez paulo post idem apl's ait. q̄ sine vxore est cogitat ea q̄ sunt dn̄i quō placeat dn̄o: q̄ autez matrimonio iunctus est cogitat ea q̄ mundi sunt q̄modo placeat vxori. & diuisa est mulier nupta. & virgo q̄ innupta est sollicita est q̄ sunt dn̄i vt sit sctā & corpore & spiritu. que autez sollicita est que sunt mundi quomodo placeat viro. Non vtiq̄z ait. cogitat ea que secura sunt in hoc seculo vt sine grauioribus molestiis tempus transigat neq̄z ad hoc diuisam dicit innuptā et virginem ab ea que nupta est id est distinctam atq̄z discretā vt innupta in hac vita secura sit propter temporales molestias euitandas quibus nupta non caret: sed cogitat inquit que sunt domini quomodo placeat domino & sollicita est que sunt domini vt sit sancta et corpore & spiritu. Nisi forte vsq̄z adeo quisq̄z insipienter contentiosus est vt conetur asserere non propter regnum celorum sed propter presens seculum domino placere nos velle aut propter vitam istam. non propter eternam esse sanctas & corpore & spiritu. Hoc credere quid est aliud nisi miserabiliorem esse omnibus hominibus. Sic enim apostolus ait. Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus. miserabiliores sumus omnib⁹ hominibus. An vero qui frangit panem suuz esurienti. Si tantum propter hanc vitam facit stultus est. & ille erit prudens q̄ castigat corpus suum vsq̄z ad continentiam qua nec coniugio misceatur si ei nihil proderit in regno celorum. Postremo ipsum dominum audiamus euidentissimam hanc sententiam proferētem. Nam cum de coniugibus non separandis nisi causa fornicationis diuine ac terribiliter loqueretur. Dixerunt ei discipuli. Si talis est causa cuz vxore non expedit nubere. Quibus ille. Non omnes inquit capiunt verbum hoc sunt enim spadones qui seipsos castrauerunt propter regnū celorum. Qui potest capere capiat. Quid veracius quid dulcius dici potuit. Christus dicit. Veritas dicit. virtus et sapientia dei dicit. eos qui pio proposito ab vxore ducenda se continuerunt castrare seipsos propter regnum celoruz et contra: humana vanitas impia temeritate contendit eos qui hoc faciunt presentem tantummodo necessitatem molestiarum coniugalium deuitare in regno celorum amplius quicq̄z ceteris non habere. De quibus autem spadonibus loquit̄ deus per Esaiam prophetam. quibus se dicit daturum in domo sua & in muro suo locum nominatum meliorem multo quez filiorum atq̄z filiarum nisi de his qui se ipsos castrauerūt propter regnum ce

lorum. A Nam illis quibus ipsum virile membrum debilitat vt generare non possit sicut sunt eunuchi diuitum et regum sufficit vtiqz cum Christiani fiunt et dei precepta custodiunt eo tamen proposito vt coniuges si possent haberent ceteris in domo dei coniugatis fidelib⁹ adequare qui prolem licite pudiceqz susceptam in dei timore nutriunt:docentes filios suos vt ponant in domino spem suam non autem accipere meliorem locum qz est filiorum atqz filiarum. Neqz enim vxores animi virtute sed carnis necessitate non ducunt Contēdere sane qui voluerit de his prophetam spadonibus hoc pnunciasse qui corpore abscisi sūt iste qqz error cause quā suscepim⁹ suffragatur. Neqz em̄ spadones istos eis qui in domo eius nullum locum habēt pretulit deus sed eis vtiqz qui in filiis generandis coniugalis vite meritum seruant. Nam cum dicit. dabo eis locū multo meliorem. ostendit et coniugatis dari. sed multo inferiorem. Ut ergo concedamus in domo dei predictos futuros eunuchos. secundum carnam qui in populo israel non fuerunt quia et ipsos videmus cum iudei non fiant tamen fieri Christianos. nec de illis dixisse prophetam qui proposito continentie coniugia non querentes: sed ipsos castrant propter regnum celorum. ita ne tanta dementia quisqz est contrarius veritati vt in carne factos eunuchos meliorem qz coniugatos locum i domo dei habere credat: et pio proposito continentes corpus vsqz ad contemptas nuptias castigantes seipsos non in corpore sed in ipsa concupiscentie radice castrantes: celestam et angelicam vitam in terrena mortalitate meditantes coniugatorum meritis pares esse contendat: et Christo laudanti eos qui seipsos castrauerunt non propter hoc seculum. sed propter regnum celorum. Christianis contradicat: affirmās hoc presenti vite esse vtile non future. Quid aliud istis restat nisi vt ipsum regnum celorum ad hanc temporalem vitam in qua nunc sumus asserant pertinere: Cur enim non et in insaniam progrediatur ceca presumptio. Et quid hac assertione furiosius. Nam et si regnum celorum aliquando ecclesia etiam que hoc tempore est appellatur. ad hoc vtiqz sic appellatur quia future vite sempiterneqz colligitur. Quamuis ergo promissionem habeat vite presentis et future omnibus tamen bonis operibus suis non respicit que videntur sed que non vidētur. Que enim videntur temporalia sunt que autem non videntur eterna.

B Nec sane spiritussāctus tacuit quod contra istos impudentissime pernicaces ac dementissime apertum atqz iconcussum valeret. eorumqz beluinum impetum ab ouibus suis inexpugnabili munitione repelleret. Cum enim dixisset de spadonibus dabo eis in domo mea et in muro meo locum nominatum meliorem multo qz filiorum atqz filiarum ne quis carnalis existimaret in hiis verbis aliquid temporale sperandum: continuo subiecit. Nomē eternum dabo eis nec vnqz deerit. Tanqz diceret. Quid tergiuersaris impia cecitas. Quid tergiuersaris qd serenitati veritatis nebulas tue peruersitatis effundis. Quid in tanta scripturarum luce tenebras. vnde insidieris inquiris Quid temporalem tantummodo vtilitatem pmittis: continentibus sanctis Nomen eternum dabo eis. Quid ab omni concubitu immunes et in eo ipso quo hic se abstinēt ea q̄ sunt domini cogitantes quomodo placeant domino ad terrenam commoditatē referre conaris. Nomen eternū dabo eis. Quid regnum celorū propter seipsos castrauerunt sancti spadones in hac tantum vita intelligendum esse contendis. Nomen eternum dabo eis. Et si forte hic ipsum eternum pro diuturno conaris accipere. addo accumulo: inculco. Nec

